

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



9

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



FROM THE LIBRARY OF
JAMES JACKSON HIGGINSON
(CLASS OF 1857)
OF NEW YORK

JUNE 15, 1917

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA.

VOL. V.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BURMANNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

NOTITIA LITERARIA

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUINTUM.



LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1821.

Digitized by Google

L 9

Harvard College Library
June 15, 1917
From the Library of
James J. Higginson
New York

Digitized by Google

Sic assueta tuis semper Victoria castris
  Nunc quoque se præstet, notaque signa petat:
Ausoniumque Ducem solitis circumvolet alis:
  Ponat et in nitida laurea serta coma.
Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas;
  Auspicium cui das grande, Deosque tuos:
Dimidioque tui præsens hanc respicis Urbem;
  Dimidio procul es, sævaque bella geris.
Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste;
  Inque coronatis fulgeat altus equis;
Parce, precor: fulmenque tuum, fera tela, reconde,
  Heu nimium misero cognita tela mihi!
Parce, Pater Patriæ: nec nominis immemor hujus
  Olim placandi spem mihi tolle tui.

castris se præbeat nunc etiam, et concedat in signa nota: et circumvolitet Ducem Italum alis solitis; et ponat coronas laureas in odoratis capillis: per quem bella geris, cujus corpore nunc certas; cui das magnum auspicium, et Deos tuos: et dimidio tui ades, et intueris Urbem; dimidio es longe, et geris atrocia bella. Sic ille ad te revertatur victor ab hoste victo; et excelsus splendeat in equis coronatis. Ignosce, oro; et depone fulmen tuum, sæva tela, heu tela nimium cognita mihi misero! Ignosce, Pater Patriæ: neque oblitus hujus nominis mihi adime spem tui mollien-

ex tribus scriptis pro vulg. *tui.* — 170 Heins. mallet *Huic quoq.* — 174 Duo libri *cui des gr.* — 175 *Et respicis* quinque: *præsens es et aspicis* sex: duo, *præsentem respicis orbem:* unus *præsens hanc respicis.* Heins. *Præsens hanc respicis* etiam Bern. quod præferrem. *Respicere* enim proprium Diis tutelaribus verbum: et ita 'Fortuna respiciens' Romæ culta: sed hæc obvia. *Burm.* — 179 Tres libri *tel. repone;* unus *relaxa.*

NOTÆ

170 *Nunc*] Quo tempore gravissimum a Dalmatis et Pannoniis bellum motum fuerat: de quibus Dio. Commentator nullam temporis habuit rationem.

171 *Ausonium*] Tiberium, scil. quem etiam bellum consulto trahere suspicatus est Augustus, ut legionibus diutius succinctus esset: quamobrem novum exercitum legit, et Germanicum etiam in Pannoniam misit.

172 *Laurea*] Imperator ac milites triumphantes laureati urbem ingrediebantur.

174 *Auspicium*] Nihil nisi captatis ante auspiciis incipiebant Ethnici; illiusque dicebantur, qui rem gerendam tanquam auctor curabat. Pugnavit igitur Tiberius, non suis, sed Augusti auspiciis.

175 *Dimidio*] Sic etiam Horatius amicum 'dimidium animæ suæ' vocitavit. Hic vero Tiberio adblanditur Naso, quem tamen, nisi vehementer fallor, non ita carum habuit.

177 *Sic*] Usitata formula vovendis; quasi dicat: Ita revertatur Tiberius, ita victoria tua signa petat, &c. uti mihi ignoscas.

181 *Nec immemor*] Memorem vult

Digitized by Google

Nec precor, ut redeam: quamvis majora petitis
  Credibile est magnos sæpe dedisse Deos.
Mitius exilium si das, propiusque roganti;
  Pars erit e pœna magna levata mea.
Ultima perpetior, medios projectus in hostes:
  Nec quisquam patria longius exul abest.
Solus ad egressus missus septemplicis Istri,
  Parrhasiæ gelido virginis axe premor.
Jazyges, et Colchi, Metereaque turba, Getæque,
  Danubii mediis vix prohibentur aquis.

di. Neque oro, ut revertar; quanquam credibile est magnos Deos sæpe præbuisse potiora petitis. Si indulges oranti exilium tolerabilius et propius, magna pars erit sublata ex supplicio meo. Tolero extrema relegatus in hostes medios: neque quisquam exul longius est remotus a patria. Pulsus solus ad ostia Danubii septemflui, urgeor frigido cardine puellæ Parrhasiæ. Jazyges, et Colchi, et agmen Metereum, et Getæ vix arcentur interfusis aquis Istri. Cumque alii sint a te relegati

—182 Quidam *redde* pro *tolle*.—183 *Nec* meliores, teste Heins. alii *Non*.—186 Pro hoc pentametro in quatuor Codd. erat: *Fluctibus immensi credar abire maris*.—187 *Projectus* ex sex vett. reposuit Heins. pro vulg. *ejectus*; duo *ire actus*, judice Heins. pro *exactus*: Be. *dejectus*.—189 Immo *egressus*, quod plerique veteres agnoscunt: malim tamen *egressum*; ut vitetur κακοφωνία. *Heins.* Alii cum vulg. *ingressus*.—191 Pr. Ed. *Mezereaque*; Leid. *Mezeaque*;

NOTÆ

esse Augustum Naso, quod Pater sit Patriæ, ut paterna indulgentia sibi quoque parcat.

187 *Ultima*] Extrema atque acerbissima mala.

189 *Egressus*] Ostia, *Les embouchures*.

Istri] Danubii, qui maximus Europæ fluvius septem vastis fluminibus in Pontum devolvitur.

190 *Virginis axe*] Polo Septentrionali, cœloque frigidissimo; cui a Callisto Parrhasia seu Arcadica, in ursam mutata, deinde in cœlum translata, ut jam sæpe dictum, illud datum nomen.

191 *Jazyges*] Populi Sarmatiæ Europææ.

Colchi] Populi Asiæ ad Ponti Euxini oram Orientalem; quos siquidem Danubii aquis prohibitos dicere non potuit Naso, optime, ni fallor, de iis interpretatus est Mycillus qui Medeam secuti, cum illam apprehendere non potuissent, circa Tomos consederunt, ut habet Comment. Apollonii, lib. IV.

Metereaque] Gens fuit Scythiæ Europææ, de qua vix alibi mentionem factam comperias: qua re hunc locum corruptum suspicantur. Merula *Neurea* legi mavult; eo forte adductus, quod Neuros et Jazyges conjunxit Val. Flaccus hoc versu: 'Neurus et expertes canentes Jazyges ævi.'

Getæque] Hos Strabo in Orientem ad Pontum Euxinum transtulit, quos alii cum Dacis confuderunt: vulteque hos Germaniam versus ad Istri fontes collocatos, Davosque olim dictos.

Digitized by Google

Cumque alii causa tibi sint graviore fugati,
Ulterior nulli, quam mihi, terra data est.
Longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostis;
Et maris astricto quæ coit unda gelu.
Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:
Proxima Basternæ Sauromatæque tenent.
Hæc est Ausonio sub jure novissima, vixque
Hæret in imperii margine terra tui.
Unde precor supplex ut nos in tuta releges:
Ne sit cum patria pax quoque demta mihi:
Ne timeam gentes, quas non bene submovet Ister:
Neve tuus possim civis ab hoste capi.
Fas prohibet Latio quenquam de sanguine natum,
Cæsaribus salvis, barbara vincla pati.
Perdiderint cum me duo crimina, carmen et error;
Alterius facti culpa silenda mihi.

causa majore, nulli tellus assignata est remotior quam mihi. Nihil est ulterius hac, quam frigus tantum et hostis, et aqua quæ concrescit glacie firma. Hactenus pars sinistri Euxini est Romana. Basternæ et Sarmatæ habent proxima. Hæc tellus est ultima sub ditione Itala, vixque est in extrema ora tui imperii. Unde ero humilis ut nos submoveas in loca tuta: ne pax sit mihi sublata etiam cum patria: ne metuam nationes, quas Danubius non satis arcet; neve tuus civis possim tolli ab hoste. Fas vetat quenquam ortum ex sanguine Latino ferre catenas barbaras Cæsaribus incolumibus. Cum duo peccata me prodiderint, versus, scilicet, *et error;*

Lov. *vitreaque*.—191 Pro *Colchi* Merula legendum putat *Corsi*.—193 P. alter, Jun. et alius *sint meliore fug*.—195 In veterrimo Cod. Excerpt. Voss. et pr. Ed. *hac nihil est terra nisi frig*. Pr. Pol. *hac terra nihil est nisi frig*. Be. *nisi tantum pontus et hostes:* Leid. etiam dat *et hostes*.—197 Jun. *est tua Roma sin.* quod et Burm. arridet.—198 P. alter et Lov. *Prox. Bistonii S.* Tum idem Lov. *petunt* pro *tenent*.—200 *Hæret* meliores, teste Heins. ceteri *Hæsit*. Mox pro *terra* Lov. et tres alii *Roma*.—202 *Demta* ex duobus vett. Heins. profert, quasi mollius quam vulg. *ademta*.—203 Unus Cod. *Non tim.* Tum Mor. *gentem quam*. Mox Jun. *ben. sustinet I*.—204 Tres libri *miles* pro *civis*.—205 Unus liber *de semine nat*.—206 Pol. *vincula sæva pat*. Burm. conj. *serva*.—209 *Nam tanti non sum,*

NOTÆ

198 *Basternæ*] Populi fuerunt ultra Danubium, quos Germanis an Sarmatis ascribat dubitat Tacitus.

Sauromatæ] Hi ad Borysthenem porrecti erant.

203 *Ister*] Qui alio nomine dicitur Danubius: de quo jam supra.

205 *Fas prohibet*] Ut quidem Romanæ superbiæ videbatur.

207 *Carmen*] Libros dicit de Amoribus et Arte amandi.

Error] Imprudentia et casus, de quo jam sæpius.

208 *Culpa*] Cogitavit aliquando de Agrippa nepote ab exilio revocando Augustus, neque ejus rei conscium

Digitized by Google

Nam non sum tanti, ut renovem tua vulnera, Cæsar;
  Quem nimio plus est indoluisse semel.
Altera pars superest: qua turpi crimine tactus
  Arguor obscœni doctor adulterii.
Fas ergo est aliqua cœlestia pectora falli;
  Et sunt notitia multa minora tua?
Utque Deos, cœlumque simul sublime, tuenti
  Non vacat exiguis rebus adesse Jovi;
A te pendentem sic dum circumspicis orbem,
  Effugiunt curas inferiora tuas.

pravitas alterius facti est mihi prætereunda. Nam non sum tanti, ut aperiam tuas plagas, Cæsar; quem semel offensum fuisse est plus nimio. Altera pars restat, qua accusatus de obscœno flagitio, damnor doctor turpis adulterii. Adeoque fieri potest ut mentes cœlestes aliqua decipiantur; et multa sunt leviora quam ut subjiciantur tuæ cognitioni? Et quemadmodum non licet Jovi aspicienti simul Deos et cœlum immisceri parvis rebus; sic dum circumspicis mundum a te pendentem, minima

renovem ut tua vulnera, Cæsar: duri præter morem Ovidianum numeri. Τὸ *ut* a multis abest veterum: quidam etiam, *non sum tanti:* et *ut renovem.* Forte scribendum, *Nam tua non tanti est renovari vulnera Cæsar,* vel *renoventur.* Heins.—210 Quinque scripti *est condoluisse sem.*—211 *Crimine lectus* in plurimis editis: sed *carmine factus* meliores magno numero; quod Joh. Georgio Grævio probabatur. Supra habuimus, *perdiderint cum me duo crimina, carmen et error.* Mihi aliquando videbatur haud inconcinne castigari posse; *turpi crimine tactus:* hinc 'taxare' et 'taxatores' scenici dicti, quod alter alterum maledictis tangat: vide Festum in *taxat. Turpi crimine læsus* in Arundeliano. *Heins.* Forte, *crimine sectus:* ut Pers. I. Sat. 115. 'Secuit Lucilius urbem,' ita Acro ad Horat. I. Sat. IV. vs. 1. et 28. utitur hoc verbo 'secare:' in Francof. erat, *turpi crimine factus:* Bersm. in variis lectionibus *turpi crimine læsus;* ut edidit Gryphius et alii: *carmina dictus* duo scripti: *turpia crimina futus* Servii. *Burm.*—212 H. *obs. ductor adult.*—213 Ms. Bersm. *est aliquo cælest.* Tum P. *lumina fall.* pr. V. et quatuor alii *numina;* sex *corpora.*—217 Alii *Ex te,* vel *In,* vel *De:* Heins. conj. *E:* Be. *Independentem sic.* Mox

NOTÆ

quenquam habuit præter Fabium Maximum virum Consularem. Hic ad uxorem suam Marciam illud statim effutivit; quæ idem continuo ad Liviam Augusti conjugem detulit. Acerbe vero ea cum Cæsare de hac re expostulavit: quamobrem iratus Fabium jussit mori. Nasonis conjux illi Marciæ fuit conjunctissima. Forsitan ergo nimium sese poëta in domum Augustam immiscuerat. Ceterum crediderim semper alia omnia crimina obtentui, amores veram exilii causam fuisse.

209 *Nam non*] Callidissima atque honestissima ratio: ceterum magis rhetorica quam solida.

213 *Cælestia*] Quale est Augusti, qui aliis negotiis districtus, ad levissima ea, quæ de amore scripsit Naso, non potuit animum demittere. Melius vero non potuit Naso causam suam defendere; si modo bona fuisset. Sed Augusto imponere difficile fuit.

Digitized by Google

Scilicet imperii, Princeps, statione relicta,
  Imparibus legeres carmina facta modis?
Non ea te moles Romani nominis urget,
  Inque tuis humeris tam leve fertur onus,
Lusibus ut possis advertere numen ineptis,
  Excutiasque oculis otia nostra tuis.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda:
  Rhætica nunc præbent Thraciaque arma metum:
Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
  Parthus eques, timida captaque signa manu.

surripiuntur tuis cogitationibus. Quasi vero, Princeps, omisso gradu Imperii, legeres carmina ducta modis inæqualibus. Non id pondus Romani nominis te premit, et tam leve onus incumbit tuis humeris, ut liceat demittere numen levibus jocis, et expendas nostra otia tuis oculis. Nunc Pannonia, nunc ora Illyris est tibi submittenda: arma Rhætica atque Thracia nunc incutiunt timorem; nunc Armenius poscit pacem: nunc eques Parthus offert manu trepida arcus et signa ablata.

Mor. *circ. urbem.*—223 Duo libri *poss. annectere num.* quatuor *avertere.* Tum sex vett. *advert. lumen:* et Lov. et duo alii *adeptis;* unus *ademtis;* pr. V. et duo alii *inemtis.*—224 Serv. lib. *Discutiasq. ocul.*—226 Plurimi *Rhætia;* Ms. Bersm. et quatuor Heins. *Cretica;* unus etiam *Terciaque* pro *Threciaque.* Burm. Sec.—228 Unus Heins. *tumida* pro *timida.* Tum unus *raptaque;* et

NOTÆ

219 *Scilicet*] Indicio perverso alterius, non Augusti judicio, damnatum sese innuit Poëta.

220 *Imparibus*] Quia Pentametrum brevius Hexametro.

221 *Non ea*] Major est rerum moles, quam ut tibi liceat de ineptis ludis cogitare.

224 *Otia*] Quæ per otium scripsimus: quæque adeo vel nobis ipsis levissima.

225 *Pannonia*] Jam supra adversus Pannonios (*les Hongrois*) Tiberium atque Germanicum missos diximus.

Illyris] Regio est Italiæ opposita, ultra mare Adriaticum. Mazæos autem, Dalmaticam gentem, quæ magis ad ortum Illyriæ, multis damnis affecerat Germanicus: qui denique cum Pannoniis fame, morbo, et bello afflicti de pace ineunda legatos miserunt, eo ipso anno quo in exilium missus Naso. Sed ea pax infida fuit.

226 *Rhætica*] Rhæti, *les Grisons*, ad Italiam usque pertinent. Non hos tamen, sed illis conterminos Noricos rebellasse scripsit Florus: quem vide omnino IV. 12.

Thracia] Hæc a Pisone perdomita fuit.

227 *Armenius*] Armenia regio est ultra Cappadociam ad Euphraten. Adversus Armenios alterum ex Cæsaribus nepotibus antea miserat Augustus; qui ex vulnere in ea expeditione accepto in Syria obiit. Adeoque, si Justino credimus, ipse Augustus Orientis statum composuit.

Porrigit] 'Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant reposcenti reddiderunt: obsidesque insuper obtulerunt.' Tranquillus in Augusti vita.

Digitized by Google

Nunc te prole tua juvenem Germania sentit;
  Bellaque pro magno Cæsare Cæsar obit.
Denique, ut in tanto, quantum non extitit unquam,
  Corpore, pars nulla est quæ labet imperii;
Urbs quoque te et legum lassat tutela tuarum,
  Et morum, similes quos cupis esse tuis.
Nec tibi contingunt, quæ gentibus otia præstas;
  Bellaque cum multis irrequieta geris.
Mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum
  Nunquam te nostros evoluisse jocos?
At si (quod mallem) vacuus fortasse fuisses,
  Nullum legisses crimen in Arte mea.

Nunc Germania sentit te adolescentem filio tuo; et Cæsar gerit bella pro magno Cæsare. Denique, ut in tanto corpore quantum non fuit unquam, nulla est pars imperii quæ fatiscat; Urbs etiam, et custodia legum tuarum, et morum, quos optas esse similes tuis, te fatigat. Neque otia quæ præbes populis tibi obveniunt; et geris bella solicita cum multis. Obstupeam ergo te in mole tantarum rerum unquam perlegisse nostros lusus. At si, quod magis cuperem, forte otiosus fuisses,

unus *partaque*.—229 Merula de Druso, Augusti privigno, fratre Tiberii capit. Mycillus dicit alios Drusum, Drusi filium ex Antonia intelligere, qui est Germanicus Cæsar. Quod si verum sit, ego mallem, *Nunc de prole tua juvenem Germania sentit.* Germania sentit Germanicum, juvenem, qui adoptatus est a Tiberio, filio tuo. Crispinus ipsum Tiberium intelligit; ad quem Augustus miserat Germanicum: sed tum mallem legere, *Nunc te in prole tua juvenem Germania sentit:* sentit te adhuc vigere viribus in Tiberio, cum senectutem tuam despicerent: quod ideo præferrem, quia Germanicus demum in Germania post cladem Varianam, quæ accidit anno post exilium Nasonis, cum Tiberio abiit, et deinde solus res ibi gessit: quæ hic respicere vix potuit Naso. De voce 'sentire' vid. ad Petron. cap. 139. *Burm.*—230 *Obit* ex pr. V. et opt. Pal. placet Heins. præ vulg. *agit.*—231 Richel. et Lov. *tant. quanto non.*—232 Be. *Corp. quæ nulla pars lab.* et tres libri *quæ vacet imp.*—233 Lov. *leg. lassant tut.* alius *vexat;* Be. *laxat.*—234 Lov. et octo alii *Et mores, sim.* Tum unus liber *quos petis ess.*—237 Alii *Miror in.*—238 *Nunquam* meliores: recte, si notam interrogationis addas. *Heins.* Alii *Unquam.*—238 Barb. *nostr. explicuisse joc.*—239 Quatuor libri *Vacuus tibi forte fuies,* alii multi, teste Heins. ex melioribus *vacuum tibi forte fuisset:* Excerpt. Voss.

NOTÆ

229 *Prole*] Nisi vehementer fallor, non patitur ratio temporum ut de Druso Tiberii fratre istud intelligatur: nullusque dubito quin de Tiberio agat Naso, ad quem missum ab Augusto Germanicum, ex Dione supra annotavimus. Vide Dionem et Velleium.

231 *Ut*] Mirum esse innuit quod in tanto corpore, quale fuit Imperii Romani, nulla pars labet, ut Cæsaris curis illud totum ascribat; cui adeo Nasonis otia et nugas non concessum fuerit inspicere.

233 *Legum*] Non modo leges retractavit, sed quasdam ex integro sanxit, ut testis est Suetonius: qui

Digitized by Google

Illa quidem fateor fronti non esse severæ
  Scripta, nec a tanto Principe digna legi:
Non tamen idcirco legum contraria jussis
  Sunt ea; Romanas erudiuntque nurus.
Neve quibus scribam possis dubitare; libellus
  Quatuor hos versus e tribus unus habet:
Este procul, vittæ tenues, insigne pudoris;
  Quæque tegis medios instita longa pedes:
Nil, nisi legitimum, concessaque furta, canemus;
  Inque meo nullum carmine crimen erit.
Ecquid ab hac omnes rigide submovimus Arte,
  Quas stola contingi vittaque sumta vetat?
At matrona potest alienis artibus uti;
  Quoque trahat, quamvis non doceatur, habet.
Nil igitur matrona legat: quia carmine ab omni
  Ad delinquendum doctior esse potest.

nullum flagitium invenisses in Arte mea. Agnosco equidem illa scripta non esse vultus gravis, neque digna legi a tanto Principe: neque tamen ideo ea sunt contraria statutis legum; et docent puellas Romanas. Neve possis incertus esse, quibus scribam, unus libellus ex tribus habet hos quatuor versus: Longe estote, vittæ subtiles, indicium castitatis; atque fascia longa quæ velas medios pedes: nihil scribemus nisi legitimum et furta licita: neque ullum flagitium erit in meo carmine. Annon severe repulimus ab hac Arte omnes, quas stola et vitta capta prohibet tangi? At matrona potest uti artibus alienis; et habet quæ accipiat, tametsi non doceatur. Matrona ergo nihil legat; quia potest esse instructior ad peccandum ex omni poë-

---

vacuus tunc forte fuisses: nil mutandum censet Heins.—241 Barm. cum Bonon. scribit *fronti* pro vulg. *frontis*.—245 Pro *scribam* unus Heins. *scripsi*; et ita ediderunt Mycill. Gryph. et alii.—249 In nonnullis *Nos Venerem tutam, concessaq.* Tum Pal. et V. *furt. canamus*.—251 Alii *omn. rigidas*, vel *rigida subm.* —252 Octo libri *sumtaque vitta*; quatuor *vittaq. longa*; et duo *summa*: Jun. *tantaq. vitta*. Tum Be. *negat* pro *vetat*.—254 *Quoque* Heins. recepit ex pr. V. opt. Pal. et aliis nonnullis pro vulg. *Quodque*; duo *Quæque*; alius *Quique*. Præterea pr. Pol. *Trahatur quoque*: mendose.—255 Gryph. Mycill. et alii *quæ* pro *quia*. Tum unus *crimine ab omn.*—256 Voss. *delinq. promtior ess.*—

NOTÆ

omnino videndus.

241 *Fronti*] Alii *frontis*, i. e. Quæ severitatem titulo aut prima pagina præ se ferant.

244 *Erudiunt*] Immo maxime: cum rem videas, censeas. Scilicet ea scripta non viderint puellæ Romanæ, quia illis non dicata!

247 *Vittæ*] Id est, Virgines pudicæ, quæ vittis utuntur.

252 *Stola*] Quæ fuit matronarum vestis propria.

253 *At matrona*] Objectio est quam sibi ex parte Augusti fingit, minus a commentatore intellecta.

Alienis] Id est, quæ non sibi scripta.

254 *Trahat*] Sua faciat.

255 *Nil igitur*] Non respondes,

Digitized by Google

Quodcumque attigerit, si qua est studiosa sinistri,
  Ad vitium mores instruet inde suos.
Sumserit Annales; (nihil est hirsutius illis;)
  Facta sit unde parens Ilia nempe leget.
Sumserit, Æneadum genitrix ubi prima; requiret,
  Æneadum genitrix unde sit alma Venus.
Persequar inferius, (modo si licet ordine ferri,)
  Posse nocere animis carminis omne genus.
[Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit.
  Nil prodest, quod non lædere possit idem.]
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
  Comparat, audaces instruit igne manus.

mater. Si quæ est amans obliqui, quodcumque legerit, inde instituet mores suos ad crimen. Ceperit Annales; (nihil est asperius illis;) nimirum illa videbit ex quo Ilia sit facta mater. Ceperit poëma *in quo prima mater Æneadum; petet ex quo alma Venus sit mater Æneadum. Probabo inferius, (si modo conceditur* singula suo *ordine referre,) omne genus carminis posse obesse animis. Non ideo tamen omnis liber erit pravus: nihil juvat, quod idem non queat obesse. Quid est utilius igne? Si quis tamen instituit incendere domos; instruit manus temerarias igne. Medicina nonnunquam*

258 Ms. Bersm. *mor. instruit inde.*—259 Pr. V. *est irrisimus ill.* et alii pro *illis* habent *istis.* Heins. conj. *Sums. Annales* (*n. e. h.*) *Enni.*—261 Alii *Æneadem,* vel *Æneidem.* Heins. conj. *Æneadum g. cui prim.*—263 Jun. et sex alii *Prosequar inf.* Mox Leid. et Bersm. *ord. fari.*—265 Distichon suspectum: vs. 243. simile carminis initium. *Heins.* Non tam facilem me esse fateor in confodiendis versibus, ubi sensus optime mihi constare videtur; ut hic, si legatur, *Num tamen idcirco c. l. o. h. Si, quoque quod prodest, l. p. i.* 'Crimen habere' usitatissima Ovidio locutio: vid. III. Art. 454. *crimen liber omnis habetur* prim. Edit. ut Merula legit: posset et, *si modo quod prodest.* Burm.—266 Unus liber *urer. castra.*—267 Pro *Comparat* alii *Apparat,* vel *Cæperit:* Barthius

NOTÆ

Naso: neque vero quod satisfaciat quisquam proferre possit. Vix enim ulla, utcumque sapiens et sapientissima, Nasonis Artes possit legere, quæ non corrupta discedat. Ipsemet fuga sibi in amore consulendum esse suasit: vinci adeoque cupit, qui lenociniis, quæ ille habet, animum suum attentum præbet.

256 *Potest*] Verum equidem. Ceterum non fuerit illud crimen carminis scripti, sed ingenii legentis. Tua vero ita adornata, ut eo ipso mentem deleniant quod illam tangant.

258 *Instruet*] A contrario, scilicet.

259 *Hirsutius*] Horrido enim ac prisco genere sermonis, nullis deliciis, scripti Annales Romani.

260 *Ilia*] Quæ virgo Vestalis ex Marte Romulum et Remum genuit.

261 *Ubi prima*] Sumserit librum, in quo prima mater Æneadum. Maronis dicit Æneidem. Somniasse videtur interpres hoc in loco.

262 *Unde*] A quo? nimirum ab Anchise: ut hinc cognoscat quælibet ex adulterio ortos Romanorum proceres. Quod an satis caute dictum fuerit aliis judicandum relinquo.

Digitized by Google

Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
  Quæque juvans monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro, et cautus præcingitur ense viator:
  Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur, innocuas ut agat, facundia, causas:
  Protegit hæc sontes, immeritosque premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur,
  Constabit nulli posse nocere meum.
At quiddam vitii quicumque hinc concipit, errat:
  Et nimium scriptis abrogat ille meis.
Ut tamen hoc fatear: ludi quoque semina præbent
  Nequitiæ. Tolli tota theatra jube:
Peccandi causam quæ multis sæpe dederunt,
  Martia cum durum sternit arena solum.

tollit prosperam valetudinem, aliquando confert: atque indicat quod gramen prosit, quodve noceat. Et latro, et viator providus cingitur gladio: verum ille struit *insidias, hic sibi parat præsidium. Comparatur eloquentia ut tueatur causas justas: hæc defendit noxios, et urget insontes. Ita ergo patebit meos versus nemini posse obesse, si modo legantur puro animo. At quisquis hinc in animum inducit aliquid scelesti, fallitur; et nimium detrahit meis scriptis. Quanquam vero hoc agnoscam: ludi etiam exhibent fomites lasciviæ. Jube omnia theatra removeri, quæ frequenter præbuerunt multis ansam peccandi, cum arena Martia sparsa est in duro solo.*

---

legebat *Concupit.*—268 Pro *igne* Be. et duo alii *ille;* alius *inde.*—270 *Juvans* prior Politiani; quod placet, ut *τῷ nocens* opponatur. *Heins.* Alii *juvet.*—272 Pro *portat* Lov. *præstat.* Matth. Paris in Henrico III. p. 368. sic distichon citat: *Ut latro, sic c. pr. e. v. Hic parat insid. h. s. præstat opem.*—274 Septem libri cum pr. Ed. *innocuosque.* Tum Voss. *gravat* pro *premit.*—275 Serv. *si fronte leg.*—276 Duo libri *nulla parte noc.*—277 Olim legebatur *Et tandem vitium q.* Scripti plurimi *At quoddam vitium;* pr. Pol. et multi alii *At quædam vitia;* pr. V. et Pal. *Et quasdam vitiat;* P. *At quondam vitia;* Medonian. *At quidam vitium:* Heins. legit *At quiddam vitii;* nam in Arund. *At quoddam vitii:* Be. *Ut quædam vitia;* P. alter *At quondam vitium:* Barb. præterea habet *Aut quicquid vitii quique hinc conceperit, err.* Georg. Grævius hactenus probabat pr. V. et Pal. Codd. lectionem ut castigaret *At quasdam vitiat quicumq. &c.*—278 Ex vett. Heins. dedit *abrogat* pro vulg. *arrogat;* nonnulli etiam *derogat:* Be. et alius *detrahit;* alius *subrogat.*—279 Strozz. et Lov. *sem. præstant.*—281 Ex Richel. Heins. reposuit *quæ* pro vulg. *quam.* In nonnullis *multi* pro *multis.*—282 Unus liber *curvum* pro *du-*

NOTÆ

280 *Tolli*] Quasi dicat: Siquidem omnia removenda quæ habent semina nequitiæ, etiam theatra prorsus tollenda: atqui istud posterius non fit; neque igitur carmina profligauda.

282 *Martia*] Quia ea spargebantur loca ubi gladiatores Martem exercebant, et pugnas inibant.

Digitized by Google

Tollatur Circus; non tuta licentia Circi:
Hic sedet ignoto juncta puella viro.
Cum quædam spatientur in hac, ut amator eadem
Conveniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus est templis augustior? hæc quoque vitet,
In culpam si qua est ingeniosa suam.
Cum steterit Jovis æde; Jovis succurret in æde,
Quam multas matres fecerit ille Deus.
Proxima adoranti Junonia templa subibit,
Pellicibus multis hanc doluisse Deam.
Pallade conspecta, natum de crimine virgo
Sustulerit quare, quæret, Erichthonium.

Diruatur Circus: licentia Circi non est secura: puella hic assidet viro non cognito. Quamobrem ulla porticus aperta est, siquidem nonnullæ deambulent in ea, ut amator eodem accedat? Quis locus est venerabilior templis? Si qua est callida in suum crimen, effugiat hæc etiam. Cum fuerit in templo Jovis, recordabitur in templo Jovis quam multas matres ille Deus fecerit. Occurret veneranti proxima templa Junonis, hanc Deam ægre passam multas adulteras. Minerva visa, petet quamobrem virgo eduxerit Erichthonium ortum ex crimine. Venerit in ædem Martis in-

rum. Tum plurimi scripti *sternat;* et unus liber *sternet.*—285 Burm. mallet *in hoc*, id est, ideo, ob hanc solam causam: et *eodem*, ut in vulgatis: at Heins. rescripserat *eadem* ex vett. plerisque.—288 Serv. *est ambitiosa su.*—289 Be. *Constiterit J. æ. J. succurrit.*—291 *Junonia* in pr. Edd. et Gryph. ceteri *Junonis.*—292 Plerique scripti *hanc doluisse:* vulg. *indoluisse.* —293 Mor. *nat. sine semine virg.* et Leid. *de semine.* Pro *virgo* etiam unus

NOTÆ

283 *Circus*] Locus fuit Romæ a Tarquinio Prisco ludis celebrandis exstructus; cui a forma, ovi specie orbiculata, aut circulari, illud datum nomen.

Licentia] Ubi passim juvenes cum puellis, noti ignoti, sedent promiscue, et quælibet effutiunt.

286 *Quare*] Siquidem Porticus amantibus etiam faveant, qui illuc amoris causa conveniunt, claudi debere aut omnino everti eas contendit Poëta; siquidem tamen ex rerum abusu legitimum usum tollendum quisquam censuerit. Atque eo spectat ejus oratio, ut ne suæ Artis amatoriæ deliciæ et lepores damnentur, quia illis ad nequitiam abuti possint matronæ. Quæ omnia ad fucum faciendum summa arte sunt exquisita; ad persuadendum non vero satis idonea.

290 *Quam multas matres*] Hinc vides, Lector, qualis potuerit esse religio hujus generis hominum: quamque abhorrendus omnis Ethnicorum cultus, si pauculos excipias, qui istas nequitias supremo *Enti* in totum abjudicaverunt.

Matres] In Metamorphosi passim videre licet Jovis adulteria.

292 *Pellicibus*] Qualis Europa, Io, Alcmena, Ægina, Danaë, Callisto, Leda, aliæ sine numero.

293 *Virgo*] Pallas, scilicet.

Digitized by Google

Venerit in magni templum, tua munera, Martis; 295
Stat Venus Ultori juncta viro ante fores.
Isidis æde sedens, cur hanc Saturnia, quæret,
Egerit Ionio Bosporioque mari.
In Venere Anchises, in Luna Latmius heros,
In Cerere Iasion, qui referatur, erit. 300

gentis quæ *tua munera*; *Venus est juncta viro Vindici ante januam. Sedens in templo Isidis, petet quamobrem Saturnia illam agitaverit per mare Ionium et Bosphorium. Anchises erit qui memoretur in Venere, heros Latmius in Luna, Iasion*

mater.—294 Alii *quar. quærit E.*—295 Sic Heins. scribit, sequiturque multos vett. In aliis legitur *in templ. magn. tua numina, M.* Barthius in suo reperit Cod. *templ. Lavinia M.*—296 Duriores numeri, neque recte Veneris virum, 'Ultorem' Martem dici puto; cum *amator* fuerit, quem *viro* infra vs. 372. opponit: forte scripserit, *Stet Venus Ultori juncta quid ante fores?* scilicet quæret; *quid*, id est, quare Venus stet ante fores juncta Ultori. *Burm.*—297 Quia *quæret* paulo ante præcesserat Francius hic malebat *dicet.*—298 *Bistorioque* pro *Bistonioque* Lovan. *Hesperioque* Leid. *Burm. Sec.*—299 *Venere*, et *Luna*, et proximo vs. *Cerere*, Heins. suadet: vulg. in accusativo hæ voces

NOTÆ

294 *Erichthonium*] Hic ex Vulcani semine, a Pallade repulsam passi, ortus est puer draconum pedibus horribilis. Dictus est ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, ex contentione et humo, hac causa. Jupiter per infernam paludem Vulcano juraverat se nihil negaturum, quod Diis arma adversus gigantes fecisset. Ille Palladis postulavit nuptias. Abnuere non potuit qui sese tanta religione constrinxerat: adeoque turpissimi fabri libidini eam objicere coactus est. Minervam igitur, quod reliquum fuit, hortatus est, ut pudicitiam defenderet, quod ea egregie præstitit: sed per eam luctam Vulcani semen in terram decidit. Inde Erichthonius: quanquam alii aliter. Minervæ vero curas in eo tollendo vide in Metam.

295 *Tua*] Quia Marti ultori illud templum, quod bello pro ultione patris suscepto voverat, exstruxit Augustus.

296 *Juncta*] Quia Veneris genitricis ædes Martis templo proxima: ut hinc pronum sit ejus cum illa adulterium recordari: tum nequitias ejusmodi aucupari. Ceterum observa, Lector, quanta industria voces conquisierit Poëta, quæ maxime instituto faveant. Ut rem ipsam narrat, non videtur quisquam posse ad Martis ædes accedere, quin illum adulteria suadentem audiat aut videat.

297 *Cur*] Quia, scilicet, Io pellex fuit, Juno eam, in vaccam mutatam, toto orbe agitavit, donec in Isin in Ægypto conversa est. Quam fabulam vide in Metam. namque frustra toties easdem quisquilias everreremus. Festinanter, et earum rerum tollendarum causa quæ bonæ sunt, cetera perstringenda. In iis non immorandum.

299 *Anchises*] Qui ex Venere Æneam suscepit.

Latmius] Endymion, a Latmo Cariæ monte sic dictus, quem Luna amavit.

300 *Iasion*] Qui Jovis et Electræ filius ex Cybele uxore Corybantum genuit: ex Cerere vero per adulterium Plutonem.

Digitized by Google

Omnia perversas possunt corrumpere mentes:
  Stant tamen illa suis omnia tuta locis.
At procul ab scripta solis meretricibus Arte
  Submovet ingenuas pagina prima nurus.
Quæcumque irrumpit, quo non sinit ire sacerdos,
  Protinus hoc vetiti criminis acta rea est.
Nec tamen est facinus molles evolvere versus:
  Multa licet castæ non facienda legant.
Sæpe supercilii nudas matrona severi,
  Et Veneris stantes ad genus omne, videt.
Corpora Vestales oculi meretricia cernunt:
  Nec domino pœnæ res ea causa fuit.

in Cerere. Cuncta possunt perdere animos corruptos. Attamen illa omnia stant suis sedibus. At prima pagina arcet honestas matronas ab Arte scripta solis scortis. Quæcumque per vim accedit quo sacerdos prohibet accedere, ea re continuo arguitur interdicti sceleris. Neque tamen est flagitium perlegere lasciva pœmata; licet pudicæ evolvant plurima non admittenda. Matrona frequens casti supercilii intuetur nudas meretrices, *et sese præbentes ad omne genus* Veneris. *Oculi Vestales spectant corpora meretricia: neque ea res fuit causa mulctæ a Domino.*

scribuntur.—300 Alii *Iasius*.—301 Ber. *perv. poterunt corr.* Duo scripti *possunt pervertere ment.*—303 Alii *Et proc.* Gryph. et nonnulli editi *Sed proc.* —304 *Nurus* ex quatuor vett. Heins. reposuit pro vulg. *manus:* Burm. etiam notat hasce voces sæpe librarios confudisse, probatque *nurus*.—305 *Irrumpit, quo* multi vett. alii *erumpit, qua*.—306 Ex quatuor scriptis Heins. recepit *hoc* pro vulg. *hæc:* tres etiam *hinc*.—307 Multi editi et sex scripti *Non tam.* unus *Nil*.—312 Heins. hunc vs. adulteratum censet, aut scribendum *Nec damno scenæ res ea visa fuit:* in voces *res ea* pro var. lectione Comb. exhibet

NOTÆ

302 *Tuta*] Neque porticus neque templa evertuntur, quia ex illis, aut in illis, ingeniosæ ad nequitiam mulieres male faciendi ansam præripiunt: adeoque neque Amatorii libelli tollendi, aut eorum Auctor profligandus. Atque hic verus est sensus hujus loci, ni fallor: neque placent quæ in eum alii quos quidem vidi protulerunt.

305 *Quæcumque*] Neque se vatem neque Veneris sacerdotem reum esse a simili arguit Naso; sed eam quæ prohibita inspexerit.

308 *Licet*] Verum. Sed nequitias docere atque libidinem proritare non licet.

309 *Severi*] Si credere fas est: Catone namque theatrum ingresso, non ausus est populus ut nudarentur mulieres poscere, quamobrem discessisse testatur Valer. Maximus, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Si quæ ergo essent supercilii severi matronæ, Florales ludos certe non spectassent, quibus turpissimæ meretrices lasciviam suam ostentui haberent.

312 *Domino*] Pontifici Maximo, qui in Vestales animadvertebat, si castitatem violassent. Quanquam suspectus est erroris hic versus.

Digitized by Google

At cur in nostra nimia est lascivia Musa?
  Curve meus cuiquam suadet amare liber?
Nil nisi peccatum, manifestaque culpa, fatendum est:
  Pœnitet ingenii judiciique mei.
Cur non, Argolicis potius quæ concidit armis,
  Vexata est iterum carmine Troja meo?
Cur tacui Thebas, et mutua vulnera fratrum?
  Et septem portas, sub duce quamque suo?
Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat:
  Et pius est, patriæ facta referre, labor.
Denique, cum meritis impleveris omnia, Cæsar,
  Pars mihi de multis una canenda fuit.

At quamobrem nimia est mollities in nostra Musa? Vel cur meus liber consulit cuiquam amare? Nihil est *nisi delictum et crimen evidens, agnoscendum est: piget ingenii et judicii mei. Quare Troja, quæ diruta est telis Argolicis, non agitata est denuo meis versibus? Quamobrem silentio prætermisi Thebas, et mutua vulnera fratrum? et septem portas, singulas sub duce suo? Neque Roma bellicosa recusabat mihi argumentum: atque pius est labor memorare acta patriæ. Denique, Cæsar, siquidem cumulaveris omnia beneficiis, una pars de multis fuit mihi*

Roscia.—314 Pro *cuiquam* quædam Edd. *nequam;* Jun. *quicquam;* Lov. *aliquem;* unus Heins. *quenquam.*—315 *Fatendum* ex multis vett. alii *fatenda:* unus liber *silendum;* alius *ferendum.*—317 Pr. Ed. *quæ decidit arm.*—318 Pro *Vexata* duo libri *Versata;* unus *Exacta:* Heins. conj. *Eversa.*—319 Gottorph. *cur* pro *et.* Mox Francius volebat *fratres* per appositionem.—321 Alii *Non mih.* Mox Be. *mat. pugnatrix R.* Tum Mor. *negavit.*—322 Mor. et Serv. *Et plus est.* Tum in duobus erat *patr. bella ref.* Burm. conj. *fata.*—323 Mor.

NOTÆ

313 *At cur*] Se ipsum damnat Poëta: quod quidem non merito tantum, sed oratorie, et arte ad impetrandam veniam accommodatissima.

317 *Argolicis*] A Græcis eversam Trojam cantaverat Maro. Illud idem argumentum potuisse assumere se de novo, non sine callida sui commendatione, dicit Poëta.

318 *Vexata*] Quia Trojæ labores Virgiliano describuntur carmine, ideo 'vexata' dicitur.

319 *Thebas*] Quæ urbs Bœotiæ, aut certe bellum ad eam gestum, Statio Poëtæ egregii operis præbuit argumentum.

Fratrum] Eteoclis et Polynicis, qui mutuo vulnere, ad singulare certamen congressi, occubuerunt. Filii fuerunt Œdipi Thebanorum regis; quorum passim repetitam historiam, huc frustra transcribere visum est.

320 *Suo*] Ea lege Œdipus regnum suum Eteocli atque Polynici reliquerat, ut alternis annis regnarent. Majori natu Eteocli priores partes Polynices concesserat: verum ille, expleto anno, regno cedere fratri recusavit. Quare hic ad Adrastum Argivorum regem confugit, qui paratis maximis copiis cum Amphiarao, Hippomedonte, Capaneo, Tydeo, Par-

Digitized by Google

Utque trahunt oculos radiantia lumina Solis;
  Traxissent animum sic tua facta meum.
Arguor immerito. Tenuis mihi campus aratur:
  Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago se credere, si qua
  Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forsan (et hoc dubitem,) numeris levioribus aptus
  Sim satis; in parvos sufficiamque modos.
At si me jubeas domitos Jovis igne Gigantas
  Dicere; conantem debilitabit onus.
Divitis ingenii est immania Cæsaris acta
  Condere, materia ne superetur opus.

describenda. Et quemadmodum lumen coruscum Solis ducit oculos; tua acta ita duxissent meam mentem. Accusor indigne: exiguus ager a me colitur. Illud opus erat magnæ copiæ. Si qua navicella non reformidat ludere in parvo stagno, non debet idcirco se committere mari. Forte etiam incertus sim, an sim satis paratus ad versus tenuiores, et par sim levibus modis. At si me cogas cantare Gigantes protritos fulmine Jovis, onus franget nitentem. Est ingenii fertilis scribere facta ingentia Cæsaris; ne carmen vincatur argumento. Et tamen aggressus eram:

---

mer. impleverit omn. Leid. *impleverat.*—324 Francius *Pars modo de.*—330 Bersm. edidit *Audeat exig.* Tum Mor. et tres alii *currere cymb.*—331 Plurimi editi *Forsan et hoc dubitem:* alii *Forsitan hoc:* prim. Vatic. et tres alii, *Forsitan hæc.* Lege, *Forsitan et dubitem.* Heins. *Forsan in hoc dubitem* Gryph. Mycill. et alii: *forsan et hic dubium* Gottorph. *dubito* etiam tres. Vir doctus in Supplement. Actor. Lips. tom. VI. Sect. 2. legebat, servata vulgata lectione, sed ita distinguens, *Forsan (et hoc dubitem) numeris, &c.* optime: sic Ep. XVII. 37. 'Hoc quoque enim dubito.' Vid. ad Quinctil. de Inst. Orat. XII. 1. *Burm.*—332 Mor. et Jun. *in parvis...modis.*—334 Be. *debil. opus.*—335 Unus

NOTÆ

thenopæo, et Polynice ipso, in generum assumto, adversus Eteoclem bellum gessit. Horum ducum unusquisque portam sibi oppugnandam ceperat: namque Thebis septem fuerunt. Illud nunc agitur.

324 *Pars*] Meritorum tuorum, o Cæsar. Nunc vero et summa arte et veris rationibus causam suam agit Poëta.

327 *Arguor*] Correctio est ingeniosissima, tum ad facti sui excusationem tum ad Cæsaris laudem.

Tenuis] Metaphora aptissima, qua se levioribus tantum idoneum esse agnoscit Poëta. Per tenuem campum enim, leve argumentum aut materia intelligitur.

328 *Illud*] Quodcumque ex Augusti præclaris factis in Poëmatis argumentum desumsisset.

Fertilitatis] Fertilis atque uberis ingenii.

329 *Non ideo*] Alia Allegoria eodem spectans.

331 *Levioribus*] Elegiis, quibus levior materia tractatur.

333 *Jovis igne*] Fulmine.

Gigantas] Qui bellum adversus Deos ausi movere: de quibus in Metam.

334 *Onus*] Operis difficultas.

Digitized by Google

Et tamen ausus eram: sed detractare videbar,
  Quodque nefas, damno viribus esse tuis.
Ad leve rursus opus, juvenilia carmina, veni;
  Et falso movi pectus amore meum.
Non equidem vellem: sed me mea fata trahebant,
  Inque meas pœnas ingeniosus eram.
Hei mihi, quod didici! quod me docuere parentes,
  Literaque est oculos ulla morata meos!

sed videbar detrahere, et, quod nefas, esse detrimento tuæ virtuti. Rursus redii ad opus tenue et *versus juveniles; et perculi animum meum ficto amore. Nollem equidem, sed sors mea me cogebat, et eram solers in meum supplicium. Hei mihi, quod profeci in literis! quod parentes erudierunt me, et ulla litera detinuit oculos meos!*

Heins. *est ingentia C.* Tum Gottorph. *C. arma.*—337 Alii *sed detrectare v.* nonnulli vett. *delirare:* 'pr. Pol. Hamburg. et P. *derecitare;* an pro *deprætiare?*' Heins. *Dedecorare* unus; *decertare* alius; et duo libri habent *detrectare verebar.*—340 Bersm. *Ut fals.* P. *fasso mov.* et Heins. volebat *fovi pect.*—342 Excerpt. Voss. et quatuor libri *Inq. meos casus ing.*—343 *Quod* in utro-

NOTÆ

336 *Condere*] Componere, scriptis ad posteros transmittere, et quasi æterna renovare. Hinc vero apparet, disticho superiore per Jovem Augustum allegorice intelligendum; per Gigantas, eos omnes qui adversus illum bello congressi.

Materia] Dicta factis exæquanda orateri esse docuit Crispus; quanto magis Poëtæ, cujus opus materiam exornare et superare debet?

337 *Detractare*] Alii *detrectare, Tuæ* laudi detrahere.

338 *Viribus*] Virtuti.

339 *Juvenilia*] Quæ juvenum lusus, materia ingenio meo tenui accommodata, exponerent.

340 *Falso*] Quasi ipse non amaverit, sed aliorum ineptos amores scripserit.

341 *Mea fata*] 'Ipse quidem pol sapiens fingit fortunam sibi:' siquidem memineris, Naso. Verum et ita loquuntur nostri homines plerique. Si quid ipsi contra Gratiæ instinctum turpissime admiserunt, 'Oh! Deus sic voluit,' inquiunt: 'Mihi gratiam efficacem non indulsit: namque si indulsisset, proculdubio ejus decreta sunt immutabilia: ille omnia potest: neque cespitassem. Nobis ignoscat.' Siquid exsuperans gratia, nescientibus illis forte, præstitit; tunc id totum in sese derivant. Atque eo modo, sive bene sive male agant, superbiunt ipsi, Deum non tantum debito honore spoliant, sed et illi nequitiam suam affingunt. Scelera et genera sacrilega! Sed quod magis dolendum, Theologastri quidam, cum hanc materiam enarrandam assumserunt, non audent loqui; videntur asperos carduos comedere. Atque ita quisque ad ingenium suum redit. Deus omnia præstiterit, homines singuli per Averni descensum cœlos penetrabunt. Vapida pectora et vanitatis ludibria! Scilicet ipsi vivimus per gratiam; non Deus.

342 *Pœnas*] Quia exilio pulsus propter Amorum libellos; uti quidem ille credendum suadet.

343 *Didici*] Non literæ, sed ingenium lascivum obfuit.

Digitized by Google

Hæc tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes,
  Quas ratus es vetitos solicitasse toros.
Sed neque me nuptæ didicerunt furta magistro:
  Quodque parum novit, nemo docere potest.
Sic ego delicias, et mollia carmina feci,
  Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
  Ut dubius vitio sit pater ille meo.
Crede mihi, mores distant a carmine nostri.
  Vita verecunda est, Musa jocosa, mihi.

Hæc lascivia reddidit me tibi odiosum, propter Artes, quas credidisti appetiisse lectos prohibitos. Verum neque matrimonio junctæ edoctæ sunt adulteria me præceptore: et nullus potest docere quod non intelligit. Ego ita scripsi amores et lascivos versus, ut nulla fabula tetigerit nomen meum. Neque adeo ullus est vir de medio populo, ut ille sit pater incertus mea culpa. Fidem mihi adhibe: mores differunt a nostris versibus. Vita est mihi honesta, Musa festiva. Magnaque pars

---

que loco ex melioribus reposuit Heins. pro vulg. *cur:* multi etiam *quid d. quid.*—344 Fr. *Lit. cur ocul.* Lov. *quidve.*—345 Non procedere mihi sensus videtur; nam nihil præcessit, unde *hæc* lascivia dici possit: quare vel legendum, *At tibi*, vel, quod mallem, *Hæc tibi me invisum lascivas fecit ob artes: hæc*, litera scilicet, me tibi invisum fecit, quia ex studio et Poëtices cultu provenerunt illæ artes lascivæ, quas tu ratus es adulteria docere, quæ tu lege severissima coërcuisti. *Burm.*—346 [Pro vulg. *solicitare,*] *solicitasse* plerique scripti et optimæ Editiones: *focos*. Excerpt. Vossii; perperam. *Burm.*—348 Pr. Pol. *Quique par.* Lov. *Quæque:* Mor. *Quod minime nov.*—350 Duo libri *Arguat ut nom.* Jun. *Arguit*, vel *Læserit:* tres alii etiam *Læserit.*—352 Jos. Scaliger legit *Ut vitio factus s. p. i. m.* atque 'filios vitio' dicit esse spurios, et 'facere patrem vitio' de mœcho dicit; ut Martial. XII. 43. 'Huic semper vitio pater fuisti.' *Bersm.*—353 Heins. *dist. mor.* inverso ordine.—354 *Mihi* Heins. recepit ex vet. libro pro vulg. *mea est.*—

NOTÆ

346 *Vetitos*] Matronarum, scilicet.

347 *Furta*] Inconcessam Venerem.

348 *Parum novit*] Quasi vero ille matronam nesciat corrumpere, qui aliam quamvis puellam! Ista ad ludendum, quod optime noverat Naso, non ad persuadendum sunt apta.

350 *Fabula*] Scilicet ideo fuerit ille castissimus, quia in ore non fuerit omni populo! Aliter ipse docuit Naso.

352 *Dubius*] Quod illius conjugem tetigerim.

Vitio] Adulterio. Non, præceptis, ut exposuerunt.

353 *Crede mihi*] Non credo tamen: namque nimius es in cogitandis, probandis, atque amandis quibusque Veneris illecebris atque deliciis. Fuga consulendum sibi ipse frequens indicasti, vix aliter: neque aliter suadet Ratio et Veritas. Jamdiu periit, qui a cogitatione voluptaria mentem revocare non potuerit: neque in medio præcipitio constiterit, qui pedem in aditu reprimere nequiverit.

Distant] Sese dicit non illud fecisse quod suasit. Ceterum et *suadere* ipsum est in moribus: et ille jam fecit qui amavit.

Digitized by Google

Magnaque pars operum mendax et ficta meorum
  Plus sibi permisit compositore suo.
Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas,
  Plurima mulcendis auribus apta ferens.
Accius esset atrox; conviva Terentius esset:
  Essent pugnaces, qui fera bella canunt.
Denique composui teneros non solus amores:
  Composito pœnas solus amore dedi.
Quid, nisi cum multo Venerem confundere vino,
  Præcepit Lyrici Teia musa senis?

scriptorum meorum et falsa et ficta amplius sibi indulsit suo auctore. Neque liber est indicium mentis, sed est *voluptas honesta exhibens plurima idonea ad capiendas aures. Accius esset crudelis; Terentius esset popino; qui scribunt sæva bella essent bellicosi. Denique non solus scripsi molles Amores: solus lui pœnas Amore scripto. Musa Teia senis Lyrici quid docuit nisi miscere Venerem multo mero?*

355 Alii legunt *Magnaq. p. mendax operum est et f.*—358 Vulg. legebatur *apt. refert:* ' Prim. Polit. et tres alii, *feret:* prim. Vatican. et duo præterea, *feres:* quatuor, *ferens;* quod sequor. Superiori etiam versu pro *voluntas* reposui *voluptas* cum prim. Vatic. et duobus aliis.' *Heins. Apta damus* duo cum prima editione: *dabat* Moreti: *acta refert* quatuor cum Bernens. *acta ferunt* alius: *acta feres* prim. Polit. *Voluptas* vero recte; ut etiam Cæcilius apud Minutium Felicem, cap. 12. vocat ludos scenicos, ' honestas voluptates;' ubi vide comment. *Burm.*—359 *Operumque Terentius esset* Francof. quod quid sit nescio: sed tu vide ad Petron. cap. 33. *Burm. Sec.*—360 P. alter *Ess. pugnantes, qui:* Mor. *atroces.*—361 Pro *teneros* Lov. *demens.*—362 Lov. cum alio *tuli* pro *dedi.*—363 *Venerem*

NOTÆ

355 *Mendax*] Forte istud verum: sed fallaciam esse in vero magis adhuc crediderim.

356 *Suo*] Ovidio, qui plura dixit quam fecit.

357 *Nec liber*] Verissime, si quicquam aliud. Superest ut honestam voluptatem esse probaveris, ultro ad libidinem et nequitiam pronum humanum ingenium, deliciis insuper ad easdem acuere.

359 *Accius*] Poëta qui Tragœdias scripsit, et ex Sophocle in Latinum vertit; duriuscule, ut Ciceroni visum: quod in temporis vitium rejicit Quintil.

Atrox] Quia Tragœdiarum suarum tale argumentum. Adeoque huc denique redit Nasonis oratio: Ego non sum arguendus, siquidem lasciviora quædam scripsi in Amoribus: namque illud non meum, sed Argumenti et Amoris fuerit vitium. Non dicitur Accius crudelis, qui tyrannorum atrox ingenium et similia scripsit: ergo neque ego lascivus, qui Amatorum indolem, aliaque id genus, pro ratione argumenti, expolivi.—Cujus generis sit ista ratio non ambigent qui Terentium legerint, aut Ædilium fuisse meminerint prius fabulas excutere quam ad populum referrentur. Quædam omnino silentio prætereunda suadet pudor. Alia vituperanda, non laudanda, Virtus, &c.

Conviva] Quia in ejus Comœdiis de

Digitized by Google

Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas? 365
Tuta tamen Sappho, tutus et ille fuit.
Nec tibi, Battiade, nocuit, quod sæpe legenti
Delicias versu fassus es ipse tuas.
Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri:
Et solet hic pueris virginibusque legi. 370
Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna virumque fuit?
Quid prius est illi flamma Chryseidos? utque
Fecerit iratos rapta puella duces?

Sappho Lesbia quid docuit nisi puellas amare? Tamen Sappho secura, et ille fuit securus. Neque tibi obfuit, Battiade, quod sæpe ipse confessus es carmine tuas voluptates legenti. Nulla est Comœdia faceti Menandri sine Amore: atque hic solet legi ab adolescentulis et puellis. Quid est ipsa Ilias, nisi obscœna meretrix, de qua certamen fuit inter Amatorem et maritum? Quid prius est illi Amore Chryseidis? et ut puella sublata moverit iram ducum? Vel quid est Odyssea, nisi

---

perfundere Ms. Bersm. post hoc distichon in Puteaneo et nonnullis aliis legebatur in margine ascriptum, *Alocus ingentes movit præceptor amores, Alceus ipse tamen transit in urbe sua.* Quæ Heinsius credit ex Ciceron. IV. Tusc. 33. a sciolo quodam repetita, ubi Alcæus de Juvenum amoribus scripsisse dicitur, et Anacreonti jungitur: et veteres lyricos non nisi amatoria scripsisse dicit Pindarus II. Isthm. initio: ubi Schol. Alcæum, Ibycum, et Anacreonta conjungit, qui cum rogaretur, cur non Hymnos in Deos potius, quam pueros scriberet, respondit, οὗτοι ἡμῶν θεοὶ εἰσι· quare et in hoc spurio versu pro *Alocus* forte *Ibycus* legi deberet; et versu secundo *mansit in urbe sua:* ceterum ipsum Anacreonta fuisse sobrium et temperantem, cum laudes vini et ebrietatis caneret, docet Athenæus X. 7. *Burm.*—367 Be. *Bacchiade.*—370 Pro *hic* Heins. malit *hæc,* scil. fabula.—371 In aliis libris *Ilias i. q. e. aliud nisi adult.* —373 *Illi* meliores, teste Heins. vulg. *illic.* Deinde pro *utque* plurimi *aut qui;* et tres libri *an quæ.*—374 Pro *rapta* unus liber *lapsa.* Jun. *bella movere*

NOTÆ

adolescentum compotationculis agitur; in quibus Syrus præsertim laute munus administravit suum.

364 *Teia*] Anacreontis Poëtæ, qui Teon, urbem et portum Ioniæ, patriam habuit.

365 *Lesbia*] Lesbon Ægæi maris insulam, e regione Trojæ, patriam habuit Sappho; quæ libris suis poëmata lasciva, Elegias, Epigrammata, aliaque comprehendit: de qua in præcedentibus.

367 *Battiade*] Callimachus est, qui a Batto generis sui auctore, qui Cyrenen condidit, illud nomen accepit. Lyden puellam amavit, de qua etiam scripsit Elegias.

369 *Menandri*] Is fuit Atheniensis Comœdiarum scriptor, quarum nonnullas Terentius Latinas fecit.

371 *Ilias*] Quæ Homeri opus, de Ilio seu Troja a Græcis, ob raptam Helenam, subversa.

Ipsa] Maximam laudem habet hoc in loco hæc vocula; ut Homeri Iliadem omnium faciat Poëmatum præstantissimum.

Adultera] Quia ob turpissimam illam, Helenam scilicet, a Pàride raptam, bello conflagravit tota Asia, in

Aut quid Odyssea est, nisi fœmina, propter amorem,
  Dum vir abest, multis una petita procis?
Quis, nisi Mæonides, Venerem Martemque ligatos
  Narrat, in obsceno corpora pressa toro?
Unde, nisi indicio magni sciremus Homeri,
  Hospitis igne duas incaluisse Deas?
Omne genus scripti gravitate Tragœdia vincit:
  Hæc quoque materiam semper amoris habet.
Nam quid in Hippolyto, nisi cæcæ flamma novercæ?
  Nobilis est Canace fratris amore sui.
Quid? non Tantalides, agitante Cupidine currus,
  Pisæam Phrygiis vexit eburnus equis?

una fœmina expetita a multis procis, propter Amorem, dum maritus abest? Quis nisi Mæonides refert Venerem et Martem junctos, corpora deprehensa in turpi lecto? Unde sciremus, nisi declaratione magni Homeri, duas Deas correptas Amore hospitis? Tragœdia est supra omne genus scripti, gravitate: hæc etiam semper habet argumentum ex Amore. Nam quid in Hippolyto, nisi Amor cæcæ novercæ? Canace est celebris Amore fratris sui. Quid, annon Tantalides eburnus duxit Pi-

---

duces: Be. *rapta puella viros*.—376 Unus Heins. *sola* pro *una*. Mox *procis* Heins. recepit ex vett. edd. et multis scriptis pro vulg. *viris*.—377 Aut legendum est *Quid? non Mæon.* ut in Amor. II. 9. 7. et mox *Quid? non Tant.* aut *Quis nisi*; quod posterius quinque scripti agnoscunt. *Heins.*—378 P. Lov. et plurimi alii cum pr. Ed. *córp. pressa tor.* unus *nuda*; duo *juncta*.—383 Excerpt. Voss. et Gryph. *nis. sævæ flamm.* Bersm. var. lect. *scævæ*, vel *sævæ*.—384 Francius pro *sui* volebat *soror*.—386 Pol. et duo alii *Pisidiam*; Pal.

NOTÆ

quam conjuraverunt omnes Græciæ Principes.

372 *Amatorem*] Paridem.

Virum] Menelaum.

373 *Chryseidos*] In principio statim Iliados Agamemnonis erga Chryseida, seu Astynomen, Chrysæ Sacerdotis filiam, amor describitur.

374 *Puella*] Briseis est, quam Achilli eripuit Agamemnon, postquam Astynomen suam patri coactus est restituere: qua re gravissimæ inter eos ortæ inimicitiæ.

375 *Odyssea*] Quæ alterum Homeri opus, de Ulyssis erroribus, a quo Græce nomen habuit.

Fœmina] Penelope, Ulyssis conjux; quam multi, absente marito, expetierunt, uti dictum in Epistolis.

377 *Mæonides*] Homerus.

378 *Prensa*] Tenuissimis retibus comprehensos Vulcanus Veneris maritus Diis omnibus, sese insuper deridendum præbuit. Qua de re in Metamorphosi.

380 *Hospitis*] Ulyssis, scilicet.

Deas] Calypso, quæ naufragum Ulyssem hospitio excepit; Circen: de quibus in Metam.

383 *Hippolyto*] Tragœdiam dicit, quæ de Hippolyto a quopiam Poëta Græco conscripta: ubi Phædræ novercæ illius amor descriptus. Quæ omnia et in Epistolis vidimus et in Metam.

384 *Canace*] Hujus scelestum amo-

Digitized by Google

Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,
Concitus a læso fecit amore dolor.
Fecit amor subitas volucres, cum pellice regem,
Quæque suum luget nunc quoque mater Ityn.
Si non Aëropen frater sceleratus amasset;
Aversos Solis non legeremus equos.
Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
Ni patrium crinem desecuisset amor.
Qui legis Electran, et egentem mentis Oresten,
Ægisthi crimen Tyndaridosque legis.

sæam equis Phrygiis, Amore regente currus? Dolor motus ab amore offenso causa fuit ut genitrix inficeret cultrum cruore filiorum. Amor mutavit in aves repentinas regem et pellicem, et matrem quæ nunc etiam deflet suum Ityn. Si frater scelestus non amasset Æropen, non legeremus equos Solis retroactos. Neque Scylla impia tetigisset cothurnos Tragicos, nisi Amor totondisset crinem patrium. Qui legis Electran, et Oresten mente captum, legis crimen Ægysthi et Tyndaridis. Nam

Pisediam; Serv. *Piseidam;* unus liber *Posidiam.*—389 Lov. *vol. subita cum pell.* Be. *vol. cum conjuge reg.*—391 Plurimi scripti *Europen;* alii etiam *Æropen.*—393 Mor. *S. libellos.*—394 Leid. *crin. deseruisset am.*—395 Pro

NOTÆ

rem vide in ejus ad Macareum fratrem epistola.

385 *Tantalides*] Pelops Tantali filius, cujus videsis fabulam in Metam. namque ineptum foret subinde easdem nugas inculcare.

Currus] Nimirum Amoris causa curule certamen cum Œnomao, non sine gravissimo periculo, iniit: ut videre est in Metam.

386 *Pisæam*] Hippodamiam, Œnomai filiam, ex Pisa Arcadiæ urbe, quæ, patre victo, Pelopi in uxorem cessit.

Phrygiis] Quia Pelops Phrygius.

Eburnus] Quia eburneum humerum, in ejus locum quem Ceres comederat, Dii, quibus illum Tantalus pater epulandum apposuerat, restituerunt.

387 *Mater*] Medea, cujus Amor veneficæ non ex Tragœdiis modo, sed ex obviis quibusque Poëmatibus cognoscitur.

389 *Regem*] Tereum, cujus, ut et Philomelæ pellicis, et Procnes fabulam vide in Metam.

390 *Ityn*] Filius fuit Terei ex Procne.

391 *Aëropen*] Atrei fuit uxor, quæ cum Thyeste Atrei fratre concubuit; tragicisque scriptoribus argumentum insigne præbuit.

392 *Aversos*] Istud dicit quia Thyesti fratri comedendum filium Atreus, ut uxoris stupratæ injuriam ulcisceretur, apposuit. Quod nefas Sol ne videret, currum retro egisse dicitur.

393 *Scylla*] Ejus crimen, atque patri sublatum crinem, vide in Metam.

Cothurnos] Cothurnus proprie calceamentum est, quo in tragœdiis agendis utebantur; qui etiam pro stylo sublimiore non semel ponitur.

395 *Electran*] Fuit hæc Agamemnonis filia, adeoque Orestæ soror; quæ Sophocli atque Euripidi Tragœdiæ

Digitized by Google

Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ,
Quem leto fallax hospita pæne dedit?
Quid loquar Hermionen? quid te, Schœneia virgo?
Teque, Mycenæo Phœbas amata duci? 400
Quid Danaën, Danaësque nurum, matremque Lyæi?
Hæmonaque, et noctes cui coiere duæ?

quid dicam de sævo domitore Chimæræ, quem dolosa hospita fere morti tradidit? Cur memorem Hermionem? Cur te, puella Schœneia, teque, Phœbas, dilecta a duce Mycenæo? Quid Danaën, et nurum Danaës, et matrem Lyæi? Et

---

et quidam Codd. habent *nec*; alii *vel*.—397 P. Be. et sex libri *Quid tibi de tetr.* unus *Nam q. d. tetricæ ref.*—399 Merula legendum putat *te, Ceneia virg.* unus liber *Cepheia*, ut Andromeda intelligatur.—401 Pro *Danaën* quidam Codd. exhibent *Danaum*. Tum nonnulli *Danaumque*, *Danaique*, et *Danaasque*.—402 Quidam *Alcmenam*, vel *Almenam et noct.* Mox

NOTÆ

argumentum præbuit.

Egentem mentis] Hujus insaniam Pyladisque amici fidem non multo ante vidimus.

396 *Ægisthi*] Qui Thyestis filius Agamemnonem obtruncavit.

Tyndaridos] Clytæmnestræ, Tyndari filiæ, atque Agamemnonis uxoris.

397 *Chimæræ*] Quod monstrum indomabile, Leonis capite terribile, pedibusque draconibus horrendum, supra habuimus in Metam. Bellerophon vero sustulit, qui hic ejus domitor dicitur.

398 *Hospita*] Sthenobœa, Prœti regis uxor, quæ Bellerophontem ad furtivum concubitum cum pellicere non potuisset, illum apud regem, quasi se de stupro interpellasset, accusavit. Quæ res, nisi virtutis eximiæ fuisset, Bellerophontem prope perdidit. Quam fabulam prolixe habet Apollodorus.

399 *Hermionen*] Quæ Menelai et Helenæ filia Orestî Agamemnonis desponsata; deinde ab Ægistho Pyrrho Achillis filio promissa, Tragœdiarum scribendarum fuit etiam Argumentum.

Schœneia] Atalanta est, Schœnei regis filia, cujus fabulam habes Met. x.

400 *Mycenæo*] Agamemnoni, Mycenarum regi; qui quidem Cassandram Priami filiam, Apollinis seu Phœbi sacerdotem fatidicam, amavit, atque Mycenas captivam captivus ipse duxit.

401 *Danaën*] Quam Jupiter amavit, atque in pretium, seu aureum imbrem, versus, stupravit.

Nurum] Andromeden designat, quam Perseus, Danaës filius, habuit uxorem; uti dictum in Metam.

Matremque] Semele est, quæ Bacchi seu Lyæi aut Liberi patris mater: de cujus cum Jove concubitu, itemque Junonis zelotypia, vide in Metam.

402 *Hæmona*] De isto Hæmone in Sophoclis Antigone; cujus hæc est fabula. Illa contento edicto ne quis Polynicen sepeliret, eum, quia frater erat, humavit. Deprehensa, Creontis regis jussu, ad Polynicis tumulum jugulatur. Hæmon qui eam perdite amabat, ibidem, pectore ense perfosso, sibi mortem conscivit: quem et secuta est Eurydice mater doloris impatiens.

Digitized by Google

Quid generum Peliæ? quid Thesea? quidve Pelasgum,
Iliacam tetigit qui rate primus humum?
Huc Iole, Pyrrhique parens; huc Herculis uxor,
Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.
Tempore deficiar, tragicos si persequar ignes;
Vixque meus capiat nomina nuda liber.
Est et in obscœnos deflexa Tragœdia risus,
Multaque præteriti verba pudoris habet.

Hæmonem, et noctes duas quæ junctæ sunt? Quid generum Peliæ? Quid Thesea? quidve illum, qui primus Græcorum tetigit nave terram Iliacam? Huc addatur Iole, et mater Pyrrhi; huc conjux Herculis, huc Hylas, et puer Iliades. Tempus me deficiat, si recenseam amores Tragicos, et vix liber meus contineat sola nomina. Tragœdia est etiam deducta in turpes risus, et habet multa dicta pudoris emissi.

---

cui ex Heins. emend. vulg. *quæ*.—404 Nonnulli *qui pede tang*.—405 Leid. *Priamique par*.—406 Multi scripti et quidam editi *Iliacusque pu*.—407 Gottorph. *Temp. destituar, trag.* et in multis *deficiam*, unde Heins. conj. *deficiant*. Deinde tres libri *si prosequar ign.* et Be. *persequar omnes*.—408 *Capiat* ex duobus vett. placet Heins. præ vulg. *capiet*. Tum Be. *nom. sola lib*.—409 Leid. *obsc. defleta*, vel *conversa Tr.* Pal. *commixta*; alius *devexa*; pr. V. *commissa*.—410 Pro *præteriti* Tanaq. Faber reponit *prætexti*. 'Nihil mutandum hic,

NOTÆ

Noctes] Tres alii dicunt, quibus continuis cum Alcmena Herculis matre Jupiter consuevit.

403 *Generum*] Admetus est, qui Alcesten, Peliæ filiam, duxit uxorem, de qua Euripidis Tragœdia.

Thesea] Qui heros Tragœdiarum scriptoribus non levia præbuit argumenta.

404 *Primus*] Protesilaum indicat; qui Thessalus fuit, atque adeo Pelasgus ab iis qui primi Thessaliam tenuerunt appellatur. Illum vero in Laodamiæ uxoris epistola primum ab Hectore mactatum diximus.

405 *Iole*] Quæ Euryti Œchaliæ regis filia, ab Hercule adamata, atque ab eodem, occiso patre, sublata, Hyllo filio in uxorem cessit.

Parens] Deidamia est, Lycomedis, Scyri insulæ regis, filia; apud quem Thetis Achillem sub muliebri habitu celavit, hic vero Pyrrhum ex illa genuit.

Uxor] Megaram dicit, Creontis Thebanorum regis filiam, quam Iolao postea concessit. Per illam autem Tragœdia est intelligenda, in qua non gesta tantum, sed et Herculis Amores, legebantur.

406 *Hylas*] Tragœdia, in qua Hylas puer, Herculis comes et deliciæ.

Iliades] Ganymedes est Trojanus, Trois regis filius, qui Jovis pincerna, Junonis etiam zelotypiam movit.

407 *Ignes*] Amores, qui in Tragœdiis continentur.

408 *Nomina*]Eorum quorum Amores etiam Tragœdiis argumentum luctuosum præbuerunt.

Nuda] Sine omni vitæ eorum narratione, quorum Amores in Tragœdiis describuntur.

409 *Risus*] Contra decorum, siquidem luctuosa in Tragœdiis tractantur.

410 *Præteriti*] Neglecti atque violati.

Digitized by Google

Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
  Infregisse suis fortia facta modis.
Junxit Aristides Milesia crimina secum:
  Pulsus Aristides nec tamen urbe sua.
Nec, qui descripsit corrumpi semina matrum,
  Eubius, impuræ conditor historiæ.
Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit:
  Nec quæ concubitus non tacuere suos.
Suntque ea doctorum monumentis mixta virorum,
  Muneribusque Ducum publica facta patent.

Neque obest auctori, qui fecit suis carminibus amantem Achillem intermisisse egregia facinora. Aristides composuit crimina Milesia: neque tamen Aristides ejectus urbe sua. Neque Eubius scriptor turpis historiæ, qui docuit semina matrum corrumpi. Neque exulavit qui descripsit nuper Sybaritida; nec quæ non silentio prætermiserunt suos concubitus. Atque ea sunt mista monumentis doctorum virorum: et

---

apparet ex lectione diversa antiqui codicis, qui *neglecti pudoris* habet, quæ glossa *τοῦ præteriti*: male Merula ad tempus præteritum refert, quo aliquid obscœnum quis gesserit: *præpositi* unus: *habent* Bernens.' *Burm.*—413 Tanaq. Faber emendat *Finxit*, vel *Panxit A. M. cr. chartis:* cui minime consentit Heins. In quibusdam codd. *carmina* extat; unde Heins. minori negotio refingendum commode putat *Lusit A. M. carmine fœdo.* In Buslidianis membranis, *Jungit A. M. carmina sacro.* Be. *M. carmina.* Burm. non hæc intelligit; et conj. *Junxit A. M. crimina scenæ;* id est, lascivos et impudicos mores Milesiorum inseruit et miscuit fabulis suis: sed quia nusquam reperit Aristidem fabulas docuisse, hæret. Francius *Traxit* vel *Vexit:* idem et notaverat Broukhusium velle *Vinxit A. M. crimina socco.*—415 Heins. legebat *qui præscripsit*, vel *præcepit corr.*—416 In Mss. varie nomen scribitur, *Ebius, Ebous, Eubous, Eubilus, Etuus;* in Bersm. *Eubolus.* Tum tres libri *immundæ cond.*—417 Pro *nuper* Heins. conj. *turpem.*—418 Quidam habent *Et qui concub.* sed *quæ* ex Hamburg. et aliis Heins. recepit. Barth. in uno Cod. reperit *Nec qui c. n. tacet Ætna suos.*—419 Jun. et tres

NOTÆ

411 *Mollem*] Briseidis amatorem.

412 *Infregisse*] Dicitur vero Achilles, ob raptam sibi ab Agamemnone Briseida, bello abstinuisse, atque adeo fortia facta infregisse.

413 *Aristides*] Milesius Poëta fuit, qui Milesiaca poëmata, et de rebus impudicis scripsit: de quo Plutarchus et Lucianus.

Milesia] Milesiorum, deliciis atque lascivia infamatorum, qui denique Miletum florentissimam Ioniæ urbem perdiderunt.

415 *Semina*] Atque adeo immaturum fœtum ejici.

416 *Eubius*] Quis hic fuerit, aliunde non novi.

417 *Qui composuit*] Hemitheonis, et Misthonis Sybaritarum, turpissimorumque scriptorum, meminit Lucianus.

417 *Sybaritida*] Fuit Sybaris oppidum Calabriæ inter Crathim et Sybarim fluvios, cujus incolæ lascivia perditi.

418 *Quæ*] Quales Philœnis et

Digitized by Google

Neve peregrinis tantum defendar ab armis;
  Et Romanus habet multa jocosa liber.
Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore;
  Ennius ingenio maximus, arte rudis;
Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,
  Casurumque triplex vaticinatur opus;
Sic sua lascivo cantata est sæpe Catullo
  Fœmina, cui falsum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea, multos vulgavit amores,
  In quibus ipse suum fassus adulterium est.
Par fuit exigui similisque licentia Calvi,
  Detexit variis qui sua furta modis.
Quid referam Ticidæ, quid Memmî carmen, apud quos
  Rebus abest nomen, nominibusque pudor?

aperta sunt, facta publica muneribus ducum. Neve tegar tantum armis extraneis; liber Romanus habet etiam multa lasciva. Et quemadmodum gravis Ennius cantavit Martem suo ore, Ennius maximus ingenio, rudis arte; quemadmodum Lucretius exponit causas violenti ignis, et prædicit triplex opus interiturum; sic sua puella, cui Lesbia erat fictum nomen, est sæpe laudata a lascivo Catullo. Neque expletus ea, publicos fecit multos amores, in quibus ipse agnovit suum adulterium, Lascivia parvi Calvi fuit similis atque æqualis, qui vulgavit sua adulteria diversis modis. Quamobrem memorem poëmata Ticidæ, quamobrem Memmii, apud quos

---

alii *Sunt ea*, omisso *que*. Mox Pal. V. et Comb. *mon. tecta viror*. et Leid. *scripta*.—422 Pro *Et* Jun. *Hic;* Mor. *En;* et ita Edd. Gryph. Mycill. et aliæ.—424 Gottorph. *arte carens;* et alius *potens*.—426 *Casurumque* ex uno Bonon. et aliis: vulg. *Causarumque*.—429 Septem libri *eo* pro *ea*. Tum Lov. *mult. signavit am*.—432 *Furta* Heins. recepit ex tribus libris; alii cum vulg. *facta*.—433 Alii *Ticidem*, vel *Tycidem;* Ed. Gryph. *Tiridæ;* Ms. Bersm. *Tityde;*

NOTÆ

Elephantis, quarum fœdissima scripta versusque spurcissimi passim circumferebantur.

420 *Muneribus*] Concedentibus Imperatoribus, omnibus exposita ea scripta, et aperta sunt.

421 *Peregrinis*] Græcorum scriptis, quæ receusuit Naso.

423 *Martem*] Bella et arma.

Ennius] Annales, Satiras, Comœdias, atque Tragœdias scripserat, quæ omnia, exceptis aliquot versibus passim citatis, perierunt.

425 *Ignis*] Seu de nostro elementari, seu de fulmineo intelligas, utriusque causas enarrat Lucretius Poëta, in egregio illo quod hodieque extat opere de rerum natura.

426 *Triplex*] Cœlum, scilicet, Terra, et Mare.

Vaticinatur] Quia interiturum mundum disputat Lucretius, contra eos qui æternum dicebant.

428 *Falsum*] Quia non Lesbia, sed Clodia dicebatur, uti quidem scripsit Merula.

431 *Exigui*] Quia parvæ staturæ, Catulli amicus fuit; non poëta modo

Digitized by Google

Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser: 435
Et leve Cornificî, parque Catonis opus.
Et quorum libris, modo dissimulata Perillæ
Nomine, nunc legitur dicta Metella suo.
Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere suæ. 440

omnis verecundia abest rebus et nominibus? Cinna est etiam horum socius, atque Anser lascivior Cinna: et opus jocosum Cornificii, et simile Catonis: et quorum libris, modo tecta nomine Perillæ, legitur appellata tuo nomine, Metelle. Ille etiam, qui duxit Argo in aquas Phasiacas, non potuit tegere adulteria sui amoris.

Lov. *Trochidem.* Mox etiam in voc. *Memmî* Mss. variant; nonnulli *Meri, Nævi, Nomi, Mæni.*—434 Nihili hæc sunt: quare assentior Bernardo Rottendorphio viro doctissimo, ac de studiis meis egregie merito: qui emendat, *Rebus abest omnis nominibusque pudor.* Nihil certius ea conjectura. *Heins.* Defendit vulgatam Cl. Bentl. ad Horat. Od. II. 12. *Burm. Sec.*—435 Barb. *C. protervior A.* Lov. *protectior.*—437 Lov. *In* pro *Et;* et alius liber *nunc* pro *modo.* Tum multi scripti *dissim. per illos.*—438 In vulgatis scribebatur *dicta, Metelle, tuo:* sed 'scribe, *dicta Metella suo.* Ticida enim Metellam appellarat Perillam: quod ex Apuleii Apologia discimus: nunc alios nescio quos memorat, qui eam suo et vero nomine decantarint. Forte hoc distichon superiori præponendum.' *Heins. Nunc legitur* Bonon. Erudit. Bentl. ad Horat. Od. II. 12. vulgatam tuetur, quia eodem redit: neque ego de alterutra pugnaverim; elegantior tamen videtur lectio, *Metella suo,* quia tunc oppositio est, inter 'dissimulatam,' et 'suo nomine lectam.' *Burm.*—439 Ms. Bersm. *His quoq.* Mox plurimi editi *Argon;* et Lov. *navem.* Deinde Mor. *ad* pro *in.*

NOTÆ

sed orator clarus; violentus accusator, et concitatus.

433 *Ticidæ*] Hic Metellam amasse dicitur, quam falso nomine Perillam in Elegiis vocitabat.

Memmî] Poëta fuit et orator; de quo Plinius in Epistolis, itemque Tranquillus; qui illum C. Cæsari obsecisse testatur, quod ad Nicomedis regis cyathum et vinum stetisset.

435 *Cinna*] Q. Helvius Cinna Smyrnam scripsit, quam decem annis elimavit.

Anser] Hic Antonii poëta fuit, cujus laudes scripsit.

436 *Leve*] Quia Amatoria scripsit hic Cornificius. Galeatos lepores milites fugientes sæpius appellaverat; quamobrem ab illis destitutus interiit.

Catonis] De Valerio Catone sermo est, qui Birsenni cujusdam libertus fuit ex Gallia. Grammaticen docuit; visusque est peridoneus præceptor maxime ad Poëticam tendentibus. Is, præter Grammatices libellos Poëmata etiam scripsit; in quibus præcipue probata Lydia et Diana: de quibus hic agitur.

437 *Quorum*] Metri ratione, aut honoris gratia, quorundam nomen reticet Poëta, qui Metellam, quam Ticida aut aliquis alius Perillæ nomine celaverat, aperte celebraverunt.

439 *Is*] Varronem Attacinum intelligit, qui Leucadiam amavit. Ille enim Argonautica ex Apollonio scripsit.

Phasiacas] Colchicas, a Phasi ejus regionis fluvio.

Duxit] Argo navem duxisse dicitur

Digitized by Google

Nec minus Hortensî, nec sunt minus improba Servî
  Carmina. Quis dubitet nomina tanta sequi?
Vertit Aristiden Sisenna: nec obfuit illi
  Historiæ turpes inseruisse jocos.
Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,
  Sed linguam nimio non tenuisse mero.
Credere juranti durum putat esse Tibullus;
  Sic etiam de se quod neget illa viro.
Fallere custodem demum docuisse fatetur;
  Seque sua miserum nunc ait arte premi.

Neque versus Hortensii neque Servii sunt minus impuri. Quis vereatur imitari tantos Auctores? Sisenna interpretatus est Aristiden: neque illi nocuit immiscuisse lascivos ludos illi historiæ. Neque pudori fuit Gallo cantasse Lycoridem, sed non repressisse linguam nimio vino. Tibullus arbitratur esse difficile fidem habere puellæ *juranti; quod illa neget etiam de se marito. Denique agnoscit* se *docuisse custodem decipere; et dicit se infelicem nunc urgeri suis præceptis.*

—442 Be. *quis dubitat nom.* Mor. *quid dubitem.*—443 Alii *Aristidem*, et *Cisena.*—445 Editi et scripti quidam *Non fu.* Tum Fr. et alii multi *opprobrium cel.*—446 Quidam *nim. continuisse mer.* quinque *continuasse;* P. *non temerasse;* alius *non tenuasse.*—448 *Sic* est ex Heins. emend. Comb. et tres alii *Hic;* unus *Hæc;* duo vett. *Hinc.* Deinde Ms. Bersm. et multi alii *quod negat illa;* et Be. *ipsa:* Pol. ult. *cum negat.*—449 Heins. malit *Fall. custodes.* ‘ Grono-

NOTÆ

Poëta in Colchos ad vellerem aureum tollendum, quia ejus errores scripsit.

441 *Hortensî*] Hortensius et Sulpitius celeberrimi fuerunt oratores, qui nihilominus mansuetioribus Musis operam dederunt. Posterioris prurire poëma scripsit Ausonius; propter lasciviam carminis, scilicet.

443 *Aristiden*] Qui Græce Milesios turpissimos libellos, de quibus supra, scripserat.

Sisenna] Hunc inter Oratores recenset Cicero. Doctus vir erat, et studiis optimis deditus, gnarus Reipublicæ, non sine facetiis. Historiam Romanam insuper composuerat.

445 *Lycorida*] Hanc Servius Citheridem fuisse scripsit, Volumnii libertam; de qua libros quatuor scripsit.

Gallo] Hic, Ægypti procurator, cum civitatem Thebanam, plurimis peremtis, exhausisset, et furti accusaretur, sibi manus violentas intulit; docente Ammiano Marcellino. Sed verius alii eo compulsum volunt, quod, cum in ipsum Imperatorem amicum multa, inter pocula præsertim, intemperanter jactasset, aliaque patrasset, huic domo et provinciis suis Augustus interdixisset, Senatus graviore sententia bona omnia sustulisset.

447 *Juranti*] Deliæ amicæ Tibullus difficile credere scripserat, quæ sese cum nullo alio rem habere juraret, siquidem de ipso ad maritum pejeraret. Hinc igitur Naso Tibullum de turpibus scripsisse probat; quæ illi tamen fraudi minus fuerunt. Hi vero sunt Tibulli versus: ‘Illa quidem tam malta negat; sed credere durum

Digitized by Google

Sæpe velut gemmam dominæ signumve probaret;
Per causam meminit se tetigisse manum.
Utque refert, digitis sæpe est nutuque locutus,
Et tacitam mensæ duxit in orbe notam.
Et quibus e succis abeat de corpore livor,
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit ille marito,
Se quoque uti servet; peccet ut illa minus.
Scit cui latretur, cum solus obambulat ille:
Cur toties clausas exscreet ante fores.

Scribit se tetigisse manum dominæ per causam, quasi laudaret gemmam aut sigillum ejus. Et, ut memorat, sæpe est locutus digitis et nutu, et duxit indicium secretum in orbe mensæ. Atque indicat ex quibus succis livor, qui consuevit fieri ore impresso, excedat ex corpore. Denique ille poscit maritum nimis improvidum, ut custodiat se quoque, ut illa minus peccet. Novit cui latretur, cum ipse solus exspatiatur, cur toties exspuat ante januam obseratam. Atque præbet multa præcepta

---

vium ex suo libro legisse, *Fallere custodem dominam docuisse fatetur*, notaverat Heinsius: non male. Sed quia sequenti disticho iterum *dominæ* sequitur, non accedo: *tandem* Palat. et tres alii: forte scripsit, *fallere custodem demens docuisse fatetur:* ut II. Amor. IV. 4. 'In mea nunc demens crimina fassus eo:' hoc saltem mollius est quam cum viro docto in Supplem. Actor. Lips. tom. VI. Sect. II. p. 79. legere, *Fallere custodem se condocuisse fatetur.* Cujus verbi neque in Tibullo extat vestigium, neque Nasoni placuisse puto. Posset et, *primum*, vel *primus docuisse:* has enim voces sæpe confuderunt librarii.' *Burm.*—451 *Signumve* omnes fere scripti; alii *scriptumque.*—455 Unus Med. *fucis* pro *succis.* Heins. mallet *Et quib. is succis.*—457 *Ille* Heins. reposuit ex uno V. pro vulg. *illa.*—459 Pro *cui* Heins. conj. *qui:* mox multi scribunt *sol. obambulet.* Tum *ille* Burm. recepit ex pr. V. et Bersm. Ed. pro vulg. *ipse.*—460 *Cur* pro *Cui* legendum docuit Scaliger junior: sic etiam Ma. et nonnulli

NOTÆ

est: Sic etiam de me pernegat usque viro.'

449 *Custodem*] Cui puellæ cura credita.

450 *Premi*] Qui fallatur etiam.

452 *Per causam*] Siquidem manum tangeret, gemmæ aut sigilli inspiciendi causa.

454 *Notam*] Diducta vini gutta, sicuti in Amoribus vidimus. Adeundus vero est Tibullus, apud quem omnia hæc invenias de quibus agit Naso.

455 *Et quibus*] Tibullus hoc modo: 'Tunc succos herbasque dedi, quis livor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus.'

458 *Servet*] Ut gratior sit voluptas quæ denegata, et invito marito capta.

Minus] Siquidem ejus amator servatus non possit ad illam accedere.

459 *Scit*] Tibullus de se ita profitetur; 'Ille ego sum, nec me jam dicere vera pudebit, Instabat totâ cui tua nocte canis.'

460 *Cur*] 'Et simulat transire domum, mox deinde recurrit Solus, et ante ipsas exscreat usque fores.' Tibullus.

Digitized by Google

Multaque dat talis furti præcepta: docetque
  Qua nuptæ possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi; legiturque Tibullus,
  Et placet, et jam te Principe notus erat.
Invenies eadem blandi præcepta Propertî: 465
  Districtus minima nec tamen ille nota est.
His ego successi, quoniam præstantia candor
  Nomina vivorum dissimulare jubet.
Non timui, fateor, ne, qua tot iere carinæ,
  Naufraga, servatis omnibus, una foret. 470
Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes.
  Hæc est ad nostros non leve crimen avos.
Quid valeant tali; quo possis plurima jactu
  Fingere; damnosos effugiasve canes.

hujusmodi adulterii; et docet quibus dolis nuptæ possint decipere maritos. Neque hoc fuit illi damno; et Tibullus legitur, et gratus est, et cognitus erat te jam Imperatore. Comperies eadem præcepta lenis Propertii: neque tamen ille est mulctatus minima nota. Ego his successi, quandoquidem candor jubet præterire excellentia nomina superstitum. Non veritus sum, agnosco, ne, qua tot naves transiverunt, una esset naufraga, omnibus incolumibus. Artes, quibus alea luditur, sunt consignatæ ab aliis. Hæc est non parvum peccatum ad Majores nostros. Quid tali valeant; quo jactu possis exhibere plurima; aut vites canes exitiales; quot numeros

---

vett. Codd. Mox Excerpt. Voss. et multi alii *claus. excubet ant.*—463 Plurimi scripti *Non fuit.*—464 In voc. *notus* pro var. lect. Arund. exhibet *motus*; Heins. conj. *natus.*—466 Mor. *Afflictus min.* et Leid. *Distractus*: Be. *Distinctus nimia non*: unus Heins. *nimia non fuit ille nota.*—467 Francius volebat *quon. præsentia cand.*—468 V. et duo alii *Nom. tantorum diss.* Ms. Bersm. *dissimulasse.* Tum Leid. *juvat.*—472 *Nostros* repone cum præstantioribus scriptis.

NOTÆ

465 *Eadem*] Eadem docentia quæ Tibullus docuit.

Propertî] Hic Elegiacorum poëtarum Princeps; quem qui non amat, neque illum profecto Musæ amant: quanquam optandum foret, ut ad aliam potius quam amatoriam materiam felicem et candidam illam ingenii venam contulisset.

466 *Nota*] Infamia.

467 *Successi*] Quia Amatoria etiam scripsit Naso.

Quoniam] Quasi præstantiores vixerint suo tempore poëtæ, quos sibi prætulerit Naso, nisi illorum Amores dissimulare candor suaserit.

469 *Carinæ*] Pro poëtis qui Amatoria scripserant.

470 *Una*] Mea, scilicet. De seipso loquitur Poëta.

471 *Luditur*] Describitur. Quid valeant tali, verbi gratia; quis tesserarum usus.

473 *Tali*] Talorum facies seu superficies fuerunt quatuor; sex tesserarum. Talorum facies prima *Canis* dicebatur, quæ infelicissima. Illi opposita *Senio* dubia. Reliquæ duæ

Digitized by Google

Tessera quot numeros habeat: distante vocato
  Mittere quo deceat, quo dare missa modo.
Discolor ut recto grassetur limite miles,
  Cum medius gemino calculus hoste perit.
Ut mage velle sequi sciat, et revocare priorem;
  Ne tuto fugiens incomitatus eat.

tessera habeat; quomodo oporteat mittere distante vocato, quomodo dare missa. Quomodo calculus discolor incedat recta via, cum miles medius cadit ab hoste duplici. Ut magis sciat velle sequi, et repetere priorem, ne secure fugiens procedat incomi-

Heins. Ceteri *vestros.*—474 Alii *Vincere*, vel *Figere; damn.*—475 Locus difficilis; sed suspicor hic aliquid latere de turricula vel pyrgo, in quem mittebantur tesseræ: forte, *pyrgoque rotato Mittere, &c.* ut sit sensus docuisse quosdam quo modo deceat, rotato fritillo ita mittere tesseras, ut felix jactus eveniat, et cum tu miseris, quo modo tesseras illas dare collusori debeas, ut ille infelicem faciat jactum. Nam et hoc fraudulenti aleatores hodie callent, ut aleas illi, qui jacere debet, ita dent in manus, vel pyrgum, ut inde infaustus jactus proveniat: sed inhibeo. *Vocando* erat in Moreti. *Burm.*—476 Gryph. Ed. *quo peccat, quo.*—477 *Tramite* duo libri, et Ms. Bersm. pro *limite.*—478 Jun. *host. cadit.*—479 Locus mendosus. Libri meliores *Ut mage velle sequens*, vel *male.* Combianus *maga.* Heins.—480 Alii *Nec tut.*—481 *Parv.*

NOTÆ

ternario et quaternario numero notabantur. Binarius et quinarius numerus in talis non erant. Quatuor autem talis, tribus fere tantum tesseris, ludere consueverant.

Plurima] Seniones puta, non Canes.

474 *Fingere*] Ut Senionum facies, non Canum, exhibeantur.

475 *Distante*] Solent qui ludunt tesseris, eum sibi maxime expetere numerum, atque voce indicare, quo ad vincendum opus habent. Ceterum cum nostra ludendi ratio a veterum ratione valde discrepet, facile non est dicere quid per distantem numerum intelligendum sit. Certum equidem nihil ad rem protulisse Commentatores plerosque: verum quid certi dicam non occurrit: nisi forte per distantem illum intelligas numerum qui minus frequenter caderet, aut numero ante ab adversario jacto contrarium esset.

476 *Mittere*] In pyrgum, scilicet: quod ex Horatiano scurra liquet, mercede diurna conductum pascente qui pro se tolleret atque in pyrgum mitteret talos. Somniarunt hoc in loco Interpretes, nisi ipse scribens dormio; quod spero non evenerit.

Dare] In alveum ex pyrgo mittere interpretor.

477 *Discolor*] Scilicet diverso colore debent esse latrunculi, *les échecs:* quorum jam tangit ludum Poëta. Quanquam enim circa illum non omnino eædem leges veterum atque ætatis nostræ hominum, plurima sunt tamen quæ eundem esse horum atque illorum non obscure demonstrent.

479 *Ut mage*] Locus mendosus, auctore clariss. Heinsio, quem prorsus non intelligo.

Priorem] Calculum, scilicet; ne forte longius elapsus ab hoste capiatur.

Digitized by Google

Parva sedet ternis instructa tabella lapillis;
In qua vicisse est, continuasse suos.
Quique alii lusus (neque enim nunc persequar omnes)
Perdere rem caram, tempora nostra, solent.
Ecce canit formas alius jactusque pilarum.
Hic artem nandi præcipit, ille trochi.
Composita est aliis fucandi cura coloris:
Hic epulis leges hospitioque dedit.
Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat:
Quæque docet liquido testa sit apta mero.
Talia fumosi luduntur mense Decembris;
Quæ damno nulli composuisse fuit.

tatus. Parva est *tabella, sed et instructa ternis calculis, in qua in eandem seriem digessisse suos est vicisse. Atque alii lusus, (neque vero jam omnes referam,) solent terere rem pretiosam, nostra tempora. Ecce alius scribit figuras et jactus pilarum. Hic docet artem natandi, ille trochi. Ars fucandi coloris descripta est ab aliis: hic posuit leges dapibus atque hospitio. Alius indicat terram ex qua fingantur pocula: et monstrat quodnam fictile sit idoneum vino liquido. Ejusmodi scribuntur mense fumidi Decembris, quæ collegisse nemini obfuit. Ego his falsus composui*

sed internis inst. Pal. pr. et V. pr. Nil muta. *Heins.* In Editione Heinsii tamen legitur; *Parva sed et ternis*, nescio an operarum vitio, an consilio editoris: intelligit vero hic *triodium*, ut vidimus ad Art. III. 365. *Parma sedet* editio Aldi; vitiose: *parva sed ut* prim. Ed. et unus scriptus: *sed interius* prim. Pal. *sedet teneris* alius; *parva sedet terbis* Herculan. [Vs. seq.] *Continuasse duos* etiam unus codex. *Burm.*—483 Ms. Bersm. *Quiq. alius lus.* Deinde V. *nunc prosequor omn.*—485 Unus lib. *Ecc. docet forma al.* Heins. conj. *can. thermas al.*—486 In Hamburg. erat *Artem hic venandi præc.* et Fr. habebat *Hic artem disci præc.* Mox in uno libro Burm. reperit, *ille chori*; unde ita vs. refingit: *Saltandi hic artem præcipit, ille chori.*—487 Ex tribus scriptis Heins. dedit *fucandi*, quod et in aliis reperitur: vulg. *fucandi.*—490 Pal. Ms. Bersm. et duo alii *decens* pro *docet*. Tum Jun. *medio test.* duo *nitido*; unus *tacito.*—491 *Fumosi...Decembris* Heins. ex Barb. reponit pro vulg. *fumoso...Decembri.*—492 Ex melioribus Heins. hæc corr. olim legebatur *Quæ jam non ulli c.*

NOTÆ

481 *Parva*] De eo ludo in Amoribus, ubi vide.

485 *Formas*] Fuerunt enim Trigonales pilæ durissimæ, atque omnium minimæ, pilo plenæ: fuerunt Paganicæ laxiores et plumis refertæ, quibus pagani atque rustici utebantur. Additum est tertium genus, ex pellibus spiritu inflatis. Fiebant insuper ex panno aut pelle lana seu tomento refertis.

486 *Artem nandi*] Quasi vero ea cum Arte Amandi conferenda sit.

488 *Epulis*] Quomodo laute apparandum convivium.

491 *Fumosi*] Quia mense Decembri maxime focus colitur.

Luduntur] A poëtis scribuntur festis Saturnalibus, quibus maxima licentia. Hæc maxime ad excusationem faciunt.

Digitized by Google

His ego deceptus non tristia carmina feci;
Sed tristis nostros pœna secuta jocos.
Denique nec video de tot scribentibus unum,
Quem sua perdiderit Musa: repertus ego.
Quid, si scripsissem mimos, obscœna jocantes,
Qui semper ficti crimen amoris habent?
In quibus assidue cultus procedit adulter;
Verbaque dat stulto callida nupta viro.
Nubilis hos virgo, matronaque, virque, puerque
Spectat; et e magna parte Senatus adest.
Nec satis incestis temerari vocibus aures:
Assuescunt oculi multa pudenda pati.
Cumque fefellit amans aliqua novitate maritum,
Plauditur, et magno palma favore dàtur.
Quoque minus prodest, scena est lucrosa poëtæ:
Tantaque non parvo crimina Prætor emit.

jocosos versus; sed supplicium non jocosum secutum est nostros lusus. Denique neque aspicio quenquam de tot scribentibus, quem sua Musa afflixerit: ego inventus. Quid si scripsissem mimos ludentes turpia, qui semper habent crimen amoris prohibiti? in quibus semper adulter ambulat ornatus, et nupta astuta decipit ineptum maritum. Puella viro matura, et matrona, et maritus, et puer hos videt; et Senatus præsens est magna ex parte. Neque satis est *aures inquinari verbis nefariis: oculi assuescunt ferre multa erubescenda. Et cum amator decepit maritum aliqua novitate, plauditur; et palma præbetur magno favore. Et quo minus est utilis, pœna est fructuosa Poëtæ: et Prætor emit tanta flagitia* pretio *non vili. Vide expen-*

nocet.—495 Alii *non* pro *nec.*—496 Unus Bonon. *sua prodiderit M.* Be. *dejecerit.*—497 Duo libri *obsc. loquentes.*—498 In multis vett. *vetiti* pro *ficti*; alii *juncti, vincti, victi, victum.*—499 Pro *cultus* Heins. conj. *cautus*, vel *multus.*—500 Pro *stulto* Heins. mallet *luso.* Duo libri *stult. qualibet arte viro.*—501 *Hos* Heins. dedit ex tribus scriptis, et sic quidem Be. vulg. *hæc:* Mycill. Gryph. et aliæ Edd. et Ms. Bersm. *hic:* pr. Ed. *hunc;* Serv. *hoc.*—504 Uterque Pol. et quatuor *Assuesc. oculis;* Heins. volebat *oculos.*—507 *Quoque* quatuor; duo, *Quæque;* et alii *Quodque: pleno* etiam pro *pœna* Junianus, et pro *minus* unus Mediceus, *minis.* Scribe: *Quæ mimis prodest, scena est lucrosa poëtæ:* vel, *Nec minus et prodest scena, et lucrosa poëtæ est. Nec minus* subintellige, quam ipsis mimis. Tanaquillus Faber Ep. I. 37. *Quæque mihi pœnæ est, fraus est lu-*

NOTÆ

497 *Mimos*] Versus qui sermones aut facta aliorum imitantur cum lascivia. Eo nomine appellabantur etiam auctores ejusmodi versuum, itemque actores qui illos versus aut fabulas referebant.

498 *Crimen*] Criminationem.

507 *Quoque*] Viderunt alii latere hic mendum; atque suo quisque modo illud correxerunt: sed longissime veteri scriptura abire videntur. *Minis* pro *minus* in uno Medicæo legi testatur

Inspice ludorum sumtus, Auguste, tuorum:
  Emta tibi magno talia multa leges.
Hæc tu spectasti, spectandaque sæpe dedisti.
  Majestas adeo comis ubique tua est.
Luminibusque tuis, totus quibus utimur orbis,
  Scenica vidisti lentus adulteria.
Scribere si fas est imitantes turpia mimos;
  Materiæ minor est debita pœna meæ.
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum;
  Quodque libet, mimis scena licere dedit?
Et mea sunt populo saltata poëmata sæpe:
  Sæpe oculos etiam detinuere tuos.

sam tuorum ludorum, Auguste: invenies plurima ejusmodi a te parata magno. Tu ea spectavisti, et sæpe præbuisti spectanda: adeo Majestas tua est ubique civilis. Atque quietus intuitus es stupra scenica tuis oculis, quibus totus mundus fruimur. Siquidem licet componere mimos exhibentes obscœna, levior pœna est debita argumento meo. An sua pulpita reddunt hoc genus scripti securum; atque scena præbuit mimis concessum esse quod libet? Mea etiam carmina sunt sæpe saltata plebi:

crosa poëtæ: quæ longius abeunt a veteri scriptura. *Heins.* Sed ' nos credimus, tutius hunc locum constitui ex sententia doctissimi Heumanni, qui legit, *Quoque minus prodest, scena est lucrosa Poëtæ:* sensu satis eleganti et plano, illam scenicam Poësin, quæ minus moribus prodest, eo magis esse lucrosam Poëtæ: qui et non insolens esse ostendit post *quo*, non sequi *eo*, vel *eo magis:* et puto veram hanc esse lectionem et sensum, cui acquiescemus, donec quis meliorem inveniat; *quoque minus* vero jam Bersmannus ediderat. *Scena* autem pro *pœna* legendum esse ab Heinsio jam erat animadversum. *Burm.*—508 Lov. et tres alii *parv. carmina P.* Pol. *P. habet.*—510 Pro *multa* Be. *nempe;* Jun. *scripta.*—511 Lov. et Sa. *spectandaq. multa ded.*—512 Be. *ad. mitis uterq.*—513 Gottorph. *quib. utimur orb.* Vulg. *utitur.*—514 Ex sex melioribus Heins. dedit *lentus* pro vulg. *lætus:* Lov. *turpis.*—516 Barb. *Materia...mea.*—518 In plurimis Edd. *licet* pro *libet.*—519 Lov. *pop. recitata poëm.* Mor. *poëm. semper.*

NOTÆ

clariss. Heinsius. Illud arripio, et minima mutatione lego, *Quæ mimis, &c.*

Scena] Lege *pœna.* Pœna, inquit, actorum et poëtæ qui mimos scripsit est lucrum. Atque hæc est optima Poëtæ ratio: neque dubium est, quin impune Amatoria scripsisset, siquidem id unum admisisset.

508 *Prætor*] Ad Ædiles magis ludorum cura spectabat, qui a poëtis fabulas non vili pretio emebant, quas ludorum die recitari, postquam sedulo ante inspexissent, curabant.

513 *Utimur*] Quique adeo te auctorem sequendo peccare non credimus.

514 *Scenica*] Quæ a mimis in scena recitata.

Lentus] Absque ira aut indignatione.

517 *Sua pulpita*] Quæ erant ante scenam, ubi ludicra exercebantur.

Digitized by Google

Scilicet in domibus vestris ut prisca virorum
  Artifici fulgent corpora picta manu;
Sic, quæ concubitus varios Venerisque figuras
  Exprimat, est aliquo parva tabella loco.
Utque sedet vultu fassus Telamonius iram,
  Inque oculis facinus barbara Mater habet:
Sic madidos siccat digitis Venus uda capillos:
  Et modo maternis tecta videtur aquis.

sæpe etiam morata sunt oculos tuos. Nimirum, sicuti antiqua corpora hominum picta manu docta splendent in vestris sedibus; ita est aliculi exigua tabella quæ exhibeat diversos coitus atque figuras Veneris. Et quemadmodum Telamonius sedet prodens iram vultu, et mater barbara exhibet scelus oculis; ita Venus madida exsiccat comam humidam digitis, et modo velata aquis maternis conspicitur. Alii

—521. 522 *Domibus nostris* Lovan. et septem alii: in Bonon. erat, *parentum*, ut intelligantur majorum imagines, ex gente Julia; ut ita stemma suum J. Cæsarem posuisse in æde Veneris Genitricis conjicit Casaubonus ad Sueton. Cæs. initio. Posset et legi, *tuorum*: sed et vulgata de Viris Illustribus antiqui ævi potest capi, ut ita, 'priscis sparsa tabellis Porticus' Art. Am. I. 71. *Artificis* Leidens. Bernens. et quatuordecim alii; male: *pectora fida* Vatican. *pectora picta* Servii. *Burm.*—523. 524 Quinque scripti; et ed. pr. Gryph. et aliæ *variasque figuras Exprimit*. Tum unus Heins. *est vario parv.* Et unus Cod. *scripta tabell.* Tum Mor. *joco.*—525 Ms. Bersm. *Utq. sit et vult.* Mor. *T. iras.*—526 Plurimi scripti *Inq. oculos.*—528 Barthius XL. Adv. 5. una voce, *modomaternis* legit, et acumen inesse illis, *tecta videtur*, putat: cum enim tecta sit, nihil tamen in corpore ejus vernile non videri potest. Quæ vix capio, ita acuta et subtilia sunt: codices variant. Duo libri, *nata videtur*: Gottorpianus, *orta videtur*: Heinsius tentaverat olim, *vecta videtur*, vel, *nare videtur*. Forte legendum, *Ut modo maternis nata* (vel *orta*) *videtur aquis*: ut nudam dicat, ita uti orta fuit e mari, sine ullo velamine. Mallem quoque priori versu, *siccans*, ut sensus sit planior: ut enim Ajax et Medea, quæ tabellæ minime accendunt libidinem, videntur, ita et videtur Venus siccans capillos manibus, (ne eas quidem pudendis partibus prætendens,) penitus

NOTÆ

521 *Domibus*] Palatina porticu præsertim.

524 *Parva*] Tiberius vero 'cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum ac figurarum adornavit,' ut refert Tranquillus.

525 *Telamonius*] Ajax est, Telamonis filius, qui ex eo quod Achillis arma Ulysi adjudicata essent, non ad iram modo sed et vesaniam compulsus est. Hujus autem et Medeæ tabulas Cæsar ante ædem Veneris genitricis dicaverat; ut auctor est Plinius.

526 *Mater*] Medea, quæ in Jasonis odium, qui pellicem Glaucam seu Creusam Creontis filiam uxorem duxerat, filios ex illo susceptos mactare non reformidavit: ut prolixe vidimus in Epistolis.

527 *Venus*] Illam ab Apelle pictam e mari exeuntem Divus Augustus in patris Cæsaris delubro dicavit, quæ Anadyomene dicta est.

528 *Maternis*] Venerem enim ferunt, Cœli pudendis a Saturno abscisis et in mare dejectis, ex maris

Digitized by Google

Bella sonant alii, telis instructa cruentis:
  Parsque tui generis, pars tua facta canunt.
Invida me spatio Natura coërcuit arcto,
  Ingenio vires exiguasque dedit.
Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
  Contulit in Tyrios arma virumque toros:
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,
  Quam non legitimo fœdere junctus amor.
Phyllidis hic idem, tenerosque Amaryllidis ignes,
  Bucolicis juvenis luserat ante modis.
Nos quoque jam pridem scripto peccavimus uno:
  Supplicium patitur non nova culpa novum.
Carminaque edideram, cum te delicta notantem
  Prætерii toties jure quietus eques.

canunt bella instructa armis sanguinolentis; et pars scribunt acta tuæ sobolis, pars tua. Natura maligna conclusit me exiguo limite, et præbuit parvas dotes ingenio. Et tamen ille beatus auctor tuæ Æneidos deduxit arma virumque in lectos Tyrios: neque pars ulla magis legitur de toto opere, quam amor ligatus fœdere vetito. Hic idem adolescens prius scripserat versibus Bucolicis lentos amores Phyllidis et Amaryllidis. Nos etiam jam olim deliquimus isto poëmate. Peccatum non novum mulctatur pœna nova. Atque vulgaveram versus, cum merito eques securus præterii

---

nuda, ut orta est modo ex maternis aquis. *Burm.*—529 Burm. præfert *Bell. tonant al.* in pr. Pal. *fovent*; in alio Heins. Cod. *canant.*—530 Alii *fact. canit.* —535 Quidam Codd. *de carmine toto*; duo etiam *de corpore tanto*, quod non displicuit Heins.—537 Lov. *Phyll. teneros, teneræque A.* Plurimi etiam alii *teneræque*, et *Amaryllidos.*—539 Unus liber *facto* pro *scripto:* tum tres vett. *peccav. uno:* alii *isto.*—540 Unus liber *vix* pro *non.* Tum alius *Musa nov.* et alius *causa.* —541 Pr. Ed. *del. notante.*—542 *Jure quietus* corr. Heins, ex tribus vett.

NOTÆ

spuma procreatam.

530 *Tui generis*] Lucii, Caii, Tiberii, Germanici, atque aliorum.

534 *Tyrios*] Quia Ænean suum Virgilius in Didonis Tyriæ lectum suis versibus deduxit: ut videre est in ejus Æneide.

Arma] Ad Æneidos alludit initium, 'Arma virumque cano,' &c.

535 *Corpore*] Æneidos, scilicet: namque quartus ejus liber artis et suavitatis habet plurimum.

536 *Non legitimo*] Legitimus videtur siquidem Junonis et Veneris consilio conglutinatus: at Jovis jussu et urgentibus fatis perturbatus fuit.

537 *Phyllidis*] Ejus et Amaryllidis amores in Virgilii Bucolicis describuntur.

539 *Uno*] Amatorio, de quo agitur.

540 *Non nova*] Quia jam olim poëtæ amatoria scripserunt, ex quibus nullus pœna aliqua affectus.

Novum] Quo in neminem ante me ob hanc causam animadversum.

541 *Delicta*] Naso sese prætereuntem equitem ab Augusto Censore minime notatum dicit in transvecti-

Digitized by Google

Ergo, quæ juveni mihi non nocitura putavi
  Scripta parum prudens, nunc nocuere seni?
Sera redundavit veteris vindicta libelli;
  Distat et a meriti tempore pœna sui.
Ne tamen omne meum credas opus esse remissum;
  Sæpe dedi nostræ grandia vela rati.
Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos;
  Cumque suo finem mense volumen habet.
Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Cæsar,
  Et tibi sacratum sors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis:
  Quæque gravis debet verba cothurnus habet.

toties te inquirentem in peccata. Adeoque versus, quos parum cautus arbitratus sum non obfuturos mihi adolescenti, nunc obfuerunt seni? Tarda ultio antiqui libelli redundavit: supplicium distat etiam a tempore meriti sui. Ne tamen arbitreris omnia mea poëmata esse mollis ingenii; sæpe aptavi majora lintea nostræ navi. Ego composui sex et totidem libros Fastorum; et volumen habet finem cum mense suo. Atque fortuna mea abrupit nuper illud opus dicatum tuo nomini, Cæsar, et tibi sacratum. Præbuimus quoque poëma regale cothurnis tragicis; et cothurnus

vulg. *irrequietus:* Lipsius emendabat *ille quietus.*—543 Duo libri *Erg. ea quæ;* Heins. conj. *Erg. ego quæ.* Tum Leid. *juveni tria non.* Plurimi etiam *juvenis.*—544 Leid. *prud. sunt nocitura sen.*—546 Pr. Ed. *a merito...suo;* et P. *meritis...suis.*—548 Pro *nostræ* Francius volebat *parvæ.*—549 Quidam pro *Sex* legit *Tres.*—550 Unus liber *fin. carmine mensis habet.*—551 In Jun. erat *Jamque tuo scriptum;* in Fr. *Inq. tuo nuper scripsi sub.* Tum quidam pro *nomine* reponunt *numine.* Burm. sic vs. refingere vellet: *Idque tuo carptum nuper sub nomine* [vel *numine*] *C.*—552 Pol. et duo alii *fors* pro *sors.*—553 Fran-

NOTÆ

one, de qua supra, tametsi jam diu Amatoria lusisset.

545 *Sera*] Quod contra esse debet; ut ad morum correctionem faciat vindicta.

546 *Et a*] Ut sic a merito quoque distare pœnam quam graviorem fecit Augustus intelligas.

547 *Remissum*] Animi soluti et lascivientis.

548 *Grandia*] Quia heroico carmine plurimas Metamorphoses scripsit; deinde et Fastos adornavit.

549 *Totidemque*] Qui injuria temporum perierunt.

552 *Rupit*] Atque adeo non Augusto, sed Germanico, qui pro se ad illum ageret, Fastos suos inscripsit Naso.

553 *Regale*] Quia in Tragœdias reges, aut ejus generis personæ, inducuntur.

Cothurnis] Per illud calceamentum quo in Tragœdiis agendis utebantur Tragœdiæ ipsæ sunt intelligendæ. Medeam autem scripserat Naso, quæ, Fabio auctore, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset, ostendere videtur.

554 *Habet*] Tragœdiam Medeam gravi stylo scripsisse dicit.

Digitized by Google

Dictaque sunt nobis, (quamvis manus ultima cœpto
  Defuit,) in facies corpora versa novas.
Atque utinam revoces animum paulisper ab ira,
  Et vacuo jubeas hinc tibi pauca legi!
Pauca, quibus prima surgens ab origine mundi,
  In tua deduxi tempora, Cæsar, opus:
Aspicias, quantum dederis mihi pectoris ipse;
  Quoque favore animi teque tuosque canam.
Non ego mordaci destrinxi carmine quenquam;
  Nec meus ullius crimina versus habet.
Candidus a salibus suffusis felle refugi:
  Nulla venenato litera mixta joco est.
Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
  Quem mea Calliope læserit, unus ego.

gravis habet voces quas par est habere. *Corpora etiam mutata in novas figuras cantata sunt a nobis, tametsi manus novissima destituit inceptum. Atque utinam absolvas paulisper mentem ab ira, atque imperes inde pauca legi tibi otioso! pauca, quibus deduxi opus incipiens a primo exordio mundi ad tua tempora, Cæsar: videas, quantum ipse mihi addideris animi; et qua benevolentia mentis laudem te atque tuos. Ego neminem laceravi versibus satyricis; neque mea carmina continent cujusquam flagitia. Innocens vitavi lepores tinctos felle. Nulla litera est juncta facetiis virulentis. Ego solus* sum *cui mea Musa nocuerit tot scriptis nostris inter*

---

cius corr. *trag. sceptrum r. Camœnis.*—555 Duo libri *ult. cœptis;* unus *cœpti.*—560 Plurimi ex vulg. *tua deduci temp.* At ' *Defluxi* Politian. quod facilius librarius in *deduxit*, memor illorum I. Met. 4. ' Ad mea perpetuum deducite tempora carmen,' mutare potuit, quam, si Ovidius *deduxi* scripsisset, pro eo supponere *defluxi; defiexi* unus codex: sed hæc etiam alibi observata est varietas. Vid. ad Quintil. de Inst. Orat. I. 8.' *Burm.*—561 *Aspicies* multi. Unus, *Aspicias:* recte. *Heins.* Nam repeti debet ' utinam,' ut paulo ante, ' utinam revoces.' *Aspicies* Gryphius et alii dedere. Bersman. *Aspiceres* probat, et tamen ' utinam' subintelligit.—562 Unus Heins. *Quoq. furore anim.* ut furorem Poëticum intelligat.—563 Edd. plurimæ *mord. distrinxi carm.* Leid. *destruxi:* unus *detraxi carm. cuiquam.*—565 Tres vett. *a nimio suffusos fell.* Hamburg. *mimo suffusos.* Multi etiam alii *suffusos.*—566 Ms. Bersm. *Nuda venen.* Tum quidam *lit. vincta*, vel *juncta:* Heins. conj. *tincta.*—567 Tanaquillus Faber epistola 37. volebat corrigi, *tot scriptis, millia, nostris.* Heins. Locus corruptus: quid enim est *scripti millia nostri?* Merula explicat, inter tot millia carminum nostrorum: sed quis ita loquitur? in variis lectionibus remedium nullum invenio; sed suspicor latere vocem, quæ Poëtarum chorum notet; ut sit sensus inter tot millia populi, et nostræ turbæ,

NOTÆ

556 *In facies*] Metamorphosim indicat.

561 *Pectoris*] Animi et facundiæ.

563 *Non ego*] Certe equidem, si Amatoria excipias, vix in homine ethnico quicquam desideres, quod in Nasone non reperias.

565 *Salibus*] Neminem mordaci carmine distrinxisse aut lacerasse ait.

567 *Scripti*] *Scriptis nostris* corri-

Digitized by Google

Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluisse, malis.
Nec mihi credibile est quenquam insultasse jacenti;
Gratia candori si qua relata meo est.
His precor atque aliis possint tua numina flecti,
O Pater, o Patriæ cura salusque tuæ.
Non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,
Cum longo pœnæ tempore victus eris.
Tutius exilium, pauloque quietius, oro:
Ut par delicto sit mea pœna suo.

tot millia populi. Adeoque non credo ullum Romanum lætari nostris ærumnis, sed plurimos ægre tulisse. Neque mihi credibile est ullum insultasse mihi *protrito; si qua gratia est relata meæ innocentiæ. Oro, ut tua Majestas possit moveri his atque aliis, o Pater, o cura et salus Patriæ tuæ. Non ut revertar in Italiam, nisi forsitan olim, cum flexus eris longo tempore supplicii. Precor exilium securius, et paulo quietius, ut pœna mea sit æqualis suo crimini.*

id est, Poëtarum, ego unus sum, quem mea læsit musa: *Inter tot populos* Bersman. et Bernens. forte, *studii tot millia nostri*, id est, Poëtici studii consortes: ut ita Trist. v. 3. 47. ' consortes studii pia turba Poëtæ:' et ' Ex P. studii communia fœdera sacri' IV. 13. 43. et ita passim in his libris. Locutio vero similis illi Plinianæ, *Arion Citharœdicæ artis*, quam illustravimus ad Quintil. Declam. VIII. 3. *Burm.*—568 *Unus ego* quinque veteres: sic ante, *Quem sua perdiderit Musa, repertus ego.* Totus locus non inconcinne sic constituetur, *Inter enim populi, tot scriptis millia nostris Quem mea Calliope læserit, unus ego:* inter populi enim tot millia, quem læserit scriptis nostris mea Calliope, unus ego sum. *Heins. Quem sua* quatuor libri.—571 Alii *quenq. insultare jac.*—572 Pro *relata* duo Codd. *relicta:* Lov. *reddita siqua.*—574 Be. *Patr. causa saluq.*—577 Pol. Serv. et alius *Mitius exil.* Tum Lov. *paulumque.* Dein unus liber *quiet. opto.*—578 Lov. *pœn. meo.*

NOTÆ

gendum voluit emunctissimæ naris Tanaquillus Faber, vir de bonis literis optime meritus, præceptor olim meus, atque amicus carissimus. Neque vero in his ab ejus sententia ausim discedere.

568 *Calliope*] Musa pro carmine ipso posita.

572 *Candori*] Quæ virtus nullum scelus, nihil obscuri aut maligni patitur.

575 *Ausoniam*] Italiam, ut sæpe alibi ab Ausonibus antiquis Italiæ populis.

578 *Par*] Levis, scilicet, quale suum crimen esse innuit.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER III.

ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

LIBRUM Romam mittit Poëta, incultum quidem et sordidum: inducitque illum errare per varia urbis loca, precarique Augustum, ut patri exuli et poëtæ det veniam. Sed cum nusquam recipi se videat, rogat manus plebeias, ut eum illæ saltem accipiant, ut habeat ubi possit divertere.

MISSUS in hanc venio timidi liber exulis urbem.
Da placidam fesso, lector amice, manum:

Lector amice, ego *liber exulis pavidi venio missus in hanc urbem: porrige blan-*

1 Pro *timidi* alii *timidus.* Serv. et Be. *lib. exul in urb.*—2 Tres libri *Da plac. fasso* pro *lasso;* locutionem ab illo officio, quo languentibus manum darent, desumtam puto: ut apud Petron. CI. *quis non dare manum languentibus volet?* et quo referes illud infra Eleg. IV. hujus libri s. 76. ' Fidam projecto neve negate manum.' Sic et de naufrago Trist. v. 9. 18. ' Nec dederit nanti per freta sæva manum.' his vero verbis responderent melius, si legeretur in primo versu, *Missus in hanc venio tandem liber exulis urbem;* nam in Leidensi

NOTÆ

1 *Exulis*] Ovidii, scilicet.
Urbem] Romam, quæ simpliciter Urbs dicitur, cum aliæ oppida tantum Romanis viderentur.
2 *Manum*] Fidei et auxilii symbolum.

Digitized by Google

Neve reformida, ne sim tibi forte pudori:
Nullus in hac charta versus amare docet.
Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam
Infelix ullis dissimulare jocis.
Id quoque, quod viridi quondam male lusit in ævo,
Heu nimium sero damnat et odit opus.
Inspice quid portem: nihil hic nisi triste videbis;
Carmine temporibus conveniente suis.
Clauda quod alterno subsidunt carmina versu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.
Quod neque sum cedro flavus, nec pumice levis;
Erubui domino cultior esse meo.
Litera suffusas quod habet maculosa lituras;
Læsit opus lacrymis ipse poëta suum.
Si qua videbuntur casu non dicta Latine;
In qua scribebat, barbara terra fuit.

dam manum lasso; neve metue, ne sim forte tibi opprobrio: nullus versus in hac papyro docet amare. Neque est sors mei domini, ut miser debeat tegere illam ullis jocis. Improbat etiam et odit, heu nimis tarde, illud opus quod olim male cecinit ætate juvenili. Vide quid feram: nihil hic invenies nisi lugubre; versibus congruentibus suis temporibus. Quod versus claudi cadunt alterno carmine, vel ratio pedis, vel longum iter hoc præstat. Quod neque sum flavus cedro, nec expolitus pumice; me puduit ornatiorem esse domino meo. Quod litera sordidata habet lituras aspersas; ipse Poëta fœdavit opus suum fletibus. Si forte nonnulla videbuntur non Latine prolata; tellus in qua scribebat fuit barbara. Dicite, lectores, si

erat, *tandus*, ex quo et *tardus* non male quis faceret: ut longam viam indicet, qua fesso nunc manum sibi dari postulat. *Burm.*—3 Tres libri *tib. causa pudoris*; duo *doloris*; totidem *timoris*; Be. *coloris*.—5 Mor. Jun. Leid. et alius cum Ms. Bersm. *Hæc dom.*—6 Ms. Bersm. *Infel. nullis*. Tum Leid. et Mor. *dissim. locis*.—7 Unus liber *dudum* pro *quondam*. Tum Leid. *luserat*, et Be. *lusimus æv.*—8 Pr. Pol. *En nim.*—9 Gryph. et alii *Aspice quid.*—11 Leid. *Clausa quod*. Mox *subsidunt* Burm. dedit ex omnibus scriptis et olim editis; quod quidam arbitrio suo mutarunt in *subsidant*.—12 Ms. Bersm. P. et Be. *ped. hæc rat.* Jun. et Mor. *hæc rat. est, vel.* et Leid. Mor. et Serv. *long. fuit*.—13 Pro *flavus* Leid. et septem alii *fulvus*: duo *comtus*.—16 Lov. et novem alii *poët. suis*.—17 Mss. Bersm. *dict. Latino*.—18 Pro *scribebat* Strozzæ *scribebam*:

NOTÆ

7 *Viridi*] Cum juvenis esset Poëta.

8 *Sero*] Quia postquam Amorum causa in exilium missus.

11 *Clauda*] Festive claudicare ait Elegiacum carmen quo utitur.

Alterno] Alternis vicibus Hexametrum atque Pentametrum recurrunt.

Subsidunt] Cadere videtur versus Pentameter, ex eo quod uno pede sit brevior Hexametro.

13 *Cedro*] Quis usus fuerit olei cedrini in adornandis libris supra dixi-

Digitized by Google

Dicite, lectores, si non grave, qua sit eundum;
Quasque petam sedes hospes in Urbe liber.
Hæc ubi sum lingua furtim titubante locutus;
Qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter.
Di tibi dent, nostro quod non tribuere parenti,
Molliter in patria vivere posse tua.
Duc age: namque sequor: quamvis terraque marique
Longinquo referam lassus ab orbe pedem.
Paruit; et ducens, Hæc sunt Fora Cæsaris, inquit:
Hæc est a Sacris quæ via nomen habet.
Hic focus est Vestæ; qui Pallada servat et ignem:
Hic fuit antiqui regia parva Numæ.
Inde petens dextram, Porta est, ait, ista Palatî:
Hic Stator: hoc primum condita Roma loco est.

non molestum, qua sit eundum; et quas domos subeam libellus peregrinus in Urbe. Postquam hæc clanculum dixi lingua vacillante, vix fuit unus qui mihi ostenderet viam. Dii tibi præbeant, quod non indulserunt nostro patri, posse traducere leniter ævum in tua patria. Duc, quæso, namque sequor: tametsi defessus veniam terra et mari a plaga remotissima. Obsecutus est; et ducens me, Hæc, ait, sunt Fora Cæsaris: hæc est via quæ nacta est nomen a sacris. Hæc sedes est Vestæ, quæ custodit Minervam et ignem: hic fuit parva aula veteris Numæ. Inde petens dextram, Istu, inquit, est portâ Palatii: hic Stator: Roma est primum posita in hoc

---

Heins. suadet *scribebar*, et sic Zulichemianus: Burm. autem *scribebat* retinendum censet, quia præcessit 'Læsit.'—19 Pr. Pal. et sex alii et Bersm. *quo* pro *qua*.—22 Duo scripti *monstr. vir fuit*.—23 Leid. *dant* pro *dent*. Deinde olim scribebatur *tribuer. poëtæ*: Heins. profert *parenti* ex tribus scriptis, qui id pro var. lect. exhibent.—25 Pro *namque* alii *jamque* vel *nempe*: Be. *teque*. Nonnulli etiam cum vulg. *sequar*: Heins. conj. *jamque sequor*.—29 *Focus* Burm. recepit ex H. pro vulg. *locus*.—30 Alii *Hæc* pro *Hic*. Mox P. *reg. parca N.* et Excerpt. Voss. *celsa*.—31 H. *dextr. Statio est*.—32 Scribe, *Stator*.

NOTÆ

mus.

21 *Titubante*] Præ metu.

23 *Di tibi*] Verba sunt libri ad illum qui iter monstrabat.

Parenti] Ovidio, qui libelli pater.

27 *Fora*] Plura fuerunt Romæ; hic de foro Augusti intelligitur.

28 *Sacris*] Quia in ea via fœdus inter Romulum et Tatium ictum, perque eam sacra in arcem feruntur.

29 *Focus Vestæ*] Templum ejus dicit rotundum, a Numa exstructum, ubi ignis perpetuus a Vestalibus summa cautione servabatur.

Pallada] Palladium dicit, ab Ænea in Italiam allatum, quo Imperii fata contineri volebant.

30 *Numæ*] Qui Romanorum rex fuit secundus, justitia et pietate magis quam dignitate sua cognitus.

31 *Palatî*] Quæ et Saturnia et Pandania prius dicta.

32 *Stator*] Jovis Statoris ædem intelligit, quam illi Romulus ideo po-

Digitized by Google

Singula dum miror; video fulgentibus armis
Conspicuos postes, tectaque digna Deo.
An Jovis hæc, dixi, domus est? quod ut esse putarem,
Augurium menti querna corona dabat.
Cujus ut accepi dominum, Non fallimur, inquam:
Et magni verum est hanc Jovis esse domum.
Cur tamen apposita velatur janua lauro;
Cingit et augustas arbor opaca fores?
Num quia perpetuos meruit domus una triumphos?
An quia Leucadio semper amata Deo?
Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?
Quam tribuit terris, Pacis an ista nota est?

loco. Dum miror omnia, aspicio postes insignes armis coruscis, et ædem dignam Deo. Atque, inquam, hæc est sedes Jovis. Quod ut esse crederem, corona querna faciebat indicium animo. Cujus postquam audivi dominum, Non decipimur, dixi; et verum est has esse sedes magni Jovis. Quamobrem tamen porta tegitur lauro adjuncta; et arbor umbrosa ambit splendidam januam? Anne quia istud palatium dignum est æterno triumpho? an quia semper dilectum fuit Deo Leucadio? Ipsumne quod festum, an quod reddit omnia læta? an istud est signum Pacis quam præbet orbi?

Jovis Statoris ædem intelligit: ita Combii codex; neque aliter Politianus in ora sui exemplaris, et Gronovius Observat. IV. 15. *Heins.* Alii *Sator.*—33 Gottorph. *dum narrat; vid.*—35 *An* dedit Burm. ex H. pro vulg. *Et:* quædam etiam Edd. *Est.*—37 Opt. Pal. *acc. numen, Non.*—39 *Apposita* Heins. rescripsit ex plerisque vett. pro vulg. *oppositа.*—40 Tres libri *august. querna corona f.* Multi vett. habent *fores;* nonnulli *domus* vel *domos;* alii cum vulgatis *comas.*—41 *Num* dedit Heins. ex melioribus; vulg. *tu.* Mox P. *habuit* pro *meruit.* 'Eleganter Leidensis Codex *domus una;* reliquæ enim triumphos meruerunt, sed sola Augusta domus perpetuos.' *Burm.* Alii *domus ista.*—

NOTÆ

nendam curavit, quod fœdam suorum fugam stiterit cum adversus Sabinos pugnaret.

36 *Querna*] Quercus enim Jovi sacra.

37 *Non fallimur*] Quia Augustum pro Jove accipiebat. Quæ detestabilis adulatio neque etiam hodie in totum profligata est.

41 *Triumphos*] 'Laurus,' inquit Plinius, 'triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus janitrix Cæsarum Pontificumque, quæ sola et domos exornat, et ante limina excubat.'

42 *Leucadio*] Apollini, cui laurus, ob Daphnen in eam arborem mutatam, carissima, ut dictum in Metam. Augustus vero in Ambracii sinus ore, non longe a Leucate promontorio, ad Actium oppidum, urbem amplam quam Nicopolim dixit, cum templo Apollini sacro, excitavit. Inde ille Leucadius.

43 *Festa*] Perperam ad laurum retulerunt quod de Cæsaris domo intelligendum.

Digitized by Google

Utque viret semper laurus, nec fronde caduca
  Carpitur; æternum sic habet illa decus?
Causa, superpositæ scripto testata coronæ,
  Servatos cives indicat hujus ope.
Adjice servatis unum, Pater optime, civem;
  Qui procul extremo pulsus in orbe jacet.
In quo pœnarum, quas se meruisse fatetur,
  Non facinus causam, sed suus error habet.
Me miserum, vereorque locum, venerorque potentem,
  Et quatitur trepido litera nostra metu.
Aspicis exsangui chartam pallere colore?
  Aspicis alternos intremuisse pedes?
Quandocumque, precor, nostro placata parenti
  Isdem sub dominis aspiciare domus.

Et quemadmodum laurus semper virescit, neque habet folia decidua; sic illud habet honorem perpetuum? Causa coronæ superpositæ elogio declarata testatur cives liberatos hujus auxilio. Pater optime, adde unum civem servatis, qui longe relegatus protritus est in plaga remotissima. In quo non flagitium, sed error suus habet titulum pœnarum, quibus agnoscit se dignum esse. Me infelicem, et timeo locum, et honoro dominum; et nostra litera percellitur timore trepido. Videsne papyrum pallere colore exsangui? Videsne pedes alternos trepidasse? Oro ut domus quandocumque delinita nostro patri, videaris sub iisdem dominis. Inde ducor æquali

42 Unus liber *semp. amica D.*—45 Unus Liber *frond. pudica.*—46 Pr. Pol. *ipsa* pro *illa.*—47 Lov. Mycill. Bersm. Gryph. et aliæ Edd. *Causaque supposita.* Mox plurimi *testante* pro *testata.*—49 Merula *serv. me un.* Tum unus liber *precor, opt.*—50 Alii *orb. latet.*—51 Serv. *sat* pro *se.*—53 *Venerorque* ex uno libro pro vulg. *vereorque.* Tum in nonnullis *parentem:* alius *potentes:* Heins. conj. *Penates.*—54 Plerique scripti *quat. rapido lit.* unus *pavido.*—57 *Quantumcumque* Leid. et quatuor alii: sed *quandocumque* dici de indefinito tempore pro, aliquando, docuit post alios Bentleius ad Hor. Serm. I. 9. 33. *Burm.* Mox Ciofanus monet *placata* legendum ex duobus V. et Ma. pro vulg.

NOTÆ

46 *Illa*] Domus, scil. Augusti.

47 *Superpositæ*] Superior pars januæ frondibus lauri ornata erat, cui subjecta corona querna, illis dari solita qui civem servassent, atque 'civica' dicebatur.

48 *Hujus*] Augusti.

49 *Unum*] Nasonem, scil.

51 *In quo*] Orbe, inquiunt. De Nasone intellige.

53 *Locum*] Propter Augustum, ejus potentem, atque dominum.

56 *Alternos*] Quia alternis hexametro et pentametro usus est Poëta.

Intremuisse] Istud dicit propter pentametri brevitatem, quasi incedere vereatur.

57 *Quandocumque*] Quando placuerit Cæsari. Non enim definit tempus.

Parenti] Nasoni, scil. qui auctor seu pater hujus libelli.

Digitized by Google

Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa Dei.
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis
Belides, et stricto barbarus ense pater:
Quæque viri docto veteres cepere novique
Pectore, lecturis inspicienda patent.
Quærebam fratres, exceptis scilicet illis,
Quos suus optaret non genuisse parens.
Quærentem frustra custos me, sedibus illis
Præpositus, sancto jussit abire loco.
Altera templa peto, vicino juncta theatro:
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.

incessu sublimibus gradibus ad templa alta candida Dei intonsi; ubi Belides, et genitor barbarus gladio nudato, sunt statuæ alternæ peregrinis columnis: atque ea conceduntur ridenda lecturis, quæ antiqui atque recentiores viri comprehenderunt docto pectore. Pervestigabam fratres, illis videlicet relictis, quos suus pater vellet non produxisse. Custos præfectus sancto loco imperavit me frustra pervestigantem excedere illa domo. Concedo ad alia templa vicina proximo theatro: hæc etiam

---

placare: P. *placanda;* Jun. *peccata.*—59 Pro *tenore* plurimi *timore;* unus *tremore;* Medonian. *rigore.* Quatuor etiam *timore gravi grad.*—60 Unus liber *cand. tecta D.*—61 Pro *sunt* Heins. malit *stant,* nisi in sequenti vs. cum vett. Edd. et scriptis nonnullis pro *barbarus* reponis *stat ferus:* Jun. habet *stat pater e. ferus.*—63 *Cepere,* teste Heins. vett. fere omnes; alii cum vulgatis *fecere.* —66 *Parens* in melioribus scriptis et priscis editionibus; [alii *pater.*] Malim etiam *optarit;* nam *optarat* est in quibusdam. *Heins.*—67 *Me* ex Heins.

NOTÆ

59 *Tenore*] Incessu atque ordine.

60 *Intonsi*] Apollinis, non Capitolini, ut scripserunt, sed Palatini, cui in domus suæ parte templum, una cum bibliotheca, Augustus ædificavit.

Candida] Ex candido marmore.

61 *Peregrinis*] Quia ex marmore peregrino.

62 *Belides*] Danai filiæ 50. ab avo ita dictæ; quæ patrueles suos eosdemque sponsos una nocte, patris jussu, interfecerunt: nisi quod Lynceo suo Hypermnestra pepercit. Hæ alternis columnarum vicem magnificam præstabant in Palatina porticu, ut dictum in Amoribus.

Barbarus] Danaus, scil. qui jugulandos tradidit filiabus suis Ægypti fratris filios.

63 *Quæque*] Bibliothecam designat, quam supra modo diximus.

65 *Fratres*] Ceteros libros a Nasone compositos.

Illis] De amore, quorum causa exilio pulsum sese suadet Naso.

67 *Custos*] Bibliothecæ præfectus.

68 *Sancto*] Quia quoddam quasi Sapientiæ templum erat Bibliotheca illa: deinde ad Augustum spectabat.

69 *Altera*] Sunt qui Veneris victricis, Pompeii theatro vicinum, hoc esse templum putent. Alii Herculis Musarum (quem Græci Musagetem

Digitized by Google

Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis,
  Atria Libertas tangere passa sua est.
In genus auctoris miseri fortuna redundat;
  Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.
Forsitan et nobis olim minus asper, et illi
  Evictus longo tempore Cæsar erit.
Di, precor, atque adeo, (neque enim mihi turba roganda est,)
  Cæsar, ades voto, maxime Dive, meo.
Interea, statio quoniam mihi publica clausa est;
  Privato liceat delituisse loco.
Vos quoque, si fas est, confusa pudore repulsæ
  Sumite plebeiæ carmina nostra manus.

non erant calcanda meis pedibus. Neque Libertas passa est me adire atria sua, quæ prima aperta sunt doctis libris. Fortuna recidit in prolem infelicis auctoris: atque liberi patimur exilium quo ille mulctatus est. Fortasse etiam aliquando Cæsar delinitus prolixa mora erit minus sævus in nos atque in illum. Dii atque adeo Cæsar, maxime Dive, (neque enim mihi multitudo oranda est,) oro, adesto meo desiderio. Interea, siquidem sedes publica mihi est denegata, concedatur latitasse in privata domo. Vos etiam, si licet, manus vulgi, accipite versus nostros suffusos pudore repulsæ.

emend. nonnulli *de*; plurimi cum vulgatis *e*.—71 P. *doct. docuerunt pr.* et Leid. *placuerunt*. Tum Lov. *pr. tabellis*.—73 Serv. *Ingenio auct.* Mox Lov. *fort. reducat*.—76 P. *C. eris*.—77 Be. et plurimi scripti *Deprecor, atq.* Mor. et novem alii *Te precor*. Deinde Heins. malit *rogand. es*.—79 P. et duo alii *Inter. intranti quon*.—81 Unus liber *conf. dolore repuls.* pr. Pol. *rubore*.——82 *Phœbeæ* editio prima [pro *plebeiæ*;] ut poëtas intelligat: hujus lectionis meminit quoque Merula, sed improbat: recte: nam publicæ stationi opponit plebeias manus. *Burm.*

NOTÆ

dixerunt) a Fulvio nobiliore exstructum, deinde a Martio Philippo instauratum. Alii aliud, sed absque fundamento.

71 *Prima*] Ante alias Bibliothecas. 'Nam Asinii Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus Bibliothecam dicando, ingenuam hominum Rempublicam fecit:' ut scribit Plinius.

72 *Libertas*] Cui ædes sacra, in qua Bibliotheca olim.

73 *Genus*] Atque adeo in Ovidii libros.

75 *Illi*] Ovidio, parenti.

77 *Neque*] Quia solus ignoscere Augustus poterat.

80 *Privato*] Privati alicujus hominis.

81 *Repulsæ*] Neque enim custos Bibliothecæ Palatinæ, neque Libertas excipere libellum voluit.

82 *Plebeiæ manus*] Plebs.

Digitized by Google

ELEGIA II.

ARGUMENTUM.

In hac elegia, quam pleriqne perperam jungunt cum superiore, queritur Poëta, quod fata eum in Scythiam compulerint; nec sacerdoti suo opem tulerint aut Apollo aut Pierides. Deinde dicit, se in Scythia in assiduo fletu et mœrore degere. Postremo Deos precatur, ut tandem ei mori liceat.

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
  Quæque Lycaonio terra sub axe jacet?
Nec vos, Pierides, nec stirps Latoia, vestro
  Docta sacerdoti turba tulistis opem?
Nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest;
  Quodque magis vita Musa jocosa mea est?
Plurima sed pelago terraque pericula passum
  Ustus ab assiduo frigore Pontus habet.

Ergo erat etium in nostris fatis visitare Scythiam, atque terram quæ sita est sub polo Lycaonio? Neque vos, Pierides, neque proles Latoia, agmen doctum, auxilium præbuistis vestro vati? Neque me juvat, quod jocatus sum sine vero crimine; et quod mea Musa est magis lasciva vita mea? *Sed Pontus rigens frigore perpetuo tenet me passum multa discrimina mari et terra. Atque* ego, *qui fugitans negotia,*

1 Deerat hoc distichon Codici Servii: in multis et optimis hæc Elegia continuabatur superiori. *Burm. Sec.*—2 Be. *Quaque L.*—3 *Latoia* Heins. reposuit ex quatuor vett. pro vulg. *Latonia*: R. *Latoica.*—4 Jun. et Leid. *turb. dedistis op.*—5 Regius, *carmen sine crimine: verbo sine crimine* Bernens. ut forte in quibusdam exemplaribus fuerit, *lusi versus sine crimine*, quod amans agnominationis librarius mutavit in *carmen sine crimine;* sed nihil mutandum: et quid sit 'verum crimen' docebit Broukhusius ad Propert. III. 13. 11. *Burm.*—6 *Visa est Musa jocosa mea* plurimi veteres: *Musa jocata* V. *Musa est visa jocosa mea* Gryph. et Vincent. *Quoque magis visa est* Mss. Bersm.—8 Pro

NOTÆ

2 *Lycaonio*] Septemtrionali, cui a Callisto Lycaonis filia in Ursam mutata, deinde in cœlum, non longe ab axe, translata, illud datum nomen.

3 *Pierides*] Musæ, quibus studuit Naso; quæ vel a Pierio Thessaliæ monte ubi natæ, vel a Pieri filiabus superatis, et in picas mutatis, illud nomen habent.

Stirps] Apollo, Latonæ et Jovis filius, cui Poëtæ sacri, Musarum sacerdotes.

5 *Vero*] Verum tamen creditum est; quod exilii vera causa fuit.

8 *Frigore*] Ponti enim regio multum ad Septemtrionem porrecta, e-

Digitized by Google

Quique fugax rerum, securaque in otia natus,
Mollis et impatiens ante laboris eram,
Ultima nunc patior: nec me mare portubus orbum
Perdere, diversæ nec potuere viæ:
Suffecitque malis animus: nam corpus ab illo
Accepit vires; vixque ferenda tulit.
Dum tamen et ventis dubius jactabar et undis,
Fallebat curas ægraque corda labor.
Ut via finita est, et opus requievit eundi,
Et pœnæ tellus est mihi tacta meæ;
Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber
Lumine, de verna quam nive manat aqua.
Roma domusque subit, desideriumque locorum,
Quicquid et amissa restat in Urbe mei.
Hei mihi, quod nostri toties pulsata sepulcri
Janua, sed nullo tempore aperta fuit!
Cur ego tot gladios fugi, totiesque minata
Obruit infelix nulla procella caput?

et natus ad tutam pacem, prius eram delicatus et minus ferens laborem, jam tolero extrema: neque mare importuosum, neque variæ peregrinationes potuerunt me tollere. Et animus par fuit ærumnis. Nam corpus mutuatum est robur ab illo, et toleravit vix sufferenda. Dum tamen incertus agitabar terra marique, labor decipiebat ærumnas et mœstum pectus. Postquam iter absolutum est, et labor iter faciendi omissus, et terra mei supplicii est tacta a me, nihil volo nisi lacrymari: neque humor parcior fluit ex nostris oculis, quam aqua de nive verna. Roma et sedes meæ *recurrunt, et amor locorum, et quicquid mei superest in Urbe relicta. Hei mihi! quod fores nostri tumuli toties pulsæ, sed nunquam reseratæ sunt! Quamobrem ego vitavi tot enses, et tempestas toties minata non demersit miserum*

Ustus Richel. et duo alii *vinctus;* Jun. *junctus.*—12 Jun. *non* pro *nec:* et Serv, *non valuere viæ.*—13 *Suffecitque* legendum; hoc est, induruit: nam *Sufficit* mediam corripit. *Merula.* Leid. *Sufficit atque mal.* Lov. etiam *ab illis.*—14 Mor. *vir. nec patienda tul.*—15 Vett. plurimi *terris* pro *ventis:* Burm. vero vulgatum retinuit, quia Ovidius sæpissime conjungit 'ventos' et 'undas.'—18 Legendum ex veteribus *tacta.* Nauger. *Facta* tamen edidit Aldus, Gryph. Vincent. et alii.—19 Ha. *vacat* pro *libet:* Ms. Bersm. et P. *licet.*—21 Jun. *R. locusque sub.* et vs. seq. *Urb. mihi.*—24 Lov. *Jan. sub null.* et Leid. *sub titulo.* Mox R.

NOTÆ

deoque frigore aspera; homini præsertim a meridionali plaga venienti.

9 *Rerum*] Fori, litium, omniumque rerum quæ otium turbare valent.

11 *Portubus orbum*] Euxinus enim et Geticum littus inprimis est desertum et petrosum, ut docet Strabo.

16 *Fallebat*] Quippe præsentioribus malis distinebatur.

18 *Tellus*] Tomitana, scilicet.

23 *Pulsata*] Quia maximis periculis jactatus.

Digitized by Google

Di, quos experior nimium constanter iniquos,
Participes iræ quos Deus unus habet;
Exstimulate, precor, cessantia fata; meique
Interitus clausas esse vetate fores. 30

caput? Dii, quos sentio nimis constanter infestos, quos unus Deus habet participes iræ, instigate, quæso, mortem tardantem; et prohibete januam mei leti esse obseratam.

apert. subit, vel *premit.*—25 Unus Heins. *Ergo eg.*—27 Be. *Di, quosque exper.* —28 *Quos* dedit Heins. ex plerisque vett. pro vulg. *quam;* quod tamen Bersm. præfert.—29 Unus liber *Extenuate, prec.*

NOTÆ

28 *Participes*] Quanquam aliter precatus erat l. 1. Eleg. 2.

Unus] Augustus.

29 *Exstimulate*] Ut denique moriar.

ELEGIA III.

ARGUMENTUM.

Ad uxorem scribens ex Scythia Poëta, se excusat, quod aliena manu scriptam miserit epistolam: quod aliter non potuisse fieri ostendit, ob adversam valetudinem, qua conflictabatur: simulque incommoda commemorat. Sed præter cetera illud fatetur esse maximum, quod careat ipsius uxoris aspectu. Mandat, ut ejus ossa Romam deferantur in parva urna, et signentur epitaphio a se composito.

Hæc mea, si casu miraris, epistola quare
Alterius digitis scripta sit: æger eram.
Æger in extremis ignoti partibus orbis;
Incertusque meæ pæne salutis eram.

Si forte miraris quamobrem hæ meæ literæ sint exaratæ digitis alterius, ægrotabam. Eram morbo affectus, et prope dubius meæ vitæ in remotissimis partibus

1 *Casu* ex libris vett. at scripti quidam et priscæ Edd. *conjux:* unus *si quare miraris e. casu.*—3 Unus Med. *ign. finibus orb.*—4 Versus suspectus. *Heins.*

NOTÆ

3 *In extremis*] Ut ex eo maxime ægrum tibi fingas Poëtam.

Digitized by Google

Quid mihi nunc animi dira regione jacenti
  Inter Sauromatas esse Getasque putes?
Nec cœlum patimur, nec aquis assuevimus istis;
  Terraque nescio quo non placet ipsa modo.
Non domus apta satis: non hic cibus utilis ægro:
  Nullus, Apollinea qui levet arte malum.
Non qui soletur, non qui labentia tarde
  Tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis jaceo populisque locisque:
  Et subit affecto nunc mihi, quicquid abest.
Omnia cum subeant; vincis tamen omnia, conjux:
  Et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem: vox te mea nominat unam:
  Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.

mundi ignoti. Quid credas me afflictum in fera plaga, inter Sauromatas et Getas, nunc cogitare? Neque tolero aërem, neque assuevimus istis aquis: et tellus ipsa nescio quo modo non grata est. Habitatio non satis idonea: esca non hic apta ægroto: nemo qui leniat morbum ope Apollinea. Sodalis non adest qui consoletur, non qui decipiat tempora segniter fluentia fabulando. Defessus prostratus sum in populis atque locis ultimis; et quicquid non adest recurrit nunc mihi ægroto. Cum omnia occurrant, superas tamen omnia, uxor; et occupas plus parte in nostro corde. Nuncupo te absentem: vox mea citat te solam: nulla nox, nulla dies mihi oritur

---

Non video quare, nisi quod offendere posset *τὸ meæ:* quæ vox fortasse corrupta esse potest. *Burm. Sec.*—5 *Quid mihi nunc animi* Heins. monet legendum ex Leid. vulg. *Quem m. tunc,* vel *nunc, animum.* Tum multi scripti *dura* pro *dira:* Gryph. *dura in reg.*—6 Jun. et alius *Getasve:* et alii *putas.*—7 Alii *patior;* Burm. ex Mss. Heins. prætulit *patimur,* ut rectius conveniat *τῷ assuevimus.* Deinde tres libri *aquas...istas.* Pro *istis* vetus scriptura *issis;* unde Ciofan. legit *ipsis.*—8 Alii *ista* pro *ipsa.*—9 Serv. *dom. ampla satis;* et Be. *acta:* duo *apta mihi.*—13 Excerpt. Voss. et septem alii et Ms. Bersm. *Lapsus in extr.* R. Jun. et quatuor alii *Læsus;* Be. *Solus.*—14 *Affecto* Nauger. et Heins. scribendum monent; alii *affectu.*—15 Ms. Bersm. *tam. optima conj.* 16 Bersm. ex suo Cod. reponit *pect. cara tenes;* quomodo etiam sex Heins. plures alii *partis habes;* et multi *partis habet.*—17 R. *Alloquor abs.* Idem cum

NOTÆ

7 *Cœlum*] Aëris inclementiam.

8 *Terra*] Atque adeo omnia elementa contraria.

Nescio] Ita loquimur cum plura cognoscimus. Nimirum incultam, sterilem, inamœnam, pigram terram, Roma distantem præsertim sentiebat Naso.

10 *Apollinea*] Medica; cujus auctor Apollo.

12 *Fallat*] Jucundis sermonibus multum sublevantur ægri, illi præcipue quos tædium afflixit.

13 *Lassus*] Exhaustus, confectus. Quod maximum est malum.

14 *Affecto*] Graviter ægrotanti.

16 *Plus parte*] Maximam partem, ergo.

Digitized by Google

Quin etiam sic me dicunt aliena locutum,
  Ut foret amenti nomen in ore tuum.
Si jam deficiat suppresso lingua palato,
  Vix instillato restituenda mero;
Nuntiet huc aliquis dominam venisse; resurgam:
  Spesque tui nobis causa vigoris erit.
Ergo ego sum vitæ dubius: tu forsitan illic
  Jucundum nostri nescia tempus agis?
Non agis, affirmo: liquet, o carissima, nobis,
  Tempus agi sine me non nisi triste tibi.
Si tamen implevit mea sors, quos debuit, annos,
  Et mihi vivendi tam cito finis adest;
Quantum erat, o magni, perituro parcere, Divi;
  Ut saltem patria contumularer humo!
Vel pœna in mortis tempus dilata fuisset,
  Vel præcepisset mors properata fugam.

sine te. Quin etiam aiunt me ita protulisse delira, ut nomen tuum esset in ore insano. Si jam lingua me *destituat faucibus occlusis, vix recreanda vino infuso,* atque *aliquis narret dominam huc appulisse, susciter, et spes tui erit nobis causa vigoris. Ego igitur sum vitæ incertus; tu forte illic transigis tempus lætum nostri ignara? Non facis, assevero; certus sum, o nobis dilectissima, tempus a te non transmitti nisi mœstum sine me. Si tamen mea sors absolvit tempora, quæ debuit; et finis vivendi tam propere mihi adest; quam exiguum erat, o magni Dii, ignoscere interituro; ut saltem conderer terra patria! Vel supplicium protractum fuisset in tempus obitus; vel mors accelerata occupasset exilium. Intactus potui nuper*

pr. Ed. *vox et mea.*—20 *Amenti* est ex Heins. emend. vulg. *amentis;* at V. exhibet *amanti.*—21 Sic corr. Heins. olim legebatur *Si jam deficiam suppressaque lingua palato.* Heins. correctio non omnino placet Burm. qui non capit, quid sit 'suppressum palatum:' ille potius crederet duas voces in unam coaluisse; et legeret *Si jam deficiat sub fesso l. p.* Ms. Bersm. *Sed* pro *Si.*—22 Unus liber *instill. reficienda mer.*—23 Jun. et septem cum Ms. Bersm. *hic* pro *huc:* Leid. et alius *huic,* quod minime displicet Burm.—25 Multi cum Ms. Bersm. et ed. Gryph. *Dumque ego:* Jun. *Dum quoque.* Mox plurimi cum vulg. *fors. istic.*—27 *O* Heins. rescripsit ex tribus libris pro vulg. *hoc.* Tum scripti nonnulli *cariss. conjux.*—28 Ms. Bersm. *Temp. agis sin.*—30 An non rectius *jam cito?* Burm. Sec.—31 Plurimi libri *magn. morituro parc.*—32 Be. *patr. concumularer hum.*—33 Hamburg. *dilat. fuisses.*—34 Primæ Edd. plurimique

NOTÆ

19 *Aliena*] Quæ non ad rem et absurde proferuntur, cum alio mens deerrat. Quod sæpius illis evenit qui graviori aliqua cura correpti sunt.

23 *Dominam*] De uxore loquitur.

31 *Quantum erat*] Quasi dicat, minimum. Vehementissimum autem affectum habet ista commemoratio.

34 *Præcepisset*] Mortuus essem priusquam in exilium ejectus.

Digitized by Google

Integer hanc potui nuper bene reddere lucem:
  Exul ut occiderem, nunc mihi vita data est.
Tam procul ignotis igitur moriemur in oris;
  Et fient ipso tristia fata loco?
Nec mea consueto languescent corpora lecto?
  Depositum nec me qui fleat, ullus erit?
Nec, dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora,
  Accedent animæ tempora parva meæ?
Nec mandata dabo? nec cum clamore supremo
  Labentes oculos condet amica manus?
Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri
  Indeploratum barbara terra teget?
Ecquid, ut audieris, tota turbabere mente;
  Et feries pavida pectora fida manu?

bene obire hunc diem: nunc vita mihi concessa est, ut morerer profugus. Ergo cademus tam procul in plaga ignota; et mors erit luctuosa ipso loco? Neque meum corpus solvetur in lecto assueto? Neque quisquam erit qui me lamentetur? Neque brevis mora superveniet animæ meæ lacrymis dominæ fluentibus in nostra ora? Neque jussa dabo? Neque amica manus claudet oculos morientes cum clamore ultimo? Sed tellus fera obruet hoc caput indefletum, sine exequiis, sine honore sepulcri? Nonne, postquam acceperis, percelleris tota mente, et planges fidum pectus

---

scripti *V. præcessisset m.* Si quid mutandum Heins. vellet *prævenisset*, vel *prævertisset:* Burm. dedit *præcepisset* ex Marg. ed. Mycill. ut et Bersm. Dan. Heins. et alii ediderunt.—35 *Lucem* dedit Heins. ex pr. V. et Leid. pro vulg. *vitam.*—36 Comb. *non* pro *nunc;* Heins. conj. *num m. v. d. est?* —37 Mor. *in armis;* duo *arvis.*—38 Leid. *Et fiant ips.* Deinde Ms. Bersm. *fat. solo.*—39 Plurimi scripti *consuet. languescunt;* duo *languescant.*—42 Sex scripti *Accedunt anim.* et duo cum pr. Ed. *Accedant.* Mox duo codd. *temp. grata meæ.*—44 Quidam Codd. et Edd. *Languentes oculos.* Tum Lov. et alius *condat amic.* Aldus et Bersm. et alii edidere *claudet.*—47 Ms. Bersm. *Hæc simul audier.* Heins. reponit *ut* ex multis libris pro vulg. *ubi.*—48 Duo

NOTÆ

35 *Integer*] Et vitæ et honoris; omnibusque bonis cumulatus.

40 *Depositum*] Rogo impositum.

42 *Accedent*] Quasi conjugis lacrymæ atque amor discedentem animam tantillum morari valeant. Cujus rei nullus dubiam fidem crediderit qui aliquando amaverit.

43 *Clamore*] Cujusmodi audiri solent, ubi quis inter amicos et propinquos moritur.

44 *Condet*] Jam sæpius a propinquioribus mortuorum claudi solere oculos vidimus.

47 *Ut audieris*] Non tam ad dolorem uxori ereandum, quam ad amicorum, immo et Augusti, movendam misericordiam hæc adornata sunt: quæ certe ad eam rem maxime idonea.

Digitized by Google

Ecquid, in has frustra tendens tua brachia partes,
Clamabis miseri nomen inane viri?
Parce tamen lacerare genas; nec scinde capillos.
Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.
Cum patriam amisi, tum me periisse putato:
Et prior et gravior mors fuit illa mihi.
Nunc, si forte potes, sed non potes, optima conjux,
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Quam potes, extenua forti mala corde ferendo;
Ad quæ jampridem non rude pectus habes.

manu turbata? Nonne porrigens frustra tuas ulnas versus has plagas, citabis vacuum nomen infelicis mariti? Noli tamen discerpere genas; neque lacera comam. Non tibi ero primum sublatus, mea vita. Cum excidi patria, tum crede me sublatum fuisse: ille meus fuit obitus et prior et molestior. Nunc, si forsitan potes, sed non potes, uxor optima, lætare tot ærumnis mihi leto exhaustis. Minue quantum potes ærumnas, ad quas habes jam diu cor præparatum, tolerando strenua.

libri *pect. nuda man.*—49 Pro *tendens* pr. Ed. *tendes:* et Lov. *has tendas frustr.* mutato ordine. Mox unus Cod. *brach. terras.*—51 Voss. *tam laniare comas; nec.* Tum V. et duo Heins. *tende capill.* et si scripti annuerint, Burm. mallet *pande.*—52 Pro *ero* Heins. conj. *ego;* et Burm. *eo.*—53 R. *periisse. putavi.*—54 Gryph. et Vincent. Edd. *pars* pro *mors.* Pr. Pol. *mors f. i. mei.*—57 Pro *Qua* alii *Quam* vel *Quod.* Mox Lov. *attenua fort.* Et Be. *mal. mente fer.*—58 Olim legebatur *Ad mala jampr.* sed '*Ad quæ* multi

NOTÆ

49 *Has*] Septemtrionales Scythiæ.

50 *Inane*] Siquidem ipse Naso nullus sit.

52 *Nunc primum*] Quia antea per exilium sublatus.

54 *Gravior*] Quia decus, fama, libertas, quarum rerum privatio animam ipsam pro tempore videtur suo modo extinguere, ingenuo viro carior a sunt multo quam ipsa hæc habitatio corporea. Ego quidem, ut obiter dicam, infensos minus minusque infestos latrones crediderim qui pecuniolæ, immo et vitæ, insidiati fuerint, quam scelestos atque nefarios illos calumniæ artifices, qui me nuper tanquam Socinianum monstrumque Religioni profligandæ subornatum, bonis omnibus detestandum, et quasi jure male perdendum buccinaverunt. Quantum enim in illis fuit, non vitam modo, sed eam per summum dedecus, atque inter dignos cruciatus, sustulerunt: quam Deus servavit. Non hanc vitam sustulerunt, sed amabilem illam atque spiritualem quæ inter fratres et vere Christianos, quodam quasi æternæ præludio, ducitur. Non spiritualem, sed æternam, spe cujus animam meam deturbare per invidiæ suæ machinamenta aggressi sunt: nisi Dominus præsidium inexpugnabile in sanguine suo obtulisset. Quæ quidem adversus male feriatos illos non odio aut prava vindictæ cupidine conqueror; sed ut Gratiæ præcones, quæ est in Christo Jesu, reipsa membra ejus fovere, non omnibus modis lacerare, condiscant: mihi insuper concorditer, et eodem Veritatis Spi-

Digitized by Google

Atque utinam pereant animæ cum corpore nostræ,
  Effugiatque avidos pars mihi nulla rogos!
Nam si morte carens vacuam volat altus in auram
  Spiritus, et Samii sunt rata dicta senis;
Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras;
  Perque feros manes hospita semper erit.
Ossa tamen facito parva referantur in urna.
  Sic ego non etiam mortuus exul ero.

mente. Atque utinam animæ nostræ cadant cum corpore, neque ulla pars mei vitet rapaces flammas! Nam si anima immortalis sublimis erumpit in inanem aërem, et verba senis Samii sunt certa, Manes Romani errabunt inter Sarmaticos, et semper erunt peregrini inter sævas Umbras. Cura tamen, ut ossa reportentur in exigua urna. Ita ego non ero profugus etiam post fata. Neque quisquam istud vetat.

veteres recte: nec pauciores, *Ut quæ*. Quid si reponatur *Quorum?*' sic 'juvenci rudes operum' Fast. I. et 'draco somni rudis' Met. VII. ex antiquis libris.' *Heins.* Quid opus sana et recta solicitare: nam licet *rudis* cum genitivo dicatur, non minus amat Noster et alii cum præpositione *ad* construere. Ex Pont. III. 7. 'Ad mala jam pridem non sumus illa rudes.' Justin. I. 1. 'Rudes ad resistendum populos:' et ita passim. *Habet* etiam hic nonnulli codices. *Burm.*—59 Alii *corp. nostro.*—60 *Mihi* ex quinque scriptis reposuit Heins. pro vulg. *mea.*—61 Plerique, teste Heins. *vacuam... auram:* alii *vacuas...auras.*—62 Leid. *sunt sacra dicta;* et Jun. et alii *rata verba.*—63 Be. et quinque scripti et Bersm. *Int. Sauromatas R.* et plurimi *vagab.*

NOTÆ

ritu, cum bonis agere liceat.

57 *Extenua*] Verba hæc sunt, quæ quidem quid opus sit facto indicant, præstandi pariter facultatem non præbent. Avida est quietis et felicitatis mens omnis intelligendi capax, neque in arbitrio cujusquam posuit summus omnium rerum Opifex, ut beatum esse percupiat; necessitate naturæ omnes esse volunt. Quare qui miser est; eo ipso quod sese miserum cognoscit, absque quo miser non foret, non malo torquetur, modo, sed, ut cautior est, eo magis annititur ut illud effugiat. Ex suo adeoque ipsius conatu, quo vires exhaurit, in dies crescit dolor, nisi is contrario bono levetur. Itaque potiora illa Maronis, quæ non sine ratione animi fortitudinem inculcant: 'Durate, et vosmet rebus servate secundis, O passi graviora; dabit Deus his quoque finem.' Sed enim ex religione sola, eaque vere Christiana, peti possunt causæ quæ mentem adversus omnem ærumnam confirment.

59 *Atque utinam*] Nisi forte quoquo modo odium quo in Barbaros ferebatur Naso indicare voluit, turpiter hic de animarum natura sentire videtur: quasi illæ, post fata, alieno vitio obnoxiæ esse possint. Quod contra est; maximoque nobis solatio esse debet.

60 *Rogos*] In quibus defunctorum cadavera cremare consueverant.

62 *Samii*] Pythagoram dicit, Samo oriundum; cujus doctrinam ex Metam. repetas licet.

63 *Romana*] Nasonis Romani, inter quem et Barbaros minime convenit.

64 *Perque*] Neque satis istud cum ceterorum doctrina de Inferis con-

Digitized by Google

Nec vetat hoc quisquam. Fratrem Thebana peremtum
Supposuit tumulo, Rege vetante, soror.
Atque ea cum foliis et amomi pulvere misce:
Inque suburbano condita pone solo.
Quosque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis:
Hic ego qui jaceo, tenerorum lusor amorum,
Ingenio perii Naso poëta meo.
At tibi qui transis, ne sit grave, quisquis amasti,
Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.
Hoc satis in titulo est. Etenim majora libelli,
Et diuturna magis sunt monumenta mei.

Soror Thebana sepelivit fratrem occisum Rege prohibente. Atque ea condito cum foliis et pulvere amomi: et colloca composita in solo suburbano. Atque insculpe majoribus literis marmori sepuleri carmen quod viator legat oculo festinante: Ego, Naso Poëta, qui hic jaceo lusor mollium amorum, occidi ingenio meo. At tibi qui præteris, quicumque amasti, ne sit molestum dicere, Ossa Nasonis molliter quiescant. Hoc satis est in titulo: namque libri sunt monumenta mei majora, et magis dura-

---

umbra.—66 Unus liber *Sic non ex toto mort.*—67 *Nec* ex sex vett. pro vulg. *Non:* Heins. conj. *Nec vetet hoc:* Mor. et Be. *Non negat.*—68 Gottorph. *Suppos. titulo, R.*—70 Sic emend. Dan. Heins. olim *cond. crede sol.* Mycill. Gryph. et alii *Atque s. cond. crede sol.*—72 Hamburg. *in tituli marm.* Tum tres libri scripti *scribe not.* et unus *sculpe.*—75 Be. *tib. dum trans. ne s. male, quisq.* et quidam pro *ne* legit *non.* Deinde pro *quisquis* opt. V. *quicquis;* alii tres *quicquid;* Medonian. *quisquid:* Heins. conj. *si quid.*—77 *Titulo* ex pr. Pol. et decem aliis; vulg. *tumulo:* Heins. mallet *titulos,* et τὸ *est* omitteret.

NOTÆ

gruit. Verum, ut insinuatum supra, de industria videtur errare Poëta, ut magis quod cupit efficiat.

66 *Sic ego*] Quanto patriæ desiderio teneretur Poëta, ex hoc loco maxime colligitur.

67 *Hoc*] Ut mea ossa in patriam referantur.

Thebana] Antigonen dicit, quæ Eteoclem fratrem, Œdipi Thebanorum regis filium, Creonte rege invito, sepelivit.

69 *Amomi*] Frutex est exoticus, qui ex Assyria, atque Armenia præsertim, afferebatur; cujus in condendis corporibus multus usus fuit. Ita autem inter se dissentiunt auctores qui ejus reliquerunt descriptionem, ut vix cognosci hodie possit.

71 *Properante*] Namque viatoribus in singulis non licet diu immorari.

74 *Perii*] Videtur istud Augusto creare invidiam. Verum, quid id nostra? Potius fuerit ex eo intelligere, ingeniosis ad Amorem periculum maximum impendere; ne præterquam quas ipse molestias habet addamus.

76 *Molliter*] In cippis vero hæ literæ inscribebantur S. T. T. L. Sit tibi terra levis.

Digitized by Google

Quos ego confido, quamvis nocuere, daturos
  Nomen, et auctori tempora longa suo.
Tu tamen extincto feralia munera ferto;
  Deque tuis lacrymis humida serta dato.
Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis;
  Sentiet officium mœsta favilla pium.
Scribere plura libet: sed vox mihi fessa loquendo
  Dictandi vires, siccaque lingua, negat.
Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
  Quod, tibi qui mittit, non habet ipse, Vale.

bilia. Quos ego credo, quanquam obfuerunt, præbituros famam et diuturnam ætutem suo auctori. Tu tamen præbe dona funebria mortuo, et offerto coronas madidas tuis lacrymis. Tametsi flamma verterit corpus in favillas, tristis cinis cognoscet pium officium. Vellem plura mittere; verum vox mihi lassa loquendo, et lingua arida subtrahit vires dictandi. Accipe Vale, tibi forsitan dictum novissimo ore, quod qui tibi mittit, ipse non habet.

—78 Fr. et plurimi alii *monum. mihi.*—81 Plurimi editi libri *feral. munera semper;* Ciofanus ex quibusdam scriptis protulit *ferto.*—82 Heins. putat magis Ovidianum fore, si legeris *Deq. suis lacr.* et sic quidem erat in Be.—83 Lov. Leid. et quatuor alii *in cineres corp.*—85 Be. *mens* pro *vox.*—86 Be. et unus Heins. *Dictanti vir.* et Jun. *ling. vetat.*—88 *Ille* pro *ipse* Mycill. Bersm. et Gryph. Edd. et Be. Codex.

NOTÆ

80 *Longa*] Vix enim alia magis leguntur Poëtæ opera, quam quæ de Amoribus, utcumque noceant.

81 *Feralia*] Inferias dicit; de quibus Fastorum II.

84 *Sentiet*] Gratum saltem viventibus et morientibus benevolos circum se habere, certo obitus suus desiderium creare possit.

88 *Non habet*] Ubique est acutus Poëta, qui quidem nunc dat quod non habet.

ELEGIA IV.

ARGUMENTUM.

AMICUM carissimum, quem propter Augustum non audet nominare, Poëta admonet ut magna atria et potentes fugiat: qui quamvis possint plurimum prodesse, non prosunt: sed potius nocent. Laudat deinde amici fidem, quam sibi in adversis rebus nunquam defuisse cognovit: simulque enumerat exilii sui incommoda; rogat postremo ut quam possit illi opem ferat.

Digitized by Google

O MIHI care quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquam procubuere meæ;
Usibus edocto si quicquam credis amico;
Vive tibi, et longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes prælustria vita.
Sævum prælustri fulmen ab arce venit.
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes;
Non prosit potius, si quis obesse potest.

O mihi quidem semper dilecte, sed cognite tempore adverso, postquam res meæ afflictæ sunt. Si quam fidem habes amico experientia instituto, vive tibi, et longe vita clara nomina. Vive tibi, et fuge splendida quantum potes: ferum fulmen mittitur ab arce corusca. Nam tametsi soli potentes possunt juvare, non juvet si quis

2 Jun. *postq. succubuere meæ.*—3 Be. *Versibus edoct.*—6 Multi vett. *ab igne ven.* et Jun. *hoste.*—7 Lib. Vatic. habent, *Non potius prodest, siquis obesse potest:* alii impressi et Maffei, *Non prosit potius, &c.* Ciofan. Distichon hoc nugatoris alicujus est, non Nasonis. Henricus Stephanus Animadversis in Adagium Erasmi, 'Procul a Jove et fulmine,' ejecto pentametro illo, qui codices, qua scriptos qua editos, complures occupavit; *Non prosunt: potius plurimum obesse solent*, reponit illum ex melioribus libris: *Non prosit potius, si quis obesse potest:* recte is id quidem; sed nec sic Nasonem in hisce versibus agnosco. *Heins.* Non tam facilis in obelo configendis versibus esse possum, nec video quid offenderit Heinsium, præsertim si recta recipiatur lectio, quam et Francofurtensis et plurimi agnoscunt, et quam Aldus et Bersmannus habent. Sensus etiam clarissimus; licet soli potentes beneficia et munera conferre possint, careas potius illorum amicitia, quia et nocere possunt. An *potentes* simpliciter positum, concoquere non potuit? quod barbare dici credebat Barthius ad Briton. II. 516. sed hoc Ovidii loco vindicat Reines. Epistol. LXI. ad Daumium; et Ciceronem et alios quoque ita usos lexicographi notarunt. Noster Ep. v. 85. 'Cupio fieri matrona potentis.' Phæd. II. 6. 'Contra potentes nemo est munitus satis,' et I. 30. 'Humiles laborant, ubi potentes dissident:' et hi sunt 'potentes' illi 'amici,' et 'magnæ amicitiæ,' quas fugiendas esse docet Naso. Vid. ad Quintil. v. de Inst. c. 12. An forte ille lusus Heinsio displicuerit, in oppositione verborum 'prodesse' et 'obesse?' sed et ita Noster infra, Eleg. v. 1. 66. 'Hoc, mihi quod prodest, si tibi, Lector, obest:' et Met. XI. 320. 'Tonanti Esse satum prodest? an obest quoque gloria multis:' et Nasoni antitheta illa fuisse in deliciis quis nescit? Quin et acutius adhuc dixit Metam. II. 519. 'quæ prosim sola nocendo.' Immo nec in horum verborum oppositione sibi temperavit Cicero: ut pro Cluentio, 29. 'Ut quod in tempore mali fuit, nihil obsit; quod in causa boni fuit, prosit:' et de Orat. I. 26. 'Pudor non modo non obest orationi, sed etiam probitatis

NOTÆ

3 *Usibus*] Rebus atque experientia. Illis vero maxime credendum qui non tam verba quam res ipsas exhibere videntur.

4 *Vive tibi*] Ne sis alterius: namque hic est verus hujus loci sensus, non quem alii dederunt.

Nomina] Potentes, quorum, si paucules excipias, mancipia esse oportet quicumque cum illis vivunt.

7 *Nam*] Nugatoris alicujus esse hoc Distichon non temere censuit

Effugit hybernas demissa antenna procellas,
  Lataque plus parvis vela timoris habent.
Aspicis, ut summa cortex levis innatet unda,
  Cum grave nexa simul retia mergat onus.
Hæc ego si monitor monitus prius ipse fuissem,
  In qua debueram forsitan Urbe forem.
Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat,
  Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.
Qui cadit in plano (vix hoc tamen evenit ipsum)
  Sic cadit, ut tacta surgere possit humo:
At miser Elpenor, tecto delapsus ab alto,
  Occurrit Regi debilis umbra suo.

possit potius nocere. Antenna demissa vitat tempestates hybernas, et vasta carbasa habent plus metus quam parva. Vides, ut levis cortex feratur super aquas extremas, cum pondus grave in profundum secum trahat retia alligata. Si ego monitor prius ipse essem de his admonitus, forte essem in Urbe, in qua esse debueram. Quamdiu vixi tecum, quamdiu lenis ventus me agebat, hæc mea navis lata est per aquas tranquillas. Qui cadit in plano (vix tamen hoc ipsum accidit) ita cadit, ut possit se erigere, terra tacta: at infelix Elpenor devolutus ex sublimi tecto obtulit se Umbram

commendatione prodest.' *Burm.*—10 Unus liber *Altaque;* alius *Amplaque;* tertius *Magnaque.*—11 Alii *lev. innatat und.*—12 Lov. *Et grav.* Burm. conj. *At.*—13 In quibusdam editis *His ego si monitis mon.* in multis vett. *His ego si monitor;* at Edd. optimæ, teste Burm. *Hæc.*—14 *Debueram* ex tribus vett. Heins. recipit pro vulg. *debebam.*—15 Faber et Heins. *Dum mecum.*—16 Pro *Hæc* Faber etiam legebat *Tunc.* Mox Leid. *cymb. recurrit aq.*—17 Lov. *even. unquam.*—19 Be. et Leid. *mis. Alphenor.* Tum idem Leid. *creto,* vel *recto delaps.*—20 Ex

NOTÆ

clariss. Heinsius. Quanquam aliquid boni animo videtur concepisse: sed proferre nescivit.

9 *Effugit*] Egregia comparatione a re nautica desumta, quam Flaccus aliique inculcaverunt, alta petentibus maxima imminere pericula ostendit.

10 *Timoris*] Quia illum creant quæ nimium ventum capiunt vela.

11 *Cortex*] Per eum tenues fortunæ homines intellige, qui demissi in obscuro vitam agunt.

12 *Onus*] Plumbum dicit, quod retibus alligari solet ut fundum petant; per quod onus Potentes intelligendi sunt, a quibus immineat parvis periculum.

15 *Levis*] Quali quidem illi opus est qui sibi vivit.

16 *Cymba*] Pro vita, aut Poëta ipso.

Aquas] Fortunam intellige, rerumque statum quietum.

17 *Plano*] Id est, supra sortem suam non sublatus.

18 *Surgere*] Quia a mediocris ejusdemque fortunæ hominibus, rebusque levibus dejectis, sese atque illas facile est erigere.

19 *Elpenor*] Qui Ulyssis comes nimius mero atque ex altis scalis lapsus cervicem fregit.

20 *Occurrit*] Cum ad Inferos descendisset Ulysses: ut narrat Home-

Digitized by Google

Quid fuit, ut tutas agitarit Dædalus alas;
  Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic alte, demissius ille volabat.
  Nam pennas ambo non habuere suas?
Crede mihi; bene qui latuit, bene vixit: et intra
  Fortunam debet quisque manere suam.
Non foret Eumedes orbus, si filius ejus
  Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
  Cepisset genitor si Phaëthonta Merops.

levem Regi suo. Quare evenit, ut Dædalus moveret alas intactas; Icarus insigniat nomine suo *vastas aquas? Nimirum quia hic sublimiter, ille volabat inferius: nam uterque non habebant alas suas? Crede mihi, qui bene celavit vitam, bene vixit: et unusquisque debet manere infra fortunam suam. Eumedes non esset orbus, si ineptus ejus filius non concupisset equos Achillis. Neque, si Merops pater suscepisset Phaëtontem, vidisset filium in igne,* et *filias in arbore. Tu etiam time sem-*

melioribus Heins. reposuit *debilis* pro vulg. *flebilis*.—21 Heins. monet *agitarit* legendum pro vulg. *agitaret*; ut τῷ *signet* melius id respondeat.—22 Cl. Bentl. ad Hor. Od. II. 20. legit *Icar. Icarias nom.* Leid. et duo alii *immersas*; duo *æquoreas*. Tum Lov. Be. et duo alii *fecit aq.*—23 Unus Heins. *demissus et ill.* Burm. conj. *at*: Be. *demissus ille*.—24 Puto *nonne habuere*; quicquid membranæ obtuntur. *Heins.* Broukhusius malebat *Num penn. amb. non habuere?* Bentleius *non habuere*; sed conjungit *non suas*. Sed et vulgata lectio per interrogationem suum sensum habere mihi videtur: illud 'non' interrogative sæpe Noster ponere solet pro 'nonne,' quod Heinsius sæpe Ovidio obtrudit. Vid. Amor. I. 7. 7. III. 6. 29. Virg. Ecl. III. 27. 'Non ego te vidi?' *Burm.*—25 Heins. malebat *et infra*.—27 Alii *Eumenides*.—28 Unus Cod. *non agitaret eq.*—29 Plurimi *in flammas*; sex cum Ms. Bersm. *in flammis*; duo cum pr. Ed. *in flamnam*.—30 Quidam pro *Cepisset* legunt *Flexisset*, improbante Heins.

NOTÆ

rus.

21 *Dædalus*] Atheniensis faber, quem sibi atque Icaro filio alas aptasse, quibus ex Creta anfugeret, in Metam. vidimus.

22 *Signet*] Quippe qui Icario mari in quod decidit, cum altius volare contendisset, nomen suum dedit.

24 *Suas*] Sed cera compactas, quæ, postquam calore Solis emollita esset, dissolvebantur, nullæque erant.

25 *Bene*] Oraculum Apollinis ore dignum, et majus quam a mortali ut unquam satis intelligatur. Felices quibus iis quæ bona habet tantisper frui contigit!

27 *Eumedes*] Dolonis filius; qui pactus Achillis equos ut speculator ad Græcorum castra descenderet, in Diomedem et Ulyssem incidit, a quibus trucidatus est: ut in Epistolis vidimus.

29 *Natum*] Phaëthontem dicit, qui Jovis fulmine de patris curru detrubatus.

Arbore] Namque Heliades Phaëthontis sorores in populos mutatæ.

30 *Cepisset*] Atque adeo genitore

Digitized by Google

Tu quoque formida nimium sublimia semper;
  Propositique memor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenso spatium decurrere vitæ
  Dignus es, et fato candidiore frui.
Quæ pro te ut voveam miti pietate mereris;
  Hæsuraque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali vultu mea fata gementem,
  Qualem credibile est ore fuisse meo.
Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes;
  Tempore quas uno, fidaque verba, bibi.
Nunc quoque summotum studio defendis amicum;
  Et mala, vix ulla parte levanda, levas.
Vive sine invidia; mollesque inglorius annos
  Exige: amicitias et tibi junge pares.

per nimium excelsa, et recordans tui instituti collige lintea. Nam meritus es absolvere spatium vitæ pede illæso, et frui sorte lætiore. Quæ ut optem pro te dignus es blando amore, et fide mihi mansura in omne tempus. Ego te vidi dolentem meam sortem eo vultu, quem credere est fuisse in mea facie. Aspexi tuas lacrymas defluentes in nostros vultus, quas simul hausi cum fidelibus vocibus. Nunc etiam tueris benevolentia amicum sublatum; atque minuis ærumnas vix minuendas ulla arte. Vitam age sine invidia; et traducito in obscuro leve ævum; atque concilia

—32 *Memor* rectius editiones nonnullæ et scripti quatuor apud me. *Heins.* Alii *precor.*—33 *Decurrere* Ciofan. profert ex V. et Ma. vulg. *procurrere;* quatuor libri *percurrere.*—35 Duriorem facit versum elisio: et unus Codex ignorat τὸ *ut*, et omisit Gryphius, qui et habet *quod.* Vid. Met. XIII. 64. et ita sæpe alibi omittitur: *qui* unus Cod. *hoc pro* Jun. *Burm.*—37 Aut *luctu* [pro *vultu*] legendum, aut scribendum versu proximo *Qualia cr. e. ora f. mihi:* sed priori conjecturæ accedo. *Heins.* Unus Cod. *vult. mala nostra gem.*—39 Lov. *or. caducas.*—40 Sic in altero V. et Ma. in duobus aliis V. *verbaq. fida bibi:* sed in multis scriptis et editis quibusdam *dabas* pro *bibi.*—41 *Submotum* Heins. rescripsit ex plurimis vett. et Edd. priscis pro vulg. *semotum.* Tum Burm. mallet *studio d. amico.*—44 Lov. *Excipe: amic.* Tum Pol. *tu tib.* Heins.

NOTÆ

Merope, qui matris Clymenes maritus fuit, contentus vixisset Phaëthon. Is vero sua maxima clade Solem patrem esse didicit: ut ex Met. liquet.

Merops] Clymenes maritus, ex qua Sol Phaëthontem suscepit.

32 *Contrahe vela*] Id est, Ne affecta quæ magna sunt aut splendida. Cave ne altioribus rebus immiscearis.

34 *Candidiore*] Lætiore fortuna.

37 *Tali*] Mœstissimo, scilicet.

40 *Bibi*] 'Bibit aure vulgus.' Horat.

43 *Sine invidia*] Atque adeo sine ambitione et splendore vitæ, qui invidiam ciet.

Molles] Quietos.

Digitized by Google

Nasonisque tui, quod adhuc non exulat unum,
Nomen ama. Scythicus cetera Pontus habet.
Proxima sideribus tellus Erymanthidos Ursæ
Me tenet, astricto terra perusta gelu.
Bosporos et Tanais superant, Scythicæque paludes,
Vixque satis noti nomina pauca loci.
Ulterius nihil est, nisi non habitabile frigus.
Heu quam vicina est ultima terra mihi!
At longe patria est, longe carissima conjux;
Quicquid et hæc nobis post duo dulce fuit.
Sic tamen hæc absunt; ut quæ contingere non est
Corpore, sint animo cuncta videnda meo.

tibi amicitias æquales. Dilige etiam nomen Nasonis tui, quod unum nondum est profugum: Pontus Scythicus tenet reliqua. Terra vicina stellis ursæ Erymanthidos me habet, terra perusta arcto frigore. Bosporus et Tanais et paludes Scythicæ sunt ulterius, cum nominibus paucis loci vix satis cogniti. Nihil est ulterius præter frigus non tolerabile. Heu quam proxima mihi est tellus novissima! At patria est remota, uxor dilectissima, et quicquid nobis fuit gratum post hæc duo est procul. Hæc tamen ita sunt remota, ut quæ non datur tangere corpore sint omnia aspicienda

malebat *i tib.*—47 Quidam Codices hic novam Elegiam ordiuntur: non male. *Heins.*—48 Be. *ten. attrito terr.* Tum Bonon. *præusta gel.*—49 Multi Codd. et quidam editi *Scythiæque.*—50 Pro *noti* Heins. scribit *soli*; et mox *rauca* pro *pauca.* ‘ *Novi* est in Junian. Lovan. et Bernens. *Vix satis est nato n. pauca legi* Leidens. *Vixque satis noto n. pauca loqui* P. Servii: forte, *Vixque satis nostri n. rauca soni;* id est, ut Mela dicit, Quæ vix eloqui est ore Romano: et Noster sæpe de nominum incondito sono queritur: vel *noti soni*, id est, Quem nos, ubi barbari rauco suo ore effernnt, non intelligimus: ita infra Eleg. VIII. 37. ‘ Cumque locum, moresque hominum, cultusque, sonumque Cernimus.’ *Burm.*—53 Quidam scripti et Edd. *long. est cariss.* Jun. *long.*

NOTÆ

46 *Nomen*] Famam atque gloriam.

47 *Proxima*] Quia magis ad polum Septemtrionalem vergit Scythia quam Italia.

Erymanthidos] Arcadicæ. Callisto namque Lycaonis filia, in ursam mutata, deinde a Jove in cœlum translata, Arcadica fuit. Arcadiæ vero ab Erymantho monte illo nomine dicitur.

49 *Bosporos*] Cimmerium intellige, non Thracium. Ille nimirum ultra Tomos, magisque ad Septemtrionem spectat, et Mæotidi paludi committitur.

Tanais] Fluvius qui a Septemtrione in mediam fere Mæotidem paludem defluens Europam ab Asia disterminat.

Paludes] Mæotis est.

52 *Vicina*] Ita loquitur ad commiserationem movendam. Quanquam enim veteribus non satis cognitus orbis terrarum, plura cognoscebat Naso quam nunc fatetur.

54 *Duo*] Patriam et uxorem.

55 *Est*] Licet, conceditur.

56 *Videnda*] Ut eorum absentia

Digitized by Google

Ante oculos errant domus, urbs, et forma locorum;
  Succeduntque suis singula facta locis.
Conjugis ante oculos, sicut præsentis, imago est.
  Illa meos casus ingravat, illa levat.
Ingravat hoc, quod abest; levat hoc, quod præstat amorem:
  Impositumque sibi firma tuetur onus.
Vos quoque pectoribus nostris hæretis, amici;
  Dicere quos cupio nomine quemque suo.
Sed timor officium cautus compescit; et ipsos
  In nostro poni carmine nolle puto.

menti meæ. Et domus Urbis, et species locorum est præ oculis: et omnia quæ facta sunt suis locis sese offerunt suo ordine. Forma uxoris tanquam præsentis est præ oculis. Illa auget meum infortunium, illa minuit. Istud auget quod dissita est; istud minuit, quod reddit amorem, et constanter fert onus sibi impositum. Vos etiam, amici, manetis in nostro corde, quos vellem appellare singulos suo nomine. Verum providus timor reprimit officium, et arbitror illos nolle inseri nostris versi-

fidissima conj.—57 Duriores numeri satis arguunt versum esse mendosum: *errant* in multis veterum [vulg. *errat*;] unus *aderat*; alius, *hæret*: Medonianus, *Ante oculos urbs ac hæret fortuna l.* Hamburgensis inter vetustiores: *Ante oculos domus urbis erat et forma l.* Puto scribendum: *Ante oculos urbisque domus et forma l. est*: 'urbis domus,' ædificia urbis Romanæ: sequentia confirmant, 'Conjugis ante oculos, tanquam præsentis, imago est:' ait domos urbis et locorum formam oculis suis obversari. *Heins.* Nos incertis conjecturis vulgatam lectionem prætulimus, in qua non video duriores, quam par est, numeros: et præterea Noster inter res, quas in exilio suo sæpe desiderat et ante oculos ponit, suam sæpissime domum ponit. Ita supra Eleg. II. 21. 'Roma domusque subit, desideriumque locorum.' Infra Eleg. VII. 45. 'En ego cum patria caream, vobisque, domoque:' et VIII. 9. 'Desertæque domus vultum, memoresque sodales:' et alibi. Mallem vero cum quinque codicibus, *errant*: posset et *hærent*, quod verbum sæpe cum 'errant' confunditur, legi, ut infra VIII. 35. et ex Pont. I. 9. 7. *Burm.*—58 Leid. et nonnulli editi *Acceduntque.*—60 Pro vulg. *aggravat* vett. hic et seq. vs. habent *ingravat.*—61 Alii *lev. hæc, quod.*—64 Heins. malebat *quos cupiam*; et auctor Elector. Eton. *cupimus*, quia 'nostris' præcedit.—65 Pro *officium* in quibusdam est *officii*; in aliis etiam *cautos*, quæ jungebat olim Heins. et *officii cautos* posse legi putabat. Sed tunc mallem *officii cautum compescit*; id est,

NOTÆ

torquear.

58 *Facta*] Pejus est autem habuisse, atque præterita bona recordari, quam nihil habere, neque bonis sese oblectasse.

Locis] Objecta siquidem movent sensus, hæc singulorum commemoratio vim habet maximam ad Nasonis dolorem ex inopia creandum; atque hinc Lectoris misericordiam eliciendam.

61 *Ingravat*] Rationem ejus rei mox ipse reddet Poëta.

62 *Impositum*] In Poëtæ bonis tuendis, atque ejusdem reditu procurando.

65 *Timor*] Ne si ab Augusto cognoscerentur, in ejus offensionem in-

Digitized by Google

Ante volebatis; gratique erat instar honoris,
  Versibus in nostris nomina vestra legi.
Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque
  Alloquar: et nulli causa timoris ero.
Nec meus indicio latitantes versus amicos
  Protrahet. Occulte si quis amavit, amet.
[Scite tamen, quamvis longa regione remotus
  Absim, vos animo semper adesse meo.]
Et, quam quisque potest, aliqua mala nostra levate:
  Fidam projecto neve negate manum.
Prospera sic vobis maneat Fortuna: nec unquam
  Contacti simili sorte rogetis opem.

bus. Prius cupiebatis; atque erat decori vestra nomina legi in nostro carmine. Quod quandoquidem est dubium, compellabo singulos intra cor meum; neque ero cuiquam causa metus. Neque carmen meum prodet indicio amicos latentes. Si quis clam dilexit, diligat. Intelligite tamen, vos semper præsentes esse animo meo, tametsi absim dissitus vastis regionibus. Et quantum singulis licet minuite aliqua nostra mala; neve recusate certam manum afflicto. Sic fortuna perstet vobis propitia; neque unquam petatis auxilium afflati simili infortunio.

me caute et prudenter officiosum, ne noceam officio meo. Ita Ammian. Marcell. XVII. 2. 'Quo nec fortior, nec cautior quisquam patriæ fuit:' ubi Lindenborg. notat alibi dixisse Marcellinum 'cautiores sui.' *Compressit* etiam unus. *Burm.*—67 Be. *gratumque e. i. amoris.* Plurimi etiam alii cum vulgatis *amoris* exhibent; *honoris* Heins. recepit ex uno V.—71. 72 Duo libri *Ne* pro *Nec*; et mox *Protrahat:* Be. etiam *Protrahat:* plurimi *Protrahit.* Mox unus liber *sicut*, et Leid. *siquis amabat.*—73 Etiam hoc distichon importune hic videtur inculcatum. *Heins.*—74 Duo libri *semp. inesse meo.*—75 *Quam* Heins. dedit ex plerisque vett. pro vulg. *qua:* 'qua potest' scil. quantum. Deinde pro *oro*, quod in quibusdam editis extat, Opt. V. cum alio ejusdem Bibliothecæ et Ro. *aliqua*; neque aliter opt. P.—78 Leid. *sim. forte rog.* Tum *opem* ex Comb. Hamburg. et aliis nonnullis placet Heins. præ vulg. *idem.*

NOTÆ

currerent.

69 *Anceps*] Seu amicorum Nasonis desiderium spectes, seu ad Augusti animum referas.

72 *Protrahet*] Per vim in periculum adducet. Neque istud sine aliqua in Cæsarem invidia prolatum est.

73 *Scite*] Non abs re importune inculcatum hoc distichon arbitratus est clariss. Heinsius.

76 *Projecto*] Neglecto atque contemto.

78 *Contacti*] Ut exules, et calamitatibus omnis generis afflicti, amicorum opem implorare cogamini.

Digitized by Google

ELEGIA V.

ARGUMENTUM.

AMICI fidem perspectam et cognitam, in adversis præcipue rebus, laudat Ovidius, quam dicit nunquam abituram ex ejus animo. Demum fatetur se ali exigua spe, ut aliquando Augustus mitior fiat, et magis placidum tribuat exilium.

Usus amicitiæ tecum mihi parvus, ut illam
  Non ægre posses dissimulare, fuit;
Ni me complexus vinclis propioribus esses,
  Nave mea vento forsan eunte suo.
Ut cecidi, cunctique metu fugere ruinæ,
  Versaque amicitiæ terga dedere meæ;
Ausus es igne Jovis percussum tangere corpus,
  Et deploratæ limen adire domus.

Consuetudo mihi levis fuit tecum, ut facile posses dissimulare, nisi me complexus esses nodis arctioribus; nave mea forte currente cura secunda. Postquam sum impulsus, et omnes dilapsi sunt timore ruinæ, et verterunt terga meæ amicitiæ, non veritus es accedere ad corpus afflatum igne Jovis, atque intrare limen domus afflictæ.

1 Ms. Bersm. *ubi* pro *ut;* Bersmannus putat pro *uti:* Lov. *et.*—2 *Posses* scripti, teste Heins. vulg. *possis.*—3 Nescio an non apertior sententia esset, si legeretur, *Qui me complexus, &c.* id est, qui in me forsan contulisses plura officia, et ita arctioribus vinculis me astrinxisses, si incolumis in patria mansissem; sed cum nunc ceciderim et reliqui amici, longiori usu mihi familiares, fugerint, tu, quocum parvus usus erat, et vix incipiens amicitia, tamen 'Ausus es igne Jovis percussum tangere corpus, &c.' et hoc tu recens amicus præstas, &c. Illud 'forsan' debet referri ad 'complexus vinculis propioribus esses,' non ad 'nave eunte.' *Burm.*—5 *Metu* Heins. dedit ex opt. Cod. et pr. Edd. pro vulg. *meam:* in uno Gallico et Fr. *mei,* quod nec Burm. displicet.—6 R. et tres alii *ded. fugæ:* Heins. malebat *suæ.*—8 Be. *Et deploratum lim.*—

NOTÆ

1 *Parvus*] Familiariter cum hoc amico non vixerat Naso. Nupera amicitia fuerat, quæ consuetudine nondum ita arcte confirmata.

2 *Dissimulare*] Ne in Cæsaris odium incurreres.

3 *Propioribus*] Atque adeo arctioribus, amicitiæ scilicet.

4 *Nave*] Navis pro ipso Nasone ponitur.

Forsan] Fortunæ favori magis quam merito suo ascribendum esse insinuat Naso, quod amicus suus constanter in benevolentia sua perstiterit.

7 *Igne Jovis*] Augusti ira.

Digitized by Google

Idque recens præstas, nec longo cognitus usu,
  Quod veterum misero vix duo tresve mihi.
Vidi ego confusos vultus, visosque notavi;
  Osque madens fletu, pallidiusque meo:
Et lacrymas cernens in singula verba cadentes,
  Ore meo lacrymas, auribus illa bibi:
Brachiaque accepi mœsto pendentia collo,
  Et singultatis oscula mixta sonis.
Sum quoque, Care, tuis defensus viribus absens:
  Scis Carum veri nominis esse loco.
Multaque præterea manifesti signa favoris
  Pectoribus teneo non abitura meis.
Di tibi, posse tuos, tribuant, defendere semper,
  Quos in materia prosperiore juvcs.
Si tamen interea, quid in his ego perditus oris,
  (Quod te credibile est quærere) quæris, agam?
Spe trahor exigua (quam tu mihi demere noli)
  Tristia leniri numina posse Dei.

Idque facis novus, neque cognitus diutina familiaritate, quod vix duo aut tres antiquorum præstiterunt *mihi infelici. Ego adverti faciem turbatam, et observavi visus, et os humidum lacrymis, et pallidius meo: et videns lacrymas fluentes ad omnes voces, hausi lacrymas meo ore, voces* vero *auribus: et amplexus sum lacertos pendentes tristi collo, et oscula mista vocibus abruptis per singultus. Sum defensus etiam absens tuis viribus, Care; scis Carum esse pro vero nomine. Habeo insuper multa indicia benevolentiæ apertæ, non excessura meo corde. Dii tibi dent posse semper tueri tuos, quibus prosis in causa lætiore. Si tamen interea petis, quod verisimile est te petere, quid ego infelix faciam in his regionibus? ducor spe levi, quam ne mihi adimas, Deum infensum posse mitigari. Seu frustra spero, sive id*

11 Codd. vett. *confusus...visusque:* pro hoc Heins. conj. *visuque*, et Burm. *versosque.*—15 *Accepi* vett. sed alii cum vulg. *excepi. Mœsto* etiam est ex vett. alii *presso;* sex *nostro.* Tum unus *pallentia coll.*—15 Jun. Leid. et alii plures *Et singultantis;* unus *singultosis.*—19 Plurimi *sign. pudoris;* et unus *doloris.* —23 Leid. *eg. proditus or.*—26 Nonnulli libri *Trist. molliri num.* Tum Heins.

NOTÆ

9 *Recens*] Nuper mihi cognitus.

10 *Veterum*] Amicorum, scil.

11 *Vultus*] Tuos, supple, ex quibus dolorem, atque adeo amorem intellexi tuum.

15 *Accepi*] Amplexus sum.

18 *Carum*] Hoc dicit quia eo proprio nomine nonnulli Romæ appellabantur; cum sit hoc in loco amicitiæ, magisque ad amici verum celandum nomen. Quanquam et forte, ut nasute ubique Naso, Carum hunc proprio nomine sic dictum etiam hac declaratione ab omni suspicione liberat.

22 *Materia*] Causa meliore. Hoc dicit quia exilio pulsus Poëta, in quod

Digitized by Google

Seu temere expecto, sive id contingere fas est;
  Tu mihi, quod cupio, fas (precor) esse proba.
Quæque tibi linguæ est facundia, confer in illud,
  Ut doceas votum posse valere meum.
Quo quis enim major, magis est placabilis iræ;
  Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
  Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.
At lupus, et turpes instant morientibus ursi;
  Et quæcumque minor nobilitate fera est.
Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?
  Dardanii lacrymas non tulit ille senis.
Quæ ducis Emathii fuerit clementia, Poros,
  Præclarique docent funeris exequiæ.

potest fieri, tu ostende, quæso, fieri posse quod volo. Atque conferto eloquentiam qua polles in id, ut probes meum desiderium posse impleri. Quo enim quis major, magis est iræ superabilis; et animus nobilis facile flectitur. Satis est generoso leoni dejecisse corpora; certamen finitur, cum hostis prostratus est. At lupus, et obscœni ursi, et quæcumque fera minus est generosa, premunt morientes. Quid habemus majus strenuo Achille apud Trojam? Ille non tulit fletus senis Dardanii. Porus, et exequiæ splendidi funeris indicant quæ fuerit lenitas ducis Emathii.

malit *poss. Deo;* nam alter Pol. dat *Duci.*—27 Alii *hoc* pro *id.*—28 Barb. *ess. fave:* Excerpt. Voss. *probum.*—29 Alii *tib. est ling. facund.*—30 Alter Pol. *val. tuum.*—31 Opt. V. et tres alii ex melioribus dant *Quo quis enim maj.* olim scribebatur *Quo quisque est maj.* Deinde pro *iræ* Gottorph. *ira:* Heins. legit *magis hoc pl. ira est.*—32 Gottorph. *mens animosa cap.*—37 Lov. et alius *quid habetur A.*—39 Pro *Poros* alii *Porus,* nonnulli *Pharos.*—40 Pro *Præclariq.* duo *Pompeiq.* unus *Dardaniiq.* Serv. *Phariiq.* Fr. *Præclaræq.* Heins. conj. *Dariiq.*

NOTÆ

incidere malum nollet amicos.

26 *Tristia*] Quia tristem facit Poëtam ira Augusti.

28 *Proba*] Affirma, atque non temere sperare dicito. Eo vero non tantum spes alebatur Nasonis, verum etiam aliquid ad reditum ejus suadendum conferretur.

30 *Doceas*] Sæpius vero tundendo, atque idem inculcando, fit denique probabile quod prima fronte ineptum visum est. Dicere denique potuisset Augustus, 'Redeat, siquidem fieri posse, aut illud æquum esse, arbitramini.' Hic namque scopus fuit Poëtæ.

31 *Quo quis*] Verissime dicit. Nostri autem homines plerique quamobrem istud non capiant ipse conjicito.

38 *Dardanii*] Priami, ab Achille Hectoris filii cadaver repetentis. Dardanius autem ideo dicitur, quod a Dardano suam duceret originem.

39 *Ducis Emathii*] Alexandri magni, Macedoniæ regis, quæ antea Emathia dicta.

Poros] Quem victum Indiæ regem

Digitized by Google

Neve hominum referam flexas ad mitius iras;
Junonis gener est, qui prius hostis erat.
Denique non possum nullam sperare salutem,
Cum pœnæ non sit causa cruenta meæ.
Non mihi quærenti pessum dare cuncta, petitum
Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.
Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est;
Lapsaque sunt nimio verba profana mero.
Inscia quod crimen viderunt lumina, plector:
Peccatumque oculos est habuisse meum.
Non equidem totam possum defendere culpam:
Sed partem nostri criminis error habet.

Neve memorem iras hominum delinitas, qui prius erat hostis Junonis, nunc *est gener. Denique non possum nullam salutem sperare, cum causa supplicii mei non sit capitalis. Vita Cæsaris, quæ est salus mundi non est petita a me cupiente omnia evertere. Non prolocutus sum quicquam, nec lingua protulit minantia, aut effutivi voces impias nimio vino. Punior quia oculi nescientes aspexerunt crimen: et mea culpa est habuisse oculos. Non equidem valeam me absolvere omni crimine; verum*

—41 Quidam *ad amicius ir.*—44 Duo scripti *Cum culpæ non.* Tum Lov. *sit cura cruent.*—47 In Edd. Aldi, et D. Heins. *alïq. dixit,* ut ad τὸ *lingua* referatur. Mox pr. V. *ling. loquendo est.*—48 Quædam Edd. *Lapsave;* sed *Lapsaque* omnes scripti: Be. *Lapsaq. non nim.* Tum Leid. *verb. profunda mer.*—50 *Meum* Heins. monet esse legendum; vulg. *meos:* quatuor libri *mihi.*—51 Barb. *eq. tantam...causam:* Lov. *totam...vitam.*—53 D. Heins. cum Pal.

NOTÆ

Alexander non dimisit modo, sed ampliore regno donavit.

40 *Exequiæ*] Quas superbo apparatu Dario victo regi Alexander idem jussit atque procuravit.

42 *Gener*] Herculem dicit, qui exhausta Junonis ira, Heben denique ejus filiam uxorem duxit.

44 *Cruenta*] Quæ cruore expiari debeat.

45 *Pessum dare*] Quod faciunt qui adversus Reipublicæ administratores insurgunt.

49 *Viderunt*] Quantum ego conjectura assequi possum, rescivit Augustus, Juliæ lasciviam Nasoni fuisse perspectam, qui forte aliquem cum Corinna sua invenit. Naso ipse insuper, quod sibi perspecta esset Augustum rescivisse intellexit. Reperti sunt, deinde, nullibi non frequentes qui de Corinna deque Poëtæ Amoribus plurima immurmuraverunt, quo tempore turbæ maximæ in aula ob Juliæ lasciviam. Cæsar hujus dedecoris impatientissimus facile omnia credidit: quid Amor posset optime noverat. Poëta vero, ut cautus fuit, neque minus generosus, nihil quicquam præter ea quæ aperta atque comprobata de culpa alterius confiteri voluit. Adeoque usque ad finem in eo perstitit; neque minus illum Tomis Augustus reliquit.

51 *Totam*] Fassus est namque se quædam in Arte paulo liberiore li-

Digitized by Google

Spes igitur superest, facturum ut molliat ipse
Mutati pœnam conditione loci.
Hunc utinam nitidi Solis prænuntius ortum
Afferat admisso Lucifer albus equo.

error facit partem nostræ culpæ. Itaque spes restat, illum *facturum, ut ipse leniat pœnam* meam *sorte loci mutati. Utinam candidus Lucifer prænuntius puri Solis advehat hunc diem equo concitato.*

Codd. pro *facturum* legit *fatorum:* Ha. *ut nostram moll.* Combianus pro var. lect. *futurum,* ut et quidam alii; unde Heins. scribit, *ut moll. ipse, futurum Mut. &c.* Vulgatum non omnino displicet Burm. qui tamen mallet hoc modo distichon constituere: *Spes i. s. ut duram molliat ipse Mutata* [vel *mutati*] *pœn. c. l.*—55 Sic Heins. vs. refingit: quatuor scripti *Hæc* pro *Hunc;* alii *Hoc;* unus *Nos.*

NOTÆ

centia scripsisse.

54 *Loci*] Nam Tomos aversabatur Poëta, aut aversari simulabat, ut ita de reditu facilius sermonem injiceret.

55 *Hunc*] Diem, quo pœna mutetur. Ortum, pro die oriente aut Solis exortu posuit.

56 *Albus*] Adeoque boni ominis.

ELEGIA VI.

ARGUMENTUM.

Hac etiam elegia amici fidem laudat Ovidius, quam etiam si velit, minime dissimulare posse ostendit: cujus consilio si usus fuisset, fatetur se incolumem semper esse potuisse. Demum illum precatur, ut ei Augustum mitiorem reddat, quo is sibi exilii locum mutet: quandoquidem nulli sceleri se obnoxium esse sciat.

Fœdus amicitiæ nec vis, carissime, nostræ,
Nec, si forte velis, dissimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
Nec tibi me tota junctior Urbe fuit.

Neque cupis, dilectissime, neque si forte cupias, potes dissimulare fœdus nostræ amicitiæ. Quamdiu enim concessum est, neque alius fuit mihi magis dilectus quam

1 Meliores, teste Heins. *nec;* alii *non.*—4 Unus liber *notior* pro *junctior:*

Digitized by Google

Isque erat usque adeo populo testatus, ut esset
  Pæne magis quam tu, quamque ego, notus amor.
Quique erat in caris animi tibi candor amicis,
  Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.
Nil ita celabas, ut non ego conscius essem;
  Pectoribusque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam secreti quicquid habebam,
  Excepto quod me perdidit, unus eras.

tu, neque tibi fuit carior me in tota Urbe. Atque is amor erat ita apertus, ut esset prope magis cognitus quam tu, quamque ego. Atque candor animi qui tibi erat erga dilectos amicos, perspectus est illi viro, quem ipse diligis. Nihil ita tegebas, ut ego non essem particeps; et credebas meo pectori multa tacenda. Et solus eras, cui ego dicebam quicquid habebam arcani, excepto quod me perdidit. Atque

---

alius *toto junct. orbe.*—7 *Quique erat* Heins. ex tribus vett. recepit pro vulg. *Quiq. est:* unus liber *Qui fuit.* Plurimi etiam legunt *cand. amici;* at Heins. emend. *amicis;* mallet etiam *raris* pro *caris.*—8 Pro *illi* quidam *ipsi,* vel *isti:* et pro *ipse* tres optimi, teste Heins. *iste.* Tum idem vult *Deo;* i. e. Augusto. —9 Scribe, *cui non ego conscius.* Cum tertio enim casu frequenter jungit hanc vocem Noster. Metam. VI. 588. *Heins.* Verosimilis inde Heinsii correctio, quia *quod* in Vaticano erat, pro *quoi,* id est *cui:* nam et sequenti disticho Petri Servii codex, *Quoique ego narrabam:* nihil tamen moveo, quia præcedens *ita* non male *ut* convenit, et sensus sit satis apertus. *Burm.*—10 Faber *cuncta tegenda;* et Jun. *multa regenda.*—11 Heins. conj. *eg. narrarem secr.* Mox unus Heins. *quicq. agebam.* Lib. Vatican. *omne bonum.* Ciofan. Ἀνακόλουθον manifestum: in Gryphiano legitur, *Omne bonæ et claudunt utilitatis iter.* Melius. Sed fortasse Poëta scripserat, *Omne bonæ ut claudunt utilitatis iter.* Ut plerumque fata efficiunt, ne quis, quod e re est sua, consideret aut agat. *D. Heins.* Τὸ *et* abest a plerisque scriptis. Hoc etiam distichon male feriati nescio cujus interpolatoris est. Sequentibus etiam versibus otiosa illa repetitio τοῦ *tamen* suspecta est. *Heins.* Suspecti sæpe Heinsio fuere versus, quia in illis numeros Ovidianos fastidiosa ejus auris non agnoscebat. Quid ergo si vidisset aliquem hunc versum ita correctione sua durissimum facere, ut nuper vir doctus in supplement. Actor. Lips. VI. Sect. 2. pag. 79. *Omne o ne claudant* (scil. fata mihi) *utilitatis iter:* et explicare, utinam calamitas mea non sit perpetua, nec nisi morte finienda! cum agat de tempore, quo aliquid vidisset, et ita errore illo suo Augustum offendisset, quo, si rem indicasset huic amico, potuisset ejus consilio sospes esse, sed fata trahebant eum in pœnam, et tam malæ erat mentis, ut nihil utile posset providere. Præstat ergo locum in mendo relinquere. Quid si, *Dum pronum claudunt utilitatis iter;* id est, dum mihi eripiunt mentem ad te decurrendi, qui tam facile poteras me servare? ita ‘ pronum ad honores

NOTÆ

5 *Testatus*] Probatum exposuerunt amorem: male. Cognitum tantum dicit.

8 *Ipse*] Facit vox ista, ut virum, de quo hic agitur, non Augustum, quemadmodum suspicati sunt, sed communem aliquem magni nominis amicum intelligendum esse arbitrer; quem non Poëta tantum, sed et hic, ad quem ille scribit, maxime coluerit.

9 *Nil ita*] Familiarissima itaque atque intima amicitia juncti erant.

Digitized by Google

Id quoque si scisses, salvo fruerere sodali;
Consilioque forem sospes, amice, tuo.
[Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant:
Omne bonæ claudunt utilitatis iter.]
Sive malum potui tamen hoc vitare cavendo;
Seu ratio fatum vincere nulla valet;
Tu tamen, o nobis usu junctissime longo,
Pars desiderii maxima pæne mei,
Sis memor: et, si quas fecit tibi gratia vires,
Illas pro nobis experiare rogo.
Numinis ut læsi fiat mansuetior ira;
Mutatoque minor sit mea pœna loco.
Idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro;
Principiumque mei criminis error habet.
Nec leve, nec tutum est, quo sint mea, dicere, casu
Lumina funesti conscia facta mali.

etiam, si illud cognovisses, fruereris socio incolumi, et essem salvus tuo consilio, amice. Sed enim mea sors me rapiebat in supplicium: obstruunt omnem viam salutis. Seu tamen potui effugere hanc pœnam prospiciendo, seu nulla ratio potest superare fatum, tu tamen, o nobis devinctissime longa consuetudine, et *propemodum pars maxima mei voti, ne obliviscaris; et si gratia tibi fecit aliquam potestatem, oro facias periculum illius pro nobis: ut ira Dei offensi fiat lenior, et meum supplicium sit levius mutato loco. Idque ita, si nullum flagitium est in nostro corde; et error est causa mei peccati. Neque parvum est, neque securum aperire, quo casu*

---

iter' Plinius Ep. VIII. 10. ' prona ad regnum via' Justin. I. 5. Posset et, si cui languidiores numeri displiceant, legi, *omnia dum claudunt utilitatis iter:* hæc certe tolerabiliora essent, sed nihil iis tamen conjecturis fido. Douza legebat, *omne bonum hæc cl.* in Bernens. erat, *omne mihi claudunt.* In sequenti posset legi, *Sive malum potui tantum vitare cavendo:* ubi et *colendo* quosdam legere notat Bersm. *carendo* Excerpt. Voss. *Burm.* —18 Be. *Seu fatum ratio nulla vitare potest.*—19 Lov. *tam. a nob.* Mox V. *jucundissime long.* unus *justissime,* alius *mitissime.* Barb. *junctissime firmo.*— 20 Leid. *Si memor, et si quos tibi fert.*—22 Duo libri *precor* pro *rogo.*—23 Comb. *fl. mihi mitior ir.*—25 Be. *Facque ita.*—26 Heins. conj. *Præcipuumque.*— 27 *Leve* est ex Gottorph. vulg. *breve.* Mox plerique omittunt τὸ *est.*—

NOTÆ

15 *Sed*] Distichon istud interpolatoris esse, atque equidem male feriati, optime observavit clar. Heins.

17 *Sive*] Seu vitari, uti cupio, seu non vitari fatum potest, ut Stoici doceant, tu tamen mei sis memor.

21 *Vires*] Quibus amicos juvare possis, vel gratia apud Cæsarem, vel auctoritate apud alios.

27 *Tutum*] Propter Cæsaris offensionem.

Digitized by Google

Mensque reformidat, veluti sua vulnera, tempus
Illud: et admonitu fit novus ipse dolor.
Et quæcumque adeo possunt afferre pudorem,
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Nil igitur referam, nisi me peccasse; sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi:
Stultitiamque meum crimen debere vocari;
Nomina si facto reddere vera velis.
Quæ si non ita sunt; alium, quo longius absim,
Quære, suburbana hæc sit mihi terra, locum.

mei oculi sint facti testes tristis mali. Et animus horret illud tempus, quasi suas plagas: et dolor ipse recrudescit recordatione. Atque adeo opus est velari tecta obscura nocte quæcumque possunt inducere dedecus. Nil igitur narrabo, nisi me delinquisse; verum nullam mercedem quæsitam a me crimine: et culpam meam debere dici stultitiam, si velis imponere vera vocabula admisso. Quæ si non ita sunt; quære alium locum, quo sim remotior, hic sit mihi solum suburbanum.

30 Pr. V. *ips. pudor.*—31 Pro *adeo* in V. erat *at eo*; unde Burm. conj. *ab eo*: in Marg. Gryph. est *Deo*. Tum multi *possint*; et Be. *afferre dolorem*.—32 *Nocte* Heins. recepit ex vett. quibusdam pro vulg. *nube*.—34 Excerpt. Voss. *pet. mei*.—36 *Facto* plerique teste Heins.; vulg. *factis*; Arund. *fatis*; sexdecim libri *ficto*. 'Mallem, cum *hæc* sit in plurimis scriptis et editis, *suburbana hæc sit tibi terra:* [nam vulg. *hic:*] videatur tibi hoc exilium meum nimis propinquum urbi Romæ, nec satis tibi pœnæ esse in loco hoc, quem ego in extremis finibus imperii esse puto; quare si fallam, quære alium locum tam longe hinc remotum, ut Tomi tibi esse videatur terra proxima Romæ. Ita Siciliam 'suburbanam provinciam' vocat Flor. II. 2. et III. 19. Nescio autem qui potuerit hic quidam subintelligere, *villa*, ut *suburbana* sit velut substantivum, cum veteres eo sensu *suburbanum* et *suburbana* plurali numero dixisse, vel pueri norint: et qualis hæc foret locutio, *hæc terra sit mihi suburbana villa?* sed hæc *terra sit suburbana tibi* recte dicitur. Multi etiam codices, *locus*: multi etiam, *suburbana est hic* (vel *hæc*) *mihi*.' Burm.

NOTÆ

30 *Illud*] Quo aliquid vidit, et Augustum læsit.

32 *Nocte*] Atque adeo Taciturnitate.

34 *Nulla*] Ut adeoque imprudens peccaverit.

38 *Suburbana*] Non videatur longe a Roma, sed quasi in suburbio terra in qua nunc sum, præ illa in quam mitti volo, nisi vera dixero.

Digitized by Google

ELEGIA VII.

ARGUMENTUM.

Ad filiam Perillam scribens Ovidius primo fatetur se Musis vacare, quamvis illæ sibi nocuerint: eamque hortatur, ut idem faciat, quo sibi immortalitatem comparet. Nam ea formæ elegantia, inquit, quæ in ipsa erat, senectute et tempore vitiabitur: at ingenii dotes semper permanebunt.

Vade salutatum subito perarata Perillam
Litera, sermonis fida ministra mei.
Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
Aut inter libros Pieridasque suas.
Quicquid aget, cum te scierit venisse, relinquet:
Nec mora; quid venias, quidve, requiret, agam.
Vivere me dices; sed sic, ut vivere nolim:
Nec mala tam longa nostra levata mora:
Et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti;
Aptaque in alternos cogere verba pedes.
Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhæres,
Doctaque non patrio carmina more canis?

Epistola absoluta fidelis interpres orationis meæ, ito statim salutatum Perillam. Vel illam reperies sedentem cum amabili matre; vel inter libros et suas Musas. Postquam intelliget te venisse, omittet quicquid aget; et sine intermissione petet quamobrem accedas, et quid faciam. Dices me superstitem esse; verum ita ut non cupiam vivere: neque ærumnas delinitas tam prolixo tempore. Et tamen redire ad Musas quanquam obfuerunt; et redigere voces idoneas ad pedes alternos. Dic tu etiam, ecquid incumbis studiis communibus, et modularis versus doctos numeris pe-

1 Tres libri et unus Bersm. *subit. properata P.* Lov. *sperata.*—4 V. Pol. et Pal. *Pieridasq. tuas;* Serv. *meas.*—5 Jun. et Serv. *agat* pro *aget.*—6 Be. *cur* pro *quid.*—7 Ms. Bersm. *dices sic, ut me viv.*—10 Leid. *verb. modos.*—11 Quindecim libri *musis* pro *studiis;* et Be. *scriptis.* Mox duo vett. *ut quid*

NOTÆ

4 *Pieridas*] Musas, quas a Pieri filiabus, aut Piero Thessaliæ monte, sic dictas supra admonuimus.

10 *Alternos*] Versus Hexametrum et Pentametrum per pedes intellige: illi enim versus, non dactylus et spondæus, uti exposuerunt, alternis recurrunt vicibus.

11 *Communibus*] Easdem enim Musas juxta cum patre Perilla excolebat.

12 *Patrio*] Cavesis cum Merula

Digitized by Google

Nam tibi cum Fatis mores Natura pudicos,
Et raras dotes ingeniumque dedit.
Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas,
Ne male fœcundæ vena periret aquæ.
Primus id aspexi teneris in virginis annis:
Utque patet, venæ duxque comesque fui.
Ergo, si remanent ignes tibi pectoris idem,
Sola tuum vates Lesbia vincet opus.
Sed vereor, ne te mea nunc Fortuna retardet;
Postque meos casus sit tibi pectus iners.

regrinis? Natura enim tibi præbuit mores castos cum forma, et dotes non vulgares atque ingenium. Ego primus deduxi illud ad aquas Pegasidas, ne vena sulientis aquæ male obstrueretur. Primus illud vidi in primis annis puellæ: atque, ut apparet, fui dux et comes venæ. Ergo si superest tibi idem amor in corde, sola Lesbia superabit tuum opus. Verum metuo, ne nunc fortuna mea te remoretur, atque animus tibi languescat post meum infortunium. Quamdiu concessum est, sæpe

inhær.—12 Alii *num* pro *non.*—13 Nonnulli *cum facie mor.*—14 Pr. V. Ro. et Gottorph. *Et claras dot.* Heins. conj. *Clarias.*—15 Mor. et sex alii *Pegasias:* ' unus Gallicus *Pegasidis...in undas:* duo etiam alii *in undas.*—18 Olim legebatur *Utq. pater natæ duxq.* ' *Pater nemo* prim. Politian. *pater Veneris* alter ejusdem et Hamburgensis, et unus Mediceus: duo *venis;* Junianus *juvenis;* alius *veni;* duo *nati;* quatuor *venæ:* totidem *Utq. patet venæ:* latet ulcus.' *Heins.* Post hunc vs. in quibusdam scriptis et Edd. hoc distichon extat: *Tunc quoque (sed forsan nostrum delevit amorem Tempus) eram nimio junctus amore tibi.* ' Hi versus in scriptis diverse leguntur: in Leidensi *Tunc ego securum forsan d. a.* in Gallico *Tunc ego (si nostrum f. d. a. Tempus) e. &c.* in Moreti *Tempus eras n. j. amore mihi:* alii aliter.' *Burm.*—20 Leid. *L. vin-*

NOTÆ

patrios versus *lascivos* interpreteris, quales scripserat Perillæ pater Naso. *Patrii* versus aut *patrius* mos dicitur *Latinus:* ut Perillam intelligas non more patrio, sed Græco, fidibus Latinis accommodandas Odas et Lyrica carmina non prius audita, quod et Flaccus fecit, non sine laude scripsisse.

13 *Fatis*] Lego *facie.* Mire conveniunt forma corporis atque virtus animi: virtus namque hujus est forma; forma vero illius virtus. Utraque in eadem persona, vel, quod est idem, eadem in utraque ejusdem hominis parte, mirum quid efficit.

15 *Hoc*] Ingenium, scilicet.

Pegasidas] Ad Musarum fontem, quem Pegasus alatus equus pede aperuit: ex quo Poëtam filiam suam primum Poëticam artem docuisse intelligitur.

16 *Ne male*] Utcumque enim præclara, marcescunt ingenia nisi bonarum literarum succo irrigentur.

17 *Id*] Ingenium.

18 *Duxque comesque*] Atque hinc, qua via ad Sapientiæ fontes adolescentulos perducere oporteat non obscure intelligitur: si modo eam ingredi aut vellent aut nossent omnes Scholæ.

19 *Ignes*] Ingenii vigor, et bonarum literarum studium.

20 *Lesbia*] Sappho, ex Lesbo insula vates.

21 *Fortuna*] Adversa, scil. Exilium.

Digitized by Google

Dum licuit, tua sæpe mihi, tibi nostra legebam:
  Sæpe tui judex; sæpe magister eram.
Aut ego præbebam factis modo versibus aures,
  Aut ubi cessaras, causa ruboris eram.
Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,
  Tu quoque sis pœnæ fata secuta meæ.
Pone, Perilla, metum: tantummodo fœmina non sit
  Devia, nec scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiæ remove, doctissima, causas:
  Inque bonas artes et tua sacra redi.
Ista decens facies longis vitiabitur annis:
  Rugaque in antiqua fronte senilis erit.

legebas *mihi tua, ego legebam tibi nostra: eram sæpe judex tui, sæpe præceptor. Vel ego præbebam aures carminibus modo compositis, vel ubi neglexeras eram causa pudoris. Forsitan exemplo, quia libri mihi obfuerunt, tu etiam sis secuta sortem mei supplicii. Omitte timorem, Perilla. Tantummodo mulier non sit devia, neque discat amare tuis operibus. Adeoque, doctissima, deme causas segnitiei, et revertere ad bonas artes et tua sacra. Ista bona forma extinguetur longa ætate, et ruga*

cat op.—22 Fr. *Perque;* elegantius, judice Burm.—23 Puto; *tua sæpe tibi:* nam de recitante Perilla proximo hexametro habes. Mox etiam, *Sæpe tuis judex*, hoc est, versibus, opinor scribendum. *Heins.*—26 Pro *ruboris* tres libri *pudoris.*—27 Pro *quia* Heins. malit *quo;* vel *Forsit. exemplo.* Burm. scribendum putat *Forsan ab exemplo;* deinde in vs. seq. *pœn. facta remissa metu:* in vulgatis scribebatur *facta ruina meæ;* alii *factu*, vel *fata secuta:* Serv. *pœnæ bona facta;* et Auctor Elector. Eton. *facta severa.*—29 Olim scribebatur *fœm. nulla Neve vir a script.* 'Quidam *fœm. non sit Devia nec;* alii scripti *fœm. nulla Devia ne*, vel *de script.* duo *Nec juvenis script.*' Heins. Auctori Elector. Eton. et *fœmina* et *vir* certa glossemata sunt: ergo ille corr. *tantumm. devia nequa Neve quis ex script.* ut æmulatus fuerit, dum Perillæ cavet, ne frandi sit alicujus quasi legis ignoratio, jurisconsultorum non nullo cum joco diligentiam: illorum enim istiusmodi sunt formulæ 'si quis, sive quæ, si quos quasve.' In sex vero libris est *fœmina non sit;* quare Burm. commode legi posse putat *tantumm. fœm. non sit Devia, quæ script.*—32 Heins. pro *sacra* conj. *castra.*

NOTÆ

26 *Cessaras*] Cum nihil scriberes.

Ruboris] Animi vero verecundi atque ingenui est judicium Rubor.

28 *Sis secuta*] Ut metu pœnæ Poëticum studium, quod exitiale, abjeceris. Ille fatum sequitur, qui obtemperat, neque amplius admittit quod contra illud est.

30 *Devia*] Quæ pudoris rationem non satis habeat.

31 *Causas*] Exilii metum, puta, &c.

32 *Sacra*] Carmina, Musas, Studia. Illa namque non sacra sunt modo, sed mentem sanctam sacramque præstant. Verum paucissimi sunt homines qui ex vanitatis turbine sese retrahere, atque Veritati regendam animam tradere didicerint. Pecudum more ceteri præsentibus tantum, iisque sensibus objectis, moventur.

Digitized by Google

Injicietque manum formæ damnosa senectus,
  Quæ strepitum passu non faciente venit.
Cumque aliquis dicet, Fuit hæc formosa; dolebis:
  Et speculum mendax esse querere tuum.
Sunt tibi opes modicæ, cum sis dignissima magnis:
  Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat id cuicumque libet Fortuna, rapitque:
  Irus et est subito, qui modo Crœsus erat.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
  Pectoris exceptis ingeniique bonis.

senilis erit in veteri fronte. Atque nocens senectus, quæ accedit gressu placido immittet manum pulchritudini. Et cum aliquis dicet, Hæc pulchra fuit, molestum tibi erit, et quæreris speculum tuum esse falsum. Cum sis dignissima magnis divitiis, sunt tibi tenues: sed pone esse æquales maximis opibus. Nimirum fortuna illud præbet atque adimit cuicumque libet; et qui modo erat Crœsus est repente Irus. Quamobrem memorem singula? nihil habemus morti non obnoxium, exceptis opibus

—34 Quidam legendum censet *in angusta front.*—35 Nonnulli editi *manus* pro *manum.*—36 Jun. et decem alii *Quæ strepitus pass.*—37 Unus Med. *form. rubebis.* —38 Mss. Bersm. *quer. tui.*—39 Alii *Sunt et op.*—41 Olim edebatur *dat et quodcumque lib.* unus Med. *cuicumque;* unde Heins. *dat has cuicumque;* scil. opes: nonnulli etiam habent *id:* posse et legi Heins. putat *dat ut quodcumque lib.*— 42 *Sic tenuis s. q. m. cressus erat* Mor. *fit cenius s.* R. *fit gracilis s. q. m. grassus* Lov. *Cyrus erat* V. *Groesus* P. *Cossus* pr. Pol. *Crassus* multi alii.—43 Alii vett.

NOTÆ

36 *Strepitum non faciente*] Tacitis quippe annis senescimus: illique utut maxime fugaces, sic placide labuntur, ut vix currere advertamus cum jam effluxerunt.

37 *Fuit*] Non ad formam modo sed ad omnia præterita atque dilapsa exhorrescimus, cum præsertim ingruere mala, nullius bonæ rei spem esse, advertimus. Quæ res omnibus altissima mente accurate atque mature perpendenda esset, nisi insigniter stulti essemus.

38 *Mendax*] Quasi fieri non potuisset ut forma tam egregia in tantum immutata esset.

41 *Rapitque*] Fluxa atque fragilia esse terrena omnia bona Ethnici prope omnes docuerunt: tantique momenti visa est ea sententia, ut et ipse generis humani Reparator noster Dominus eandem sæpius incalcare non destiterit. Frustra tamen nisi et nos serio eandem subinde oculis, in vanitatis contemtum, subjecerimus.

42 *Irus*] Mendicus Ithacensis, procorum Penelopes assecla, quem Ulysses pugno mactavit.

Crœsus] Ditissimus rex fuit Lydiæ qui in proverbium abiit.

44 *Pectoris*] Hæc namque bona, Sapientia, Virtus, et quæ sunt hujus generis, non clara modo atque æterna habentur, sed nostra vere sunt, quibus Dei dono gloriari atque frui liceat.

Digitized by Google

En ego, cum patria caream, vobisque, domoque;
  Raptaque sint, adimi quæ potuere, mihi;
Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:
  Cæsar in hoc potuit juris habere nihil.
Quilibet hanc sævo vitam mihi finiat ense;
  Me tamen extincto fama superstes erit.
Dumque suis victrix omnem de montibus orbem
  Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque, quam studii maneat felicior usus,
  Effuge venturos, qua potes, usque rogos.

mentis et ingenii. Ecce, cum ego sim privatus patria, vobisque, domoque, et quæ potuerunt mihi tolli sunt sublata; ego tamen sum stipatus meo ingenio, et fruor: Cæsar nihil potuit habere potestatis in illud. Quivis mihi adimat hanc vitam fero gladio, fama tamen erit reliqua me sublato. Et legar quamdiu Roma Martia victrix prospiciet universum mundum victum ex suis collibus. Tu etiam, quam fructus lætior studii maneat, vita, quantum potes, flammas futuras.

Sing. ne ref. Mox Lov. *nil immortale.*—49 *Quilibet* reposuit Heins. ex membranis plerisque et vett. Edd. vulg. *Qui licet.*—50 Comb. *Dum septem victr. omn. de.* V. etiam cum Pol. Pal. et quibusdam aliis *omnem;* vulg. enim *septem:* duo *totum.*—54 Octo vett. *quam* pro *qua.*

NOTÆ

47 *Comitor*] Passive. Comes vero quisque sui optimus et jucundissimus, qui sine cujusquam ope suoque ingenio sibi voluptatem honestam omniaque bona præstare cum bono Deo didicit. Illud unum namque sumus quod apud nos Cogitamus: cumque nos amemus maxime, beatior quis esse possit quam qui ipse idonea et Amat et Cogitat, et Scit et Potest Amare et Cogitare? Ceterum hæc omnia verba, et id tantum. Vix unus et alter sese in lutum passim abjicere non festinant.

50 *Fama*] Tollere interdum spiritus videtur Naso, animæ videlicet immortali spe aliqua ductus: at enim mens caligat: et in fama acquiescit. Illa vero post fata est merum somnium: nec se quisquam phaleratis illius dictis patietur duci cui sanæ mentis vel mica una fuerit.

52 *Martia*] Quia bellicosa, atque sub tutela Martis, qui Romuli conditoris pater.

53 *Felicior*] Quam mihi exuli obtigit.

54 *Effuge*] Atque adeo in memoria hominum vivas, propter opera scilicet.

Digitized by Google

ELEGIA VIII.

ARGUMENTUM.

Desiderio cum patriæ tum suorum ita teneri Poëta scribit, ut cupiat celeri aliquo cursu eo se conferre: quam rem sibi Augustum solum præstare posse ostendit. Narratque exilii sui incommoda: optatque ut tandem Cæsar iræ modum statuat, et mitius præbeat exilium.

Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus,
Misit in ignotam qui rude semen humum:
Nunc ego Medeæ vellem frænare dracones,
Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua:
Nunc ego jactandas optarem sumere pennas,
Sive tuas, Perseu; Dædale, sive tuas:
Ut, tenera nostris cedente volatibus aura,
Aspicerem patriæ dulce repente solum:
Desertæque domus vultum, memoresque sodales,
Caraque præcipue conjugis ora mihi.

Ego nunc optarem conscendere currus Triptolemi, qui sparsit in terram insolitum semen inexpertum. Ego nunc optarem frænare dracones Medeæ, quos habuit fugiens arce tua, Corinthe. Ego nunc cuperem capere alas movendas, sive tuas, Perseu, sive tuas, Dædale; ut, aëre molli cedente nostris volatibus, viderem subito mite solum patriæ; et statum domus destitutæ, et socios mei *non oblitos, et præser-*

Hanc Elegiam multi Codd. superiori annectunt. Mor. *Nunc quoque T.* Mox pr. Pal. pr. V. et unus Med. *cup. consistere curru.* Leid. *conscend. currum.*—2 Voss. *Sparsit in ign.* Richel. *Mis. in ignaram qui.*—3 Pr. V. *mallem* pro *vellem*: Be. *vell. servare drac.*—5 Multi scripti *eg. jactantes opt.* quatuor *jactatas*; duo *portantes.*—8 Lov. *patr. dulce perenne sol.* Voss. pro var. lect. *tecta relicta. meæ.*—9 *Vultum* ex Heins. corr. pro vulg. *vultus*, ut vitetur *κακοφωνία.*—10 *Mi-*

NOTÆ

1 *Triptolemi*] Quem a Cerere currum accepisse ut agriculturæ usum per omnes terras doceret, in Metam. vidimus.

2 *Ignotam*] Quia ante Triptolemum nullam serendi rationem cognoverant inexperti homines, si fabulis credimus.

3 *Dracones*] Illorum auxilio effugisse veneficam dictum in Metam.

6 *Perseu*] Hujus et Dædali alas vide in Metam. facile est per indicem: frustraque decantatissimas fabulas identidem repetamus.

Digitized by Google

Stulte, quid o frustra votis puerilibus optas,
  Quæ non ulla tibi fertque feretque dies?
Si semel optandum est, Augustum numen adora:
  Et quem sensisti, rite precare, Deum.
Ille tibi pennasque potest currusque volucres
  Tradere. Det reditum; protinus ales eris.
Si precer hæc, (neque enim possim majora precari)
  Ne mea sint timeo vota modesta parum.
Forsitan hoc olim, cum se satiaverit ira,
  Tum quoque solicita mente rogandus erit.
Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli,
  Ex his me jubeat quolibet ire locis.
Nec cœlum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ;
  Et mihi perpetuus corpora languor habet.

tim dilectos vultus uxoris. Inepte, quamobrem, o nequicquam voves studiis puerilibus, quæ nulla ætas tulit, fert, feretque? Si semel vovendum est, venerare potestatem Augusti, et rite orato Deum, quem offendisti. Ille potest tibi præbere et pennas et currus alatos. Concedat reditum, continuo volucris fies. Siquidem istud orem, neque enim possum orare majora, metuo ne meæ preces non sint satis verecundæ: forte erit etiam istud orandus olim mente anxia, cum ira se expleverit. Interea, quod minus est, mihi instar doni magni, me jubeat quovis concedere ex his locis. Neque cœlum, neque aquæ, neque tellus, neque aër mihi *conducunt; et*

---

hi Heins. recepit ex Buslidiano pro vulg. *meæ*.—11 *O* ex Heins. emend. vulg. *hæc;* multi vett. *hoc*.—12 Opt. V. et Ro. *tulit* pro *tibi*. Mox '*fertque refertque* plurimi: *ulla sibi fertq. feretq.* Bonon. *tibi fertq. feretq.* vulgatæ Editiones, quod nescio an mutandum sit: nam certe 'tulit' aliquando dies, ut videret conjugem, sodales, &c. sed jam non fert nec feret dies. *Burm.*—13 *Augustum* Heins. scribit cum Ha. et Medonian. pro vulg. *Augusti*.—14 Heins. ex quinque scriptis mallet *læsisti* pro *sensisti*.—15 Quinque scripti et Ms. Bersm. *currusq. volantes*.—17 *Possim* Heins. recepit ex uno Italico pro vulg. *possum*. Tum omnes fere scripti, teste Burm. *maj. rogare*.—18 Pro *timeo* Heins. malit *timeat*.—19 *Hæc* pro *hoc* exhibent P. Bersm. et multi alii cum pr. Ed. Mox Jun. eleganter, judice Heins. *se s. ira:* vulg. *jam s. iram*.—21 Barb. *Hoc minus i. quod ad instar muner.* unus liber *Cui minus*.—23 Heinsianus hanc vs. ita refingendum putat, improbante Burm. *Nec cœlum, nec aquæ faciles, nec terra Getarum*.—24 Vulg. *Hei mih.* sed unus V. *ei*, sine aspiratione; et pr. V. et pr. Pal. *et*, probante Heins. Mox unus Gallicanus *pec-*

NOTÆ

11 *Stulte*] Ne tam quidem, si quis modo sequentes ex stulto voto natos versus pulcherrimos expendat.

16 *Ales*] Non hæc ingeniose modo, et in Augusti laudem prolata; sed in redeundo Romam, si liceat, velocitatem suam, atque adeo exilii tædium indicat Poëta.

23 *Nec cœlum*] Idem questus est supra.

Digitized by Google

Seu vitiant artus ægræ contagia mentis;
  Sive mei causa est in regione mali:
Ut tetigi Pontum, vexant insomnia; vixque
  Ossa tegit macies; nec juvat ora cibus.
Quique per autumnum percussis frigore primo
  Est color in foliis, quæ nova læsit hyems;
Is mea membra tenet. Nec viribus allevor ullis;
  Et nunquam queruli causa doloris abest.
Nec melius valeo, quam corpore, mente; sed ægra est
  Utraque pars æque, binaque damna fero.
Hæret, et ante oculos, veluti spectabile corpus,
  Astat Fortunæ forma legenda meæ.
Cumque locum, moresque hominum, cultusque, sonumque,
  Cernimus; et quid sim, quid fuerimque subit;
Tantus amor necis est, querar ut cum Cæsaris ira,
  Quod non offensas vindicet ense suas.
At quoniam semel est odio civiliter usus,
  Mutato levior sit fuga nostra loco.

morbus continuus tenet meos artus. Sive contagia animi languentis corrumpunt membra; sive causa mei morbi est in regione; postquam tetigi Pontum, insomnia torquent me, *vixque macies velat ossa, neque esca placet palato. Atque ille color habet meos artus, qui est in foliis tactis primo frigore per autumnum, quæ nova hyems læsit: neque ulla medicamenta prosunt: et nunquam causa queruli doloris deest. Neque sum firmior animo quam corpore; sed pars utraque est pariter afflicta, et patior duplex malum. Figura meæ sortis stat coram legenda, et permanet ante oculos tanquam corpus visibile. Et cum videmus locum, et mores hominum, et ornatum, et vocem; et recurrit quid sim, et quid fuerim, tantum est desiderium mortis, ut querar de ira Cæsaris, quod non ulciscatur suas injurias gladio. At quoniam est semel usus civiliter odio, exilium nostrum sit mitius mutato loco.*

tora pro *corpora*.—27 Jun. *vexant me insomnia*; et tres libri *vexant me somnia*: Bersm. conj. *vexat me insomnia*: nil mutandum Burm. putat.—28 Comb. *vix* pro *nec*.—30 Unus liber *nov. lædit hy*.—32 Pr. Pol. et tres alii *caus. laboris abest*.—36 *Astat* meliores, teste Heins. vulg. *Astans*. Deinde *legenda* rescripsit idem ex utroque Pol. pr. V. plurimisque aliis melioribus pro vulg. *videnda*: Hamburg. *lugenda*; Serv. *luenda*; Heins. conj. *tuenda*: tres alii *verenda*: Be. etiam habet *lugenda*.—37 Vett. scripti *locum*; vulg. *locos*: in duobus erat *lolum*, quod Burm. putat pro *solum* positum; *sonos* editi quidam.—38 Multi *qui sim, qui*: P. *quis sim, quis*.—39 Quidam scripti cum Edd. Aldin. Bersm. et aliis *ut de Cæs*.—42 Leid. et Ms. Bersm. *sit mea pœna loco*.

NOTÆ

31 *Viribus*] Nulla arte medica, neque herbis, &c.

36 *Forma*] Immo deformitas. Pessime vero illi est, qui mala atque ærumnas suas ita præsentes habet.

37 *Mores*] Feros, scil. Quæ res

NOTÆ

quam molesta quamque ingrata sit humanioribus atque mansuetioribus studiis exculto vix quisquam verbis assequatur.

41 *Civiliter*] Legibus, ut in civem decuit, non armis, tyrannorum more.

ELEGIA IX.

ARGUMENTUM.

URBES Græcas Geticam oram incoluisse docet, ab iisque etiam Tomitanæ urbi nomen fuisse impositum ostendit.

Hic quoque sunt igitur Graiæ (quis crederet?) urbes,
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Graias constituere domos.
Sed vetus huic nomen, positaque antiquius urbe,
Constat ab Absyrti cæde fuisse, loco.

Sunt ergo hic etiam urbes Græcæ, (quis crederet?) inter nomina feræ barbariæ. Coloni missi Mileto huc etiam accesserunt, et struxerunt domos Græcas in Getis. Verum nomen antiquum huic loco, atque antiquius urbe condita, liquet fuisse a.

1 In Ma. et uno V. cum vulg. *sunt* urbes *Graiæ, q. crederet usquam:* in alio V. *sunt igitur Graiæ, quis crederet, urbes Inter, &c.* et Auctor Elect. Eton. verum posse putat esse *sunt usquam Graiæ (q. c.) urbes Inter, &c.* Mor. et sex alii, cum Edd. Mycill. Gryph. et aliis *Hic fiunt urbes G. q. credere posset.*— 5 Magno consensu veteres, *positumque;* quidam etiam, *antiquitus urbi:* et 'ponere nomen' quidem recte dicitur, sed vulgatam servare præstat, ut nomen fuerit olim loco, ubi postea urbs posita est, jam impositum ab Ab-

NOTÆ

1 *Igitur*] Miratur Poëta, quod inter Barbarorum barbaros coloniam constituere potuerint aut certe voluerint moribus maxime dissimiles Milesii.

Graiæ] Origine quidem, non lingua, neque moribus.

3 *Huc*] Tomon, scil.

Mileto] Quæ urbs fuit quondam Ioniæ, belli pacisque artibus conspicua: hodie vicus sub Turcarum dominio.

5 *Vetus*] Quod prius impositum, quam illic coloniam Milesii constituerent.

6 *Absyrti*] Illum vero Æetæ Col-

Digitized by Google

Nam rate, quæ cura pugnacis facta Minerv,
Per non tentatas prima cucurrit aquas,
Impia desertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuisse vadis.
Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto;
Hospes, ait, nosco, Colchide, vela, venit.
Dum trepidant Minyæ, dum solvitur aggere funis,
Dum sequitur celeres anchora tracta manus;
Conscia percussit meritorum pectora Colchis,
Ausa atque ausura multa nefanda manu.
Et, quanquam superest ingens audacia menti,
Pallor in attonito virginis ore sedet.

nece Absyrti. Nam scelesta Medea fugiens patrem relictum navi, quæ constructa arte Palladis bellatricis prima irit per aquas non ante sulcatas, dicitur admovisse remos ad hæc littora. Quem quidem patrem *postquam speculator longe aspexit ab excelso colle, Advena, ait, adest, nosco carbasa Colchica. Dum Minyæ festinant, dum rudens solvitur mole, dum anchora educta cedit manibus properantibus, Colchis planxit pectora non ignara scelerum manu ausa atque ausura multa horrenda. Et, quamvis magna audacia redundat animo, pallor occupat vultus exterritos puellæ.*

---

syrti nece; et nomen ita sit antiquius urbe. Vid. ad Met. III. 13. ut idem dicat, quod alibi: 'Hic ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat.' *Burm.*—8 Serv. *prona* pro *prima*.—11 Pr. Pol. Pal. et quinque alii *Quam proc.* Mox unus liber *cumulo* pro *tumulo*. Tum tres V. aliique *spectator ab alt.*—12 Mor. *Hostis* pro *Hospes*. Mox plurimi *Colchida*; opt. V. *Colchidus*; Be. *Colchidis*; Mor. *Colchica*. Tum *vela dari* vett. plerique cum pr. Edd. duo *dedit*; pr. Pol. *velit*; Zulich. *sequi*. Heins. scribit *Hostis, ait, nosco, Colchidi, vela, venit*. Cum non soli Medeæ sed omnibus Minyis, qui trepidabant, clamet speculator, Burm. legeret *Hostis ait, nosco, Colchide, vela, venit*; nec spernit lectionem Codicis Mor. quam multi ex editis expresserunt, præterquam quod *hospes* retinuerint: *Hostis ait, nosco Colchica vela, venit*.—14 Serv. *tota* pro *tracta*.—17 Quidam ex scriptis *audac. mentis*.—18 *Attonito* Heins. restituit ex Gottorph. pro

NOTÆ

chorum regis filium soror Medea membratim discerpsit, ut insequentem patrem moraretur. Atque inde loco datum nomen. Τέμνω nimirum est *seco*, a cujus præt. m. τέτομα fit *Tomos*.

7 *Pugnacis*] Quia belli Dea Minerva, cujus instinctu Argo navis extructa.

8 *Prima*] Quia major, et singulari artificio ad longinquiores peregrinationes, illis præsertim qui sese antiquissimos hominum credebant quia alios non noverant.

12 *Hospes*] Hinc speculatorem Scytham fuisse, qui ex sibi perspectis collibus prospiceret, maxime intelligitur: Jasonem enim hospitem aliquis ex Argonautis non appellasset.

13 *Minyæ*] Thessaliæ populi, qui Jasonem in expeditionem Colchicam secuti sunt.

Funis] Quo navis ad portum alligata fuerat.

15 *Meritorum*] Sceleris quod in patrem admiserat: neque alius est sensus.

Digitized by Google

Ergo ubi prospexit venientia vela; Tenemur,
  Et pater est aliqua fraude morandus, ait.
Dum quid agat quærit, dum versat in omnia vultus;
  Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cujus ut oblata est præsentia; Vincimus, inquit.
  Hic mihi morte sua causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quicquam tale timentis,
  Innocuum rigido perforat ense latus.
Atque ita divellit, divulsaque membra per agros
  Dissipat, in multis invenienda locis.
Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto
  Pallentesque manus, sanguineumque caput:
Ut genitor luctuque novo tardetur, et artus
  Dum legit extinctos, triste moretur iter.
Inde Tomis dictus locus hic; quia fertur in illo
  Membra soror fratris consecuisse sui.

Adeoque, postquam vidit procul lintea accedentia, Corripimur, inquit, et genitor est detinendus aliquo dolo. Dum cogitat quid incipiat, dum flectit oculos in omnia, forte vertit eos tortos in fratrem. Cujus postquam occurrit præsentia, Potimur victoria, inquit; hic erit mihi causa salutis suo obitu. Continuo transfodit sævo gladio latus immeritum ignari, neque quicquam tale metuentis. Atque ita discerpit, et spargit per campos artus discerptos reperiendos in multis locis. Et ne pater nesciat proponit manus pallentes et caput cruentum in excelsa caute, ut pater detineatur recenti luctu, et dum colligit membra mortua, retardet lugubre iter. Hinc locus iste appellatus Tomis, quia soror dicitur dissecuisse in illo artus fratris sui.

vulg. *attonitæ:* et ex tribus scriptis *sedet* pro *fuit*.—19 Leid. *Erg. ut prosp.* At Lov. *conspexit;* et Jun. *respexit.* Mox pr. Pol. et Gottorph. pro var. lect. *vel. tenendus*.—20 Heins. corr. *Aut pat. et fraud. tenendus:* neque vero *morandus* displicet.—22 Plurimi *lum. versa tul.* Unus Gallicus Cod. *flexa dedit.* —23 *Vincimus* meliores, teste Heins. vulg. *Vicimus*.—25 Lov. *tal. trementis.* —29 Tres libri *ign. tumulo prop.* Et duo *disponit;* tres *præponit;* et unus *suspendit.* Jun. *ab alt.*—33 Alii *Tomos*, vel ut Scaliger emend. *Tomi.* Serv. ita vs. exhibet *Inde Tomitanus dictus locus, quia fertur:* et Burm. hoc distichon ita laudatum reperit in Bibliothecæ Trajectinæ Scholiaste inedito Senecæ ad Med. 137. *Inde Tomos d. locus est, q. f. in isto Membratim fratrem dilacerasse soror.*

NOTÆ

Colchis] Medea, Æetæ filia, a patria eo nomine dicta.

25 *Ignari*] Absyrti seu Ægialei Medeæ fratris, quid illa pararet nescientis.

29 *Ignoret*] Discerptum suum filium, scil.

Digitized by Google

ELEGIA X.

ARGUMENTUM.

Exilii sui incommoda describit Poëta, sed inter cetera tantam vim frigoris esse asserit, ut flumina, et maria, atque in his etiam pisces congelentur: et eo tempore Scythæ hostes, qui equitatu et sagittis plurimum pollent, Istrum transeant, atque ea loca depopulentur, ac homines captivos ducant.

Si quis adhuc istic meminit Nasonis ademti,
Et superest sine me nomen in Urbe meum;
Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor
Me sciat in media vivere barbarie.
Sauromatæ cingunt, fera gens, Bessique, Getæque:
Quam non ingenio nomina digna meo!
Dum tamen aura tepet, medio defendimur Istro:
Ille suis liquidus bella repellit aquis.

Si quis hic recordatur adhuc Nasonis sublati, et nomen meum perstat in Urbe sine me, intelligat me submissum stellis nunquam admotis mari, vitam agere in media barbarie. Sauromatæ, natio crudelis, Bessique, et Getæ, nomina quam non idonea meo ingenio! circumstant. Dum tamen aër est mollior, interjectus Danubius nos tuetur. Ille fluidus prohibet bella suis aquis. At cum hyems sæva emisit caput

1 Be. et Jun. *ist. memor est N.*—3 *Nusquam tangentibus uguus* Jun. quæ ultima vox quid velit nescio: lepidus vero ille Mattairius, quam bene Ovidii verba ceperit, index ejus declarat, in quo posuit, *suppositum stellis æquor*, non videns *suppositum* ad *me* esse referendum: sed sexcenta ignorantiæ et festinationis turpissimæ vestigia indicibus suis impressit Gallulus ille Ludimagister. *Burm.*—4 Alii *viv. barbaria.*—6 Plurimi scripti et Edd. *Quæ non;* Serv. *Et;* Be. *Quod.*—7 Jun. *defend. ultro.*—8 Plurimi scripti *liquidis bell.*—

NOTÆ

1 *Istic*] In urbe Roma, scil.

Ademti] Exilio pulsi.

3 *Stellis*] Quales Ursa, Arcturus, Draco.

Nunquam tangentibus] Quia, cum in polo fuit Arctico super nos elevato, semper a nobis conspiciuntur.

4 *Barbarie*] Quia inter Dacos, Getas, Scythas, aliosque feros homines.

5 *Bessi*] Hi Thraces aut Thraciæ finitimi populi fuerunt.

6 *Ingenio*] Quia mite, mansuetum, atque bonis artibus omnis generis excultissimum; illorum natura fuit ferox, immanis, et prorsus barbara.

7 *Tepet*] Signate dixit, ut vix aliquem sentiri calorem illis regionibus intelligatur.

Istro] Danubium enim sine navibus non poterant trajicere barbari.

Digitized by Google

At cum tristis hyems squalentia protulit ora,
  Terraque marmoreo candida facta gelu est:
[Dum patet et Boreas et nix injecta sub Arcto;
  Tum liquet has gentes axe tremente premi.]
Nix jacet: et jactam nec Sol pluviæve resolvunt:
  Indurat Boreas, perpetuamque facit.
Ergo, ubi delicuit nondum prior, altera venit:
  Et solet in multis bima manere locis.
Tantaque commoti vis est Aquilonis, ut altas
  Æquet humo turres, tectaque rapta ferat.
Pellibus et sutis arcent male frigora braccis;
  Oraque de toto corpore sola patent.

horridum, et tellus facta est alba gelu durissimo: et dum Aquilo exspatiatur, et nix immissa sub Ursa, tum certum est has nationes urgeri polo frigido. Nix jacet; et neque Sol, aut pluviæ liquefaciunt immissam; Aquilo coarctat, et reddit perpetuam. Adeoque, cum nondum prior resoluta est, altera inducitur; et solet perstare biennis in multis locis. Et impetus Boreæ est tantus, ut exæquet turres solo, et auferat domos sublatas. Neque satis prohibent frigora pellibus et femoralibus sutis; et sola facies detecta est ex toto corpore. Sæpe crines agitati strepunt

9. 10 *Nix habitare* multi veteres, et *nox* duo; nam de nive mox sequitur; etiam de Borea, seu Aquilone. Piget diversas lectiones corradere, quod complures sint: mihi enim totum distichon pro adulterino est. Proximo tamen versu pro *patet* repono *liquet* ex quinque scriptis; est enim odiosa repetitio. *Heins.* Corruptum esse versum facile concedo, non tamen statim ejiciendum, et certe non improbabili conjectura olim Heinsius emendaverat, *Tum pariter Boreas, et nox habitare sub Arcto:* ut *habitare* pro *habitat* sit positum, quod tamen durius, quia mox *liquet has gentes* sequitur: *nix jactata* plurimi editi: *subjecta* Leidens. *agitata* Moreti; *tunc statimur Boream* Regius; forte pro *patimur: nos habitare sub antro* unus. Quid? si legeretur, *Tum pariter Borean, et noctem habitare sub Arcto, Tum liquet has gentes axe rigente premi;* vel, *axe fremente*, ventis et procellis: *premente premi* Junian. et Servii cod. sed hoc est hariolari. Eleganter vero *nox* et *Boreas habitare sub arcto* dicuntur, quia perpetui per totam hyemem ibi sentiuntur. Sic ad illa Propertii II. 9. 17. 'Quid tibi jucundum siccis habitare medullis.' Passeratius docet homines et res 'habitare,' quæ manent diu, et perpetuo sunt in aliquo loco, tanquam sedem posuerint illic: sic 'in culina habitare' Petron. cap. 2. *Burm.*—13 Editi quidam *non* pro *nec.*—15 Quatuor libri *ub. defluxit nond.* Deinde totidem *alt. crevit.*—16 Multi *bina* pro *bima;* quinque *bruma.* Tum quædam Edd. *jacere loc.* at vett. *manere.*—18 P. *tectaq. mota fer.*—19 Bersm. pro var. lect. *hic sutisque*, vel, *in sutis:* Heins. monuit Gruterum maluisse *hinc sutisque;* notante Burm. '*hinc* pro ideo:' alii nonnulli *hirsutis.* Mox *male* ex corr. Heins. pro vulg. *mala.*—20 Lov. *de tento corp.* Burm. conj.

NOTÆ

10 *Marmoreo*] Duro.

11 *Dum patet*] Inepte adulterinum istud distichon huc inculcatum.

Patet] Aperto campo exspatiatur.

12 *Tremente*] Ventis concusso.

15 *Priar*] Nix, scil. superioris anni.

18 *Æquet*] Ventus nempe qui nives hinc inde in cumulos cogit, idem tur-

Digitized by Google

Sæpe sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu:
Udaque consistunt, formam servantia testæ,
Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, ut vincti concrescant frigore rivi,
Deque lacu fragiles effodiantur aquæ?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne
Miscetur vasto multa per ora freto,
Cœruleos ventis latices durantibus, Ister
Congelat, et tectis in mare serpit aquis.
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur: et undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.
Perque novos pontes subter labentibus undis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.
Vix equidem credar: sed cum sint præmia falsi
Nulla, ratam testis debet habere fidem.
Vidimus ingentem glacie consistere pontum,
Lubricaque immotas testa premebat aquas.

glacie pendente, et barba alba splendet sparsa glacie. Atque vina humida rigent habentia figuram testæ: neque potant haustus vini sed frusta tradita. Quamobrem dicam quomodo fluvii conoreti coalescunt frigore, et aquæ fragiles effodiantur ex alveo? Ipse Danubius, qui, non minor fluvio papyrifero, subit ingens mare per multa ostia, riget, ventis astringentibus glaucas aquas, et volvitur in æquor aquis tectis. Atque nunc inceditur pedibus qua naves cucurrerant; et ungula equi quatit aquas conglaciatas. Et boves Sarmatici trahunt currus barbaros per novos pontes, aquis subterfluentibus. Vix equidem inveniam fidem; sed cum nulla sit merces ficti, testis debet habere fidem firmam. Vidimus vastum Pontum firmum esse glacie, et testa lubrica urgebat quietas aquas. Neque satis est vidisse: pressimus

tanto.—23 *Udaque* ex Heins. emend. quod et Comb. confirmat.—25 Heins. reposuit *vincti*, quod et Ro..exhibet: quinque vett. *junoti*; at vulgatæ plurimæ Edd. *cuncti*. Tum multi Codd. *concrescunt*, et in seq. vs. *effodiuntur aq.* unus *circumstant*; alius *durantur*; Lov. *cum restant.*—29 *Indurantibus* Be. sed tunc *laticem* legendum esset.—30 Pro *tectis* unus *strictis*; Richel. pro var. lect. *tacitis*, quod et unus Bonon. astruit: Leid. *totis*. Mox Arund. *repit aq.*—33 Zulich. *subtus labentibus*: Lov. *subterque latentibus*; Leid. *subter latitantibus.*—38 Nonnulli pro *testa* habent *crusta*; et Fr.

NOTÆ

res dejicit et altissima quæque proterit.

20 *Patent*] Non teguntur pellibus.

26 *Fragiles*] Quia frigore concretæ.

27 *Papyrifero*] De Nilo agit, ad cujus ripas papyrus arbor nascitur, ex qua papyrum olim ad scribendum parabant.

33 *Novos*] Quia ex glacie commissi.

38 *Testa*] In modum testæ galu

Digitized by Google

Nec vidisse sat est. Durum calcavimus æquor:
Undaque non udo sub pede summa fuit.
Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset;
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere: conantes dura coërcet hyems.
Et quanquam Boreas jactatis insonet alis,
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit.
Inclusæque gelu stabunt, ut marmore, puppes:
Nec poterit rigidas findere remus aquas.
Vidimus in glacie pisces hærere ligatos:
Et pars ex illis tum quoque viva fuit.
Sive igitur nimii Boreæ vis sæva marinas,
Sive redundatas flumine cogit aquas;
Protinus, æquato siccis Aquilonibus Istro,
Invehitur celeri barbarus hostis equo:
Hostis equo pollens, longeque volante sagitta,
Vicinam late depopulatur humum.

rigidum mare; et ultima aqua fuit sub pede non humido. Si tibi tale fretum fuisset olim, Leandre, obitus tuus non esset probrum arctæ aquæ. Tum neque curvi Delphini possunt se mittere in aërem: hyems sæva retinet nitentes. Et quanquam Aquilo obstrepat alis agitatis, nulla erit unda in mari obsesso. Et naves pressæ glacie tanquam marmore consistent; neque remus poterit dividere aquas duras. Aspeximus pisces manere compressos in glacie: atque etiam pars eorum fuit viva. Sive ergo ferus impetus nimii Aquilonis indurat aquas marinas, vel exundantes fluvio; continuo, Danubio complanato aridis Aquilonibus, ferus hostis irruit veloci equo, hostis equo validus, et vastat late proximam terram spiculis longe volantibus. Alii

quidem *Lubricaq. immensas crusta prem.*—39 Bonon. *satis* pro *sat est.*—40 Lov. *ped. flava fluit;* et Be. *summa fluit.*—43 P. *curvi* pro *pandi.*—45 Duo V. et Ma. *Et quamvis B.*—47 Quidam vett. *in* pro *ut;* Heins. conj. *ceu.*—48 Duo vett. *rig. stringere rem.* totidem *fingere;* quatuor *pendere,* Heins. putat pro *tundere;* Comb. *fodere:* Be. Gryph. Mycill. et aliæ *scindere;* et unus *fundere.* Leid. *navis aq.*—50 Alii *sed pars.*—52 Multi ex scriptis *Siv. redundantes flum.*—54 Excerpt. Voss. *Qui vehitur cel.*—56 Unus liber *longe* pro

NOTÆ

concreta aqua.

41 *Leandre*] Hunc in Epistolis vidimus ad Hero suam noctu per Hellespontiacum fretum natantem.

42 *Angustæ*] Hellespontus enim non ultra stadia septem porrigitur.

44 *Coërcet*] Quia gelu concretum mare.

45 *Alis*] Quibus Poëtæ sua liberalitate donaverunt ventos.

46 *Obsesso*] A Borea malim exponere quam a frigore.

49 *Ligatos*] Idem in paludosis quibusdam circa lacum nostrum Lemannum atque alibi passim nonnunquam conspicitur.

Digitized by Google

Diffugiunt alii; nullisque tuentibus agros,
Incustoditæ diripiuntur opes.
Ruris opes parvæ, pecus, et stridentia plaustra;
Et quas divitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustra rura Laremque suum.
Pars cadit hamatis misere confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quæ nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt:
Et cremat insontes hostica flamma casas.
Tum quoque, cum pax est, trepidant formidine belli:
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt, hostem.
Cessat iners rigido terra relicta situ.
Non hic pampinea dulcis latet uva sub umbra;
Nec cumulant altos fervida musta lacus.
Poma negat regio: nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominæ verba legenda suæ.

dilabuntur, et nullis defendentibus campos, divitiæ relictæ expilantur; tenues scilicet *divitiæ agri, pecora, et currus strepentes, et opes quas pauper colonus habet. Pars capta abducitur brachiis religatis a tergo, frustra respiciens agros, et domum suam. Pars occiditur lugubre trajecta uncinatis spiculis; nam venenum tinctile est in ferro alato. Corrumpunt quæ non possunt secum tollere aut avehere; et ignis hostilis absumit tuguria immerita. Expavescunt horrore belli etiam tum cum pax est; neque ullus proscindit terram impacto aratro. Hic locus vel cernit, vel timet hostem quem non cernit. Terra deserta nihil profert pigra situ aspero. Mitis uva hic non tegitur umbra pampinea; neque ferventia musta cumulant plena labra. Plaga non profert poma; neque Acontius hic haberet in quo duceret voces legendas*

late.—57 Sex scripti *dirip. oves.*—65 Quinque libri *aut adducere;* unus *subducere.*—66 Unus liber *Et premit insoni.* Mox ex libris scriptis Ciofan. recepit *flamma* pro vulg. *turba.*—68 Pro *sulcat* tres *findit;* sex *pulsat;* unus *versat.*—70 In vulgatis scribebatur *gelido t. r. situ;* in Mor. et P. *gelido...gelu;* in Lov. *rigido...gelu;* in alio *sterili...situ.*—71 Unus Med. *sub ulmo.*—73 Plurimi

NOTÆ

53 *Æquato*] Gelu complanato.

55 *Equo pollens*] Ea jam olim laus Scytharum, quæ hodieque permanet.

59 *Ruris*] Opes quas deripi dixit recenset.

62 *Larem*] Pro domo, ut sæpe alibi.

63 *Misere*] Quia præsertim venenatæ sagittæ.

70 *Cessat*] Neque enim subigitur, neque fructum profert.

Rigido] Scilicet induratur solum, quod aratro nullo exercetur.

72 *Lacus*] Labra dicit aut cupas,

Digitized by Google

Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore, campos.
Heu loca felici non adeunda viro!
Ergo, tam late pateat cum maximus orbis,
Hæc est in pœnam terra reperta meam?

a sua domina. Videre est agros vacuos sine arbore, sine foliis. Heu loca non visenda beato viro! Cum igitur vastissimus mundus tam late porrigatur, hæc tellus quæsita est in meum supplicium?

scripti *Pom. vetat reg.*—75 Pr. V. et alius *Aspiceret;* duo *Aspicio;* unus *Aspicies* vel *Aspicias:* verius refingendum putat Heins. *Aspicere est.*—77 Barb. *Erg. cum patuit late via max.*—78 Alii *in pœnas...meas.*

NOTÆ

quibus ex uva expressum mustum excipitur.

73 *Acontius*] Cujus fabulam ex ejus Epistola repete, si placet.

ELEGIA XI.

ARGUMENTUM.

Crudelissimum quendam suppresso nomine accusat Ovidius, quod cum in Scythica regione, orbatus omni re cara, in maximis degat incommodis, ille non his contentus, ei tamen insultet: additque, magnum illi esse dedecus, oppugnare hominem prostratum et jacentem. Monet postremo, ut, memor humanæ sortis, nolit amplius commemorare poëtæ crimina, sed ea sinat cicatricem obducere, cum præsertim nulla ejus fortuna possit fieri miserior.

Si quis es, insultes qui casibus, improbe, nostris,
Meque reum, demto fine, cruentus agas;
Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino;
Et dicam silices pectus habere tuum.

Si quis es, pervicax, qui insultes nostræ calamitati, et sævus usque me arguas, ortus es ex cautibus, eductus lacte ferino, et dicam saxa occupare cor tuum. Quis

1 Heins. putat scribendum *Quisquis es, insult.* at Burm. vulgatam censet retinendam. Mox unus Cod. *invide* pro *improbe.*—3 Quinque libri *scop. eductus lact.* pr. V. pr. Pol. et sex alii *et pastus:* Heins. malit *es pastus.* Duo

Digitized by Google

Quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira,
  Restat? quidve meis cernis abesse malis?
Barbara me tellus, et inhospita littora Ponti,
  Cumque suo Borea Mænalis ursa videt.
Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ:
  Omnia soliciti sunt loca plena metus.
Utque fugax avidis cervus deprensus ab ursis,
  Cinctave montanis ut pavet agna lupis;
Sic ego belligeris a gentibus undique septus
  Terreor, hoste meum pæne premente latus.
Utque sit exiguum pœnæ, quod conjuge cara,
  Quod patria careo, pignoribusque meis;
Ut mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram;
  Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est?
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet;
  Solvat et in mores ora diserta meos.
In causa facili cuivis licet esse diserto:
  Et minimæ vires frangere quassa valent.

gradus superest atrocior, quo tua ira se extendat? aut quid vides deesse meis ærumnis? Terra sæva, et littora inhospita Ponti, et ursa Mænalis cum suis Aquilonibus me aspicit. Nulla mihi consuetudo linguæ cum natione barbara: omnia loca sunt plena timoris anxii. Et sicut cervus fugax correptus ab ursis famelicis, aut agna circumdata lupis montanis timet; ita ego circumclusus a nationibus bellicosis expavesco, hoste urgente meum latus. Et quamvis leve fuerit supplicium, quod sum orbus dilecta uxore, et patria, et meis liberis; quamvis nulla mala patiar, præter solam Cæsaris iram, sola Cæsaris ira estne leve supplicium? Et tamen est aliquis, qui tangat plagas recentes, atque aperiat ora eloquentia adversus meos mores. Cuivis pronum est esse facundo in causa facili; et tenuissimæ vires possunt rumpere

etiam *lact. caprino.*—5 Unus liber *Qui grad.* Mox Jun. *ulter. aut quo se porr.* et sic quidem multi alii: Lov. *aut in quo porr.* unus *porrigit.*—6 Heins. mallet *credis* pro *cernis.*—8 Multæ Edd. *Cumq. truci B.* Tum duo vett. *Parrhasis urs.* et Be. *Parrasis.*—11 Quatuor libri, et unus Bersm. *fug. rapidis cerv.*—13 Be. *Sic quoque bell.* Mox Leid. *undiq. captus.*—15 Be. *cum* pro *quod.*—16 Leid. et Be. *Et patr.* Tum Lov. *caream, pign.*—17 Serv, *nisi puram C.* Jun. et P. *magni nisi;* Leid. *solam nisi.*—18 Leid. *Sola parum.*—19 Pro *cruda* Lov. *dira;* quatuor *nostra;* duo *tarda.* Tum quatuor *retardet.*—21 In plurimis Mss. *quemvis l. e. disertum;* in aliis *cuivis...disertum.*—22 Jun. *vir. vincere*

NOTÆ

8 *Mænalis*] A Mænalo Arcadiæ monte altissimo Callisto Arcadica appellata, quæ in ursam mutata, deinde in cœlum translata.

Videt] Atque adeo urget.

17 *Nisi nudam*] Cæsarem delinit.

19 *Retractet*] Ex quo renoventur et recrudescant.

Digitized by Google

Subruere est arces et stantia mœnia virtus:
  Quamlibet ignavi præcipitata ruunt.
Non sum ego quod fueram. Quid inanem proteris umbram?
  Quid cinerem saxis bustaque nostra premis?
Hector erat, tunc cum bello certabat; at idem
  Vinctus ad Hæmonios non erat Hector equos.
Me quoque, quem noras olim, non esse memento:
  Ex illo superant hæc simulacra viro.
Quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris?
  Parce, precor, manes solicitare meos.
Omnia vera puta mea crimina: nil sit in illis,
  Quod magis errorem, quam scelus, esse putes.
Pendimus en profugi (satia tua pectora) pœnas,
  Exilioque graves, exiliique loco.
Carnifici fortuna potest mea flenda videri:
  Te tamen est uno judice mœsta parum.

quassata. Virtus est evertere arces, et muros erectos: quantumvis socordes proculcant diruta. Ego non sum quod fueram: quamobrem premis umbram vacuam? Quamobrem insurgis lapidibus in favillam et nostrum tumulum? Hector tunc erat cum dimicabat prælio; at idem religatus ad equos Thessalos non erat Hector. Scias etiam me non esse quem quondam cognoveras. Hæc imago restat ex illo viro. Cur, sæve, inveheris in effigiem verbis asperis? Noli, quæso, lacessere meam Umbram. Pone omnia mea crimina esse vera: nihil sit in illis, quod credas magis esse errorem quam flagitium. Ecce exules (exple cor tuum) exsolvimus pœnas acerbas fuga, et loco fugæ assignato. Sors mea potest videri lugenda tertori: est tamen leviter tris-

---

cassa val. et duo *frangere cassa.* Tum Lov. et alius *solent.*—24 Scripti et editi nonnulli *Quilibet*; unus *Quodlibet*; septem *Qualibus.* Mox *ruunt* Burm. reposuit ex duobus libris pro vulg. *premunt.*—25 Nonnulli omittunt *ego:* alii etiam legunt *qui* pro *quod*; quidam etiam *ego qui.*—27 Pr. Pal. et unus Med. *bell. certaret*; *at.* Quidam etiam *et* pro *at.*—28 Olim legebatur *Tractus ab Hæmonio...equo:* nostram lectionem excepit Heins. ex pr. Pal. uno V. et Ro. cum opt. Med. alii etiam *Vectus ab Hæmonio...equo.*—30 Serv. *hæc simula ora vir.*—31 *Incessis* ex quibusdam Codd. placet Burm. præ vulg. *incendis*, hoc tamen invenit in Jun. Leid. et nonnullis aliis; et in Edd. Mycill. Gryph. et aliis.—33 Serv. *vana* pro *vera.*—38 Be. et Bersm. *Et* pro *Te.* Mox *mœsta* Heins. dedit ex Barb. et Gottorph. pro vulg. *mersa:* tres libri *mensa*; unus

NOTÆ

28 *Hæmonios*] Thessalos Achillis, quibus circum mœnia Iliaca raptatus Hector.

32 *Manes*] Perinde loquitur Naso ac si Umbra quædam esset defuncti: perque elegans est hæc sui descriptio.

35 *Pendimus*] Argute; quasi graviores quam meritus fuerit luerit pœnas, quas pro errore tanquam pro scelere expenderit.

37 *Carnifici*] Telum istud vehemens in accusatorem.

Digitized by Google

Sævior es tristi Busiride; sævior illo,
  Qui falsum lento torruit igne bovem:
Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno,
  Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc, Rex, est usus, sed imagine major:
  Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri?
  Huc tibi, quem perdes, conjiciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus ure:
  Mugiet, et veri vox erit illa bovis.
Pro quibus inventis, ut munus munere penses,
  Da, precor, ingenio præmia digna meo.
Dixerat. At Phalaris, Pœnæ mirande repertor,
  Ipse tuum præsens imbue, dixit, opus.

tis tuo judicio. Crudelior es fero Busiride; crudelior illo, qui ussit fictum taurum lento igne; et qui dicitur dedisse taurum tyranno Siculo, atque commendasse suas artes verbis. Rex, inquit, *utilitas est in hoc dono, sed major quam videtur: neque sola species operis mei est æstimanda. Videsne hoc latus bovis adapertile? Huc tibi immittendus erit quem voles perimere. Torre continuo inclusum modicis carbonibus: mugitus edet, et ille sonus erit veri tauri. Pro quibus inventis, ut remunereris beneficium beneficio, præbe, quæso, mercedem dignam ingenio meo. Absolverat: at Phalaris, Inventor supplicii admirande, tu, inquit, præsens, unge tuum*

versa: Zulich. *pressa*.—41 V. *fert. damnasse tyrann*.—43 Bersm. Mss. et editi quidam *usus, Rex, est*.—44 Fr. Be. et plurimi alii habent *est pecoris form.* Leid. *tanti*; unde *Tauri* faciebat Heins. ut Excerpt. Voss. et quatuor Codd. habent.—45 Plurimi Codd. et Bersm. *a dextro*.—46 Be. et plures editi *Hac tib.* P. *Huic*; multi *Hic:* Lov. *Hanc tib. quam perdis:* alii etiam *perdis*.—49 Unus lib. *inv. munus quod* pro *quo*.—50 Multi *munera* pro *præmia*.—51 Gottorph. *Pœn. memorande repert.* alius *miserande*.—52 Heins. pro *præsens* scribit *princeps*; Gottorph. pro var. lect. *primus*; Burm. conj. *præstans*. Tum

NOTÆ

39 *Busiride*] Qui crudelissimus rex Ægypti ab Hercule immolatus, ut dictum in Arte.

40 *Qui*] Phalarim designat, Agrigentinorum tyrannum, qui præter cetera sævitiæ instrumenta taurum æneum habuit, Perilli cujusdam arte fabricatum, in quem damnatos, qui, supposito igne, bovis mugitus ederent, crudeliter mittebat.

41 *Quique*] Hic cum muneris nomine non leve pretium a tyranno speraret, in taurum æneum conjectus ejus jussu, primus artis suæ specimen non temere præbuit.

42 *Dictis*] Scilicet munus tam egregium verbis quantum potuit ornavit Perillus.

43 *Munere*] Verba hæc sunt Perilli taurum suum commendantis.

52 *Præsens*] Laudaverat opus suum ille insignis artifex: Ergo, inquit Phalaris, faciamus rei ipsius periculum, tuque ipse inventor tanquam

Digitized by Google

Nec mora; monstratis crudeliter ignibus ustus
  Exhibuit querulos ore gemente sonos.
Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque?
  Ad te, quisquis is es, nostra querela redit.
Utque sitim nostro possis explere cruore;
  Quantaque vis, avido gaudia corde feras;
Tot mala sum fugiens tellure, tot æquore passus,
  Te quoque ut auditis posse dolere putem.
Crede mihi, si sit nobis collatus Ulixes,
  Neptuni minor est, quam Jovis ira fuit.
Ergo quicumque es, rescindere vulnera noli;
  Deque gravi duras ulcere tolle manus:
Utque meæ famam tenuent oblivia culpæ,
  Fata cicatricem ducere nostra sine.
Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem,
  Et premit; incertas ipse verere vices.

opus. Et sine cunctatione, tostus crudeliter ignibus indicatis emisit voces querulas ore trepidante. Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque? Nostra querela ad te spectat, quisquis is es. Atque ut possis satiare sitim nostro sanguine, et fruaris voluptate quantam cupis pectore cupido, ego *profugus tuli tot mala terra tetque mari, ut credam te etiam posse dolere auditis. Crede mihi, si Ulysses sit nobis comparatus, ira Neptuni est levior quam* ira *Jovis. Quisquis es igitur, ne renoves plagas; et remove manus asperas ab immiti ulcere: et ut oblivia minuant famam mei criminis, patere infortunium nostrum ducere cicatricem. Atque recordans sortis humanæ, quæ evehit et deprimit eosdem, metue ipse dubias vices. Et*

---

unus Med. melioris notæ *indue, dix.*—54 Tres scripti cum Hamburg. *Emisit* pro *Exhibuit*. *Querulos* Heins. reposuit, quod quinque vett. confirmant; vulg. *geminos*. Tum Pol. pr. *ore fremente;* et multi alii *tremente.*—55 Quidam scribunt *Scythicosque, Scythicasq.* vel *Scythasq.* multi vett. cum vulg. *Scythiasque:* Heins. recepit *Scythiamque* ex V. Pol. Comb. et Med.—56 Plurimi Codd. *quisq. ades, nostr.* sed *is es* retinendum censet Burm. Mox ex vet. libro Ciofan. protulit *redit:* vulg. *venit.*—57 Unus liber *poss. replere cru.*—63 Unus Cod. *Erg. quisquis ades resc.* Tum *vulnera* cum melioribus duodecim reponendum Heins. docet pro vulg. *crimina.*—64 *Ulcere* ex Heins. emend. ceteri *vulnere.*—67 Immo *Fata* cum prim. Vatic. Combiano et tribus aliis. *Heins.* Vulg.

NOTÆ

præsens aliquod numen machinam tuam moveas.

Imbue] Namque ungi debent ut melius flectantur machinæ.

56 *Ad te*] Ut, scilicet, pari modo, quæcumque in me excogitas mala, primus atque solus patiaris. Sed aperte non dixit.

57 *Sitim*] Crudelitatem.

61 *Ulixes*] Qui quidem per decem annos, 'Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.'

62 *Jovis*] Augustum cum Jove Neptuno majore confert.

Digitized by Google

Et quoniam, fieri quod nunquam posse putavi,
Est tibi de rebus maxima cura meis;
Non est quod timeas. Fortuna miserrima nostra est.
Omne trahit secum Cæsaris ira malum.
Quod magis ut liqueat, neve hoc tibi fingere credar;
Ipse velim pœnas experiare meas.

quandoquidem, quod nunquam credidi posse fieri, est tibi maxima cura de rebus meis, non est quod paveas. Sors nostra est infelicissima. Cæsaris ira secum vehit omne malum. Quod ut magis constet, neve credar tibi istud falso dicere, velim ipse facias periculum meorum malorum.

Facta.—69 Medonian. *fier. nusquam quod poss.* Leid. *quæ nunquam.*—71 Quidam vett. *miserr. tuta est:* unde Heins. *Non es, quem timeam; F. miserr. tuta est.*—72 *Tibi* Heins. recepit ex duobus vett. alii *ego:* Leid. habet *me f. credas.*

NOTÆ

71 *Non est quod*] Non enim quod times eveniet, ut Romam redeam.

ELEGIA XII.

ARGUMENTUM.

FRIGORIBUS pulsis, adesse vernum tempus, cujus jucunditatem ex loco adjunctorum latius describit; incipiuntque etiam nautæ tunc navigare: qui, si in Scythiam pervenerint, se illis dicit occurrere, ut ab his intelligat de Cæsaris triumphis. Quod si quis aliquid referre potuit, protinus a Poëta domum ducitur, fitque ejus hospes: precatur demum, ut domus, quam habebat in Scythia, non sit perpetua Poëtæ sedes, sed hospitium, ut aliquando in patriam redeat.

FRIGORA jam Zephyri minuunt; annoque peracto
Longior antiquis visa Mæotis hyems:

Nunc Zephyri leniunt frigora: et anno absoluto hyems Mæotica visa est prolixior

2 Pro *Longior* vett. Edd. *Tardior*, et Arund. *Largior*. Plurimi etiam *anti-*

NOTÆ

1 *Zephyri*] Qui ab occasu æquinoctiali flantes atque molliores liquefaciunt nives, et veris sunt quasi præcursores.

2 *Mæotis*] Multum sese hic torserunt interpretes, Mycillus præsertim,

Digitized by Google

Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Jam violam puerique legunt hilaresque puellæ,
Rustica quam nullo terra serente gerit.
Prataque pubescunt variorum flore colorum,
Indocilique loquax gutture vernat avis.
Utque malæ crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas parvaque tecta facit.

præteritis: atque ille *qui male vexit Hellen sibi impositam facit tempora diurna paria nocturnis. Nunc pueri et puellæ alacres carpunt violas, quas terra agrestis profert nullo colente. Et prata sunt vestita floribus diversorum colorum, atque aves garrulæ lasciviunt inerudito gutture. Et ut hirundo effugiat probrum immitis matris, struit nidos sub tignis et humilibus tectis. Tum herba, quæ delituit tecta*

---

qua. Pro *Mæotis* Heins. conj. *Boötis* vel *Boreis.* Alii aliter. Bersm. habet *Longior antiquis v. meavit h.* Gronovius *Largior Antœcis instat Athois h.* ubi Burm. mallet *Anteactis* quam *Antœcis:* Mycillus *Tardior antiquis v. recedit h.* Alii volunt *Longior a vobis versa Mœotis h.* vel *Tardiór antiquis v. Mœotis h.* vel, ut Francius, *Longior Euxinis:* denique Burm. conj. *Longior antiquis visa, fugatur h.*—3 Duo P. et alius *Hellem.*—5 *Violam* ex Pol. Pal. Med. et V. alii *violas.* Lov. *Jam violasque legunt pueri.*—6 Sic ex vett. Burm. vs. refingit: olim edebatur *Ruraque quæ nullo nata serente vehunt.* Pr. Pol. *Rustica quæ nullo terra serente venit;* et sic pr. V. pr. Pal. et quatuor meliores, nisi quod *nata* pro *terra* exhibent: quidam *Rustica quas nullo terra serente vehit,* vel *gerit:* nonnulli etiam *Pomaque quæ nullo terra serente vehit,* vel *Ruraque...vehunt:* unus etiam *colente* pro *serente.* Heins. putat scribendum *Rustica quam nullo terra serente dedit.*—8 Pro *vernat* Fr. et octo alii *cantat;* Be. et tres alii *garrit.*—9 P. *crim. volucris dep.* Unus etiam *matris*

NOTÆ

non tam ob correptam diphthongum, cujusmodi apud alios inveniuntur, quam ob constructionem et sensum; ut corruptum esse locum confidenter vir sane doctissimus pronuntiet. Aliquid esse fateor, quod non satis leniter fluit: ceterum cur illud idem ferri non possit non ego quidem video. Poëtæ valde longa visa est hyems in plaga Boreali. Cum denique mense Martio solverentur nives, verque adventare intelligeret, duo menti obversabantur, tædium hyemis, deinde veris jucunditas. De illo obiter, et quasi per parenthesim; in hac immoratur. Mæotis autem ab illo hyems dicitur, quæ Mæoticam paludem, atque adeo proximum Pontum, et Scythicas regiones infestabat.

3 *Qui non*] Aries est, de quo jam sæpius, qui Phrixum atque Hellen per Hellespontum vehebat; cui quidem illa cum non bene insisteret in mare decidit, quod ab ea Hellespontus dictus est. Translatus est autem ille aries inter sidera; quem Sol cum adit non veris modo facit initium, sed et vernum æquinoctium.

8 *Indocili*] Indocto. Aves enim non nisi a natura edoctæ, quæ agros frequentant.

Vernat] Veris sensu lascivit.

9 *Malæ*] Mala mater dicitur hirundo, quia Procne, quæ in eam avem mutata, Itym filium interfecit, patrique Tereo epulandum apposuit: ut dictum in Metam.

10 *Cunas*] Nidum.

Digitized by Google

Herbaque, quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,
  Exerit e tepida molle cacumen humo.
Quoque loco est vitis, de palmite gemma movetur:
  Nam procul a Getico littore vitis abest.
Quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus:
  Nam procul a Geticis finibus arbor abest.
Otia nunc istic: junctisque ex ordine ludis
  Cedunt verbosi garrula bella fori.
Usus equi nunc est, levibus nunc luditur armis:
  Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus.
Nunc, ubi perfusa est oleo labente juventus,
  Defessos artus Virgine tingit aqua.
Scena viget, studiisque favor distantibus ardet:
  Proque tribus resonant terna Theatra Foris.

sulcis Cerealibus, protrudit tenerum verticem ex terra tepida. Atque ubi sunt vites, oculus emittitur ex palmite: nam vites longe sunt dissitæ a littore Getico. Et ubi sunt arbores, ramus tumet in arbore; nam arbores procul sunt remotæ a finibus Geticis. Nunc otia sunt istic; et certamina loquacia fori garruli locum faciunt ludis sibi invicem succedentibus. Nunc usus est equi; nunc luditur armis levibus: nunc pila, nunc trochus vertitur gyro celeri. Nunc postquam juventus est uncta oleo fluente, abluit lassa membra aqua pura. Scena celebratur, et favor flagrat votis dissidentibus; et terna theatra perstrepunt pro tribus foris. O felicem qua-

depromat hir.—10 Quatuor libri *trab. nidos parv.* unus *cuneos.*—12 Multi cum Bersm. *Erigit;* P. et Jun. *Exit et:* V. et Pal. *Exit et expendit:* unus *Exuit.* Septem alii *Excitat e tepida,* et Leid. *a.* Tres et Be. *Exerit a tepida,* et Serv. *a trepida.*—14 Alii *Sed* pro *Nam.*—17 Admodum variant libri; *Otia sunt illic* duo libri; non male. *Junctique ex ordine ludi* septem codices. *Edunt verbosi* triginta fere. *Garrula verba* etiam quatuordecim. *Verboso foro* Regius et Bernens. et Moreti; *umbroso foro* tres: forte scribendum, *Otia sunt illic: junctique ex o. ludi Sedant v. g. b. f.* Burm.—19 Heins. sic docet legendum ex Comb. Ro. et duobus aliis; in multis vett. etiam est *equis* vel *equi:* sed olim edebatur *Lusus equo nunc est.*—20 *Volvitur* Heins. recepit ex pr. Pol. et aliis quibusdam pro vulg. *vertitur.*—21 Pro *labente* Heins. conj. *liquente;* Francius *splendente.*—22 Unus liber *Defessosque.* Mox *Virgine tingit aqua* est in V. plurimi cum vulg. *tingere gaudet aqua.*—24 *Proque* plurimi vett. ceteri *Cum-*

NOTÆ

11 *Cerealibus*] Quibus fruges Cereris donum concreditum.

17 *Istic*] Romæ, scilicet.

Ludis] De Megalensibus exponunt; frustra: nam neque mense Martio celebrabantur; neque id Poëtæ verba sonant. 'Ludi juncti ex ordine' dicuntur qui sibi invicem succedunt: quos in Fastis videre est; nisi illis satis sit, quos jam enumerat Naso.

18 *Cedunt*] Quia eo tempore non dicebatur jus Romæ quo ludi publice celebrabantur.

21 *Oleo*] Ceroma dicit, quo unguenti genere ex oleo atque terra in palæstra ungebantur.

22 *Virgine*] Sudorem et pulverem in vicino Tiberi eluebant qui in Campo

Digitized by Google

O quater, et quoties non est numerare, beatum,
  Non interdicta cui licet Urbe frui!
At mihi sentitur nix verno sole soluta,
  Quæque lacu duro vix fodiantur aquæ.
Nec mare concrescit glacie: nec, ut ante, per Istrum
  Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
Incipient aliquæ tamen huc adnare carinæ,
  Hospitaque in Ponti littore puppis erit;
Sedulus occurram nautæ; dictaque salute,
  Quid veniat, quæram, quisve, quibusve locis.
Ille quidem mirum, ni de regione propinqua
  Non nisi vicinas tutus ararit aquas.

ter, et quoties non licet recensere, cui conceditur potiri Urbe negata! At nix liquefacta sole verno a me sentitur, et aquæ quæ non effodiantur ex rigido labro. Neque mare congelatur; neque bubulcus Scytha ducit, ut ante, currus stridentes per Istrum. Attamen aliquæ naves incipient huc adnavigare, et puppis peregrina erit in littore Ponti; diligenter obviam ibo nautæ; et, salute dicta, petam quamobrem accedat, quisve sit, et ex quibus oris. Mirum equidem nisi ille de vicina regione cautus non

---

qua. Mox Lov. *curva* pro *terna*.—25 Jun. Leid. et multi alii et Edd. quædam *O quantum:* Gryph. *O quater, o quoties.* Deinde Merula legebat *num. beatum.* —26 Nonnulli libri *libet* pro *licet*.—28 R. *Deque lac.* Tum pro *duro* pr. Ed. *diræ;* et Serv. *duræ.* Heins. recepit *vix* ex tribus libris pro vulg. *nec.* Plurimi *non fodiuntur:* Gryph. *non fodiantur:* P. *diffodiantur.* Bersm. notat quosdam legere *non fodiatur aqua.*—31 Sic, teste Heins., scripti plerique, vel *Incipiunt;* Medonian. *Incipiant:* Heins. malit *Incipiant aliquæ*, vel *Incipient si quæ.* Editi aliquot *Si tamen incipiunt aliquæ huc.* Tum Ms. Bersm. *transnare car.*—32 *Erit* plerique vett. et sic Heins. scribit, vel *eat:* vulg. *adest.*—35 Dan. Heins. malit *Ille quidem, mirum, nisi de reg.* et seq. vs. *Nec nisi...araret aq.* Tres scripti cum pr. Ed. *Nunquam vic.* Et pro *tutus* Voss. *cautus.* Tum Jun.

NOTÆ

Martio sese exercuerant.

23 *Studiis*] Alios aliis in ludis atque spectaculis favere solitos esse, magna etiam sponsione et depositis annulis, in Amoribus vidimus.

24 *Proque*] Quia non fora, sed theatra, per ludorum tempus frequentantur.

Tribus] Tria vero fuerunt Romæ fora negotiis civilibus tractandis comparata: Romanum antiquissimum, quod et Latinum dictum, Jul. Cæsaris alterum, tertium Augusti.

Terna] Tria illa fuerunt, Julii Cæsaris, Tauri Statilii, et Pompeii Magni.

26 *Urbe*] Atque adeo ludis, qui, si quæ est voluptas honesta, primum locum meo judicio obtinent.

28 *Vix*] *Non*, i. e. ut ante per hyemem, pro *vix* repone ex veteri lectione; quia, ni fallor, magis ad sensum spectat. Hac dicit se frui voluptate Poëta noster, quod jam aquam habeat denique solutam, pro illis omnibus bonis quibus fruuntur Romæ. Sequentia quod volo probant; cum dicit 'incipient aliquæ tamen.'

Digitized by Google

Rarus ab Italia tantum mare navita transit:
Littora rarus in hæc portubus orba venit.
Sive tamen Graia scierit, sive ille Latina
Voce loqui; certe gratior hujus erit.
Fas quoque ab ore freti longæque Propontidos undis
Huc aliquem certo vela dedisse Noto.
Quisquis is est, memori rumorem voce referre,
Et fieri famæ parsque gradusque potest.
Is precor auditos possit narrare triumphos
Cæsaris, et Latio reddita vota Jovi:
Teque rebellatrix tandem, Germania, magni
Triste caput pedibus supposuisse Ducis.
Hæc mihi qui referet, quæ non vidisse dolebo,
Ille meæ domui protinus hospes erit.
Hei mihi! jamne domus Scythico Nasonis in orbe?
Jamque suum mihi dat pro Lare pœna locum?

sulcaverit nisi aquas propinquas. Pauci nautæ tranant tam vastum mare ab Italia: pauci petunt hæc littora destituta portubus. Seu tamen ille sciverit loqui sermone Græco sive Latino; certe erit jucundior peritus *hujus. Fieri potest etiam aliquem tradidisse huc carbasa secundo Noto ab ostio maris et fluctibus longæ Propontidos. Quisquis is est, potest narrare rumorem voce memori, et fieri pars et gradus famæ. Oro ut ille possit memorare triumphos, quos accepit, Cæsaris, et vota persoluta Jovi Latio; teque, Germania rebellis, denique submisisse mæstum caput pedibus inclyti Ducis. Ille qui mihi hæc memorabit, quæ dolebo non aspexisse, continuo erit hospes meæ domui. Hei mihi! domus Nasonis jamne* est *in regione Scy-*

et tres alii *adiret* aq. quod Burm. præfert vulgato: Heins. vero putat *ararit* rectum esse; sensu exigente; nam duo scripti *arabit*, et totidem *ararut*.—37 Turbant vehementer libri. Excerpta Vossii *terra* vel *tuto mare; terra* etiam Gallicus codex: quidam *tutum mare;* sed nihil mutandum. *Burm.*—39 *Graia* ex Heins. emend. pro vulg. *Græca;* unus Italicus Cod. *grata*.—40 Priscæ Edd. et quidam scripti, teste Heins. *usus* pro *hujus*.—45 Ms. Bersm. *His prec. auditis*.—47 P. et alius *Te quoque bellatrix tand.* Mox Gottorph. *magno* pro *magni*, et seq. vs. *Duci*.—49 Leid. et tres alii *qui referat;* et ita pr. Ed. Mycill. Gryph. et aliæ.—51 Serv. *Hei mihi! jam Scythico nomen N. in orbe est:* Excerpt. Voss. *in urbe*.—52 *Jamne* scribendum: pro *pœna*

NOTÆ

41 *Ore freti*] Hellespontum dicit, qua accessus patet Roma in Pontum venientibus.

Propontidos] Mare est quod Hellespontum inter et Bosporum Thracium porrigitur.

44 *Pars*] Ut hinc aliquatenus veritas intelligi possit.

46 *Cæsaris*] Tiberii, vel Augusti, cujus auspiciis tunc temporis ille militabat. De priore potius intelligendum censeo.

47 *Rebellatrix*] Quintilii enim Vari socordia tres legiones non ita pridem

Digitized by Google

Di faciant, Cæsar non hic penetrale domumque,
Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.

thica? jamque pœna præbet mihi suas sedes in domicilium? Dii præstent, ut *Cæsar velit hic esse diversorium mei supplicii, non penetrale et sedes.*

multi *terra.* Versus suspectus. *Heins.* Non puto statim expungendos versus difficiles et corruptos: forte scripserit, *Jamne novum mihi dat pro lare pœna focum? Locus* et *focus* passim permutantur. *Focus* autem est idem quod mox 'penetrale.' 'Novus' et 'suus' etiam confusa Fast. III. 34. Amor. II. 5. 37. Si quis *suum* tueri velit, explicet stabilem et perpetuum focum; sed metuo ne altius vulnus sedeat. *Burm.*—53 Olim legebatur *Di facite ut Cæsar non hoc pœn.* '*Hoc Cæsar* Zulichemianus. Lege *Di facite o.* Vide Notas [Not. Var.] Epist. I. 101. Nisi malis *Di faciant* cum tribus scriptis. *Hic pœn.* pro *hoc* etiam quidam.' *Heins.*

NOTÆ

oppresserant Germani, duce Arminio.

50 *Hospes*] Cui faveam maxime propter lætum nuntium.

52 *Pœna*] Hanc sicuti Furiam aliquam Tomis sedes habere suas fingit.

ELEGIA XIII.

ARGUMENTUM.

Cum natalis Poëtæ adesset, superfluum fuisse dicit, in ea loca illum venisse, ubi non licet illi ex more solennia sacra exhibere: monetque, ne amplius redeat, dum erit in Scythia.

Ecce supervacuus (quid enim fuit utile gigni?)
Ad sua natalis tempora noster adest.

Ecce dies noster natalis frustra recurrit: quid enim profuit nasci? Crudelis,

1 *Gigni* meliores, teste Heins. nisi quod pr. Pol. pr. V. et Med. *nobis*: vulg.

NOTÆ

1 *Quid enim*] Melius vero est non natum quam miserum esse: quanquam et usque adeo fatui reperti sunt Theologi, ut contra docuerint.

Digitized by Google

Dure, quid ad miseros veniebas exulis annos?
Debueras illis imposuisse modum.
Si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset;
Non ultra patriam me sequerere meam.
Quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,
Illo tentasses ultimus esse mihi.
Jamque relinquenda (quod idem fecere sodales)
Tu quoque dixisses tristis in Urbe, Vale.
Quid tibi cum Ponto? num te quoque Cæsaris ira
Extremam gelidi misit in orbis humum?
Scilicet expectes soliti tibi moris honorem,
Pendeat ex humeris vestis ut alba meis?
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaque solenni thuris in igne sonet?
Libaque dem pro me genitale notantia tempus?
Concipiamque bonas ore favente preces?

quamobrem accedebas ad tristes annos profugi? Debueras illis fecisse finem. Si tibi cura mei, vel si verecundia ulla adesset, non sequereris me ultra patriam meam. Atque conatus esses mihi novissimus esse in illo loco quo infans sum primum tibi cognitus. Tu etiam mœstus Vale dixisses in Urbe jam deserenda, quod idem amici fecerunt. Quid tibi cum Ponto? Anne etiam offensio Cæsaris misit te in remotissimam terram orbis frigidi? Nimirum expectas honorem consuetudinis tibi præstitæ, ut vestitus candidus pendeat ex meis humeris? Altare incensum ornetur sertis florentibus? et mica thuris crepitet in igne solenni? Et offeram liba pro te indicantia diem natalem? atque proferam bonas preces ore benevolo? Non sum

nasci. Heins. conj. *quid e. tulit utile nasci?*—3 Pro *miseros* Ro. et Be. *miseri:* Burm. mallet *seros.*—5 *Inesset* scripti et editi quidam; alii *adesset.*—7 Strozzæ Cod. *mal. creditus inf.*—9 *Relinquenda* ex emend. Heins. vulg. *relinquendo;* pr. Pol. et duo alii *relinquendum.* Deinde Voss. *dixere sodal.*—12 Heins. malit *Extr. Getici mis.*—13 *Expectes* Bersm. profert ex uno Heins. vulg. *expectas.* Tum Heins. ex nonnullis scriptis recepit *soliti* pro vulg. *solitum.* Præterea Jun. *soliti tibi thuris h.*—16 Voss. *ign. crepet.*—17 Ex pr. Pol.

NOTÆ

3 *Quid ad*] Quasi dicat melius fuisse, ut ante obiisset, quam in exilium mitteretur.

6 *Non ultra*] Me desereres. Morerer. Sed quanta fuerit quamque fœcunda et elegans vis imaginandi in Nasone hinc cognosce. Hujus generis multa habes apud Jobum et Salomonem in sacra pagina.

13 *Honorem*] Solennes festivitates, et celebritatem; cujusmodi Romæ inter sodales antea habuerat Naso.

14 *Alba*] Qua induebantur qui natales celebrabant.

15 *Fumida*] Genio præsertim sacra faciebant natali die.

17 *Libaque*] Placentam fuisse scribit Servius, quæ farre, melle, atque oleo

Digitized by Google

Non ita sum positus: nec sunt ea tempora nobis,
  Adventu possim lætus ut esse tuo.
Funeris ara mihi, ferali cincta cupresso,
  Convenit, et structis flamma parata rogis.
Nec dare thura libet, nihil exorantia Divos:
  In tantis subeunt nec bona verba malis.
Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum;
  In loca ne redeas amplius ista precor:
Dum me, terrarum pars pæne novissima, Pontus,
  Euxini falso nomine dictus, habet.

ita adornatus; neque ea sunt nobis tempora, ut possim esse festivus accessu tuo. Altare funebre circumdatum lugubri cupresso, et ignis paratus compositis pyris ad me facit. Neque placet præbere thura nihil impetrantia a Diis: neque bona verba occurrunt in tantis ærumnis. Si tamen aliquid est poscendum a nobis hodie, oro ne amplius revertaris in ista loca: quamdiu Pontus appellatus falso nomine Euxini, pars fere ultima terrarum, me tenet.

Heins. restituit *me;* vulg. *te;* plerique *dem proprie,* et duo *propere;* pr. Ed. *det propere:* quinque *deproprie:* Heins. conj. *depromam;* et Burm. *deproperem.* Mox alii *geniale notuntia,* et Be. *genitale vocantia temp.*—18 Be. *Concipiamq. preces o. f. pias.*—19 Pr. V. *Non ita suppositus.* Tum multi *non* pro *nec.* Ha. *nec s. tam temp.* Heins. putat vs. aut mendosum aut adulteratum esse. Burm. autem nil causæ videt, cur mereatur ejici: 'positus' non sum, non exulo in tam felici loco, ut ad tuum adventum lætus esse possum: præterea 'nec sunt ea tempora nobis' minime mutandum putat, nec habere quod offendat; 'ea' enim pro talia, tam felicia positum esse.—21 Heins. mallet *Funebris ar.* recepitque *cupresso* ex melioribus pro vulg. *cupressu.*—22 Nonnulli *strictis* pro *structis* improbante Burm. Mox quinque vett. *flamm. reperta rog.* pr. V. et quatuor alii *peracta;* unde Heins. olim *perapta* faciebat.—27 Sic legebant Heins. et Faber: olim edebatur *pars pæne novissima Ponti Euxini, &c.*

NOTÆ

constabat. Hujusmodi vero die natali discumbentibus apponebatur, de quo nullus prius gustabat quam qui natalem suum celebrabat: ceteri vero qui comederent bene precari tenebantur.

19 *Non ita*] Quamobrem mendosum aut adulteratum dixerit hunc versum clar. Heinsius, non ego quidem intelligo. Stupidus ideo videar forte. Dum prosim parum interest. Suum cuique judicium; quod nunquam utilius quam cum a superbia et improbo hominum metu verecunde liberum.

21 *Ferali*] Quia funeribus adhibebatur.

24 *Bona verba*] 'Dicamus bona verba, venit natalis ad aras.' Tibullus.

26 *In loca*] Acutissime per repulsæ speciem natalem diem lætum Romam mittit; ut et ipse fruatur patria.

28 *Euxini falso*] Ut 'Axenus' atque inhospitalis locorum asperitate, sed maxime hominum feritate, verius sit appellandus.

Digitized by Google

ELEGIA XIV.

ARGUMENTUM.

AMICI colligentiş ejus scripta fidem et amorem laudat Poëta: hortaturque ut, quoad potest, ejus nomen in urbe retineat. Simulque exponit Metamorphosis opus inemendatum e manibus exisse. Postremo dicit, quicquid exilii tempore compositum a se fuit in Scythia, excusandum esse.

CULTOR et antistes doctorum sancte virorum,
  Qui facis ingenio semper, amice, meo;
Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,
  Nunc quoque, ne videar totus abesse, caves?
Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis
  Artibus, artifici quæ nocuere suo?
Immo ita fac, vatum, quæso, studiose novorum:
  Quaque potes, retine corpus in Urbe meum.
Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,
  Qui domini pœnam non meruere pati.

Fautor et sancte præses virorum eruditorum, amice, qui semper juvas ingenium meum; nonne, sicuti olim consueveras favere sospiti, nunc etiam prospicis ne videar totus exulare? Nonne colligis mea poëmata, solis remotis Artibus, quæ obfuerunt suo artifici? Immo sic age, precor, cultor recentium Poëtarum; et, quatenus licet, retine corpus meum in Urbe. Exilium jussum est mihi; non est jussum libellis,

---

2 Alii *Quid fac.*—5 Pro *suscipis* octo vett. *Conficis;* plures *Conspicis;* nec pauci *Colligis,* quos Heins. sequitur: unus *Excipis;* alius *Exigis.* Mox pro *ecquid* Ms. Bersm. *equidem;* Lov. *quid enim.*—7 Unus liber *stud. tuorum:* alius *virorum;* unde olim Heins. *piorum,* vel *bonorum.*—8 Be. *Quamque pot.* Mox ex plerisque vett. Heins. rescripsit *corpus;* vulg. *nomen.*—10 *Pati* ex Excerpt. Voss. placet Burm. præ vulg. *sui,* quia mox iterum sequitur ' de domini fu-

NOTÆ

1 *Antistes*] Qui alios omnes antecellit. Ducta appellatio a sacrorum consuetudine.

4 *Caves*] Nomen celebrando, scil. Illud vero ad Poëtæ revocationem non parum conferebat. Homines postrema meminere; atque adeo cum Invidia in pœnæ auctores redundat, si ea paulo gravior fuerit, tum etiam afflictorum dignitas atque meritum eosdem vindicat. Quanquam cautione maxima in ejusmodi rebus opus est, ne plus obsit quam prosit benevolus animus.

Digitized by Google

Sæpe per extremas profugus pater exulat oras;
Urbe tamen natis exulis esse licet.
Palladis exemplo, de me sine matre creata
Carmina sunt. Stirps hæc progeniesque mea est.
Hanc tibi commendo: quæ quo magis orba parente,
Hoc tibi tutori sarcina major erit.
Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:
Cetera fac curæ sit tibi turba palam.
Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius a summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi pervenit in ora:
In populi quicquam si tamen ore meum est.
Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,
Diverso missum quod tibi ab orbe venit.

qui non digni sunt supplicio sui domini. Sæpe pater exul fugit per ultimas regiones; attamen conceditur liberis exulis manere in Urbe. Versus sunt de me producti sine matre, exemplo Palladis. Hæc mea est soboles atque proles. Hanc tibi commendo; quæ quo magis est destituta patre, eo gravius erit onus tibi curatori. Tres mihi sunt liberi afflicti nostra peste: cura ut ceterum agmen sit tibi cordi apud omnes. Sunt etiam quindecim volumina formæ versæ, poëma sublatum ex funere sui domini. Illud opus, nisi ante interiissem, potuit consequi famam clariorem ab ultima manu. Nunc devenit inemendatum in ora plebis, si tamen aliquid mei est in ore plebis. Adde etiam nostris libellis istud nescio quid, quod tibi venit

nere rapta sui.'—11 *Extremas* multi, et placet. *Heins.* Vulg. *externas.*—15 Pro *Hanc* ' opinor legendum *Hæc;* et seq. vs. *sarc. maj. erunt.*' Heins.—17 Unus Gallicanus *fratres* pro *nati.*—18 Richel. *cur. sint tib.* et Serv. *tib. cura pal.*—19 Heins. mallet *Sint quoq.*—23 Sexdecim libri *perv. ad or.*—24 Sic libri veteres recte. *Ciofan.* Leidensis tamen, et duodecim librorum cum editione principe, Micyll. Gryph. et aliorum lectio est, *si quid mei est:* sed ne ambiguum evadat, an ' mei populi,' an ' quid mei ' velit, retinui *meum.* Burm.

NOTÆ

13 *Palladis*] Quæ, quia Dei unius Sapientia munus est, sine omni corporis voluptate, ' de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo :' ut ipse docet Ovid. III. Fastorum.

16 *Major*] Namque ex se nihil possunt.

17 *Tres*] De Arte amandi libros intelligit.

Contagia] Quia damnati illi.

18 *Turba*] Libri a Nasone editi.

19 *Mutatæ*] Metamorphosim indicat.

20 *Rapta*] Quæ ipsemet Poëta volebat in ignem injicere, cum pulsus exilio.

22 *Nomen*] Famam. Non emendatos dicit libros Metam.

25 *Nescio quid*] Quasi turbata et

Digitized by Google

Quod quicumque leget, (si quis leget,) æstimet ante,
Compositum quo sit tempore, quoque loco.
Æquus erit scriptis, quorum cognoverit esse
Exilium tempus, barbariemque locum.
Inque tot adversis carmen mirabitur ullum
Ducere me tristi sustinuisse manu.
Ingenium fregere meum mala: cujus et ante
Fons infœcundus, parvaque vena fuit.
Sed quæcumque fuit, nullo exercente refugit,
Et longo periit arida facta situ.
Non hic librorum, per quos inviter alarque,
Copia: pro libris arcus et arma sonant.
Nullus in hac terra, recitem si carmina, cujus
Intellecturis auribus utar, adest.
Nec, quo secedam, locus est. Custodia muri
Submovet infestos, clausaque porta, Getas.

missum a regione remota. Quod quisquis leget, si quis leget, prius perpendat quo tempore sit scriptum, et quo loco. Favebit scriptis, quorum intelliget tempus esse fugam, locum barbariem. Atque mirabitur me potuisse modulari ullum versum mœsta manu inter tot mala. Ærumnæ perdiderunt meum ingenium, cujus etiam fons fuit minus uber et vena tenuis. Sed quæcumque fuit, occlusa est nullo instigante, et exolevit facta arida longo situ. Non hic copia librorum, per quos exciter, atque sustenter. Arcus et arma obstrepunt pro libris. Nullus adest in hac terra, cujus auribus intellecturis utar, si recitem versus. Neque est locus quo secedam. Custodia muri et porta obserata prohibet molestos Getas. Frequenter quæro ali-

—25 Leid. *nostr. o pone lib.* et unus liber *impone tabellis.*—32 Quidam Codd. *Scribere me;* quod Merula videtur præferre vulgato; quia addit 'tristi manu:' sed Burm. notavit ideo 'ducere' dici, quia manu ducimus literas.—34 Heins. malit *parcaque.*—37 Multi vett. *quos sustenter al.* et unus liber *alarve.*—39

NOTÆ

afflicta mente hos dicat compositos libellos.

26 *Diverso*] Namque ab Urbe multum distabat regio Scythica.

28 *Quo tempore*] Cum adhuc florerem, exposuerunt. Immo cum protritus esset Poëta, atque in barbara regione jaceret. Quippe in eo est, ut suos Tristium libellos excuset: qui, siquidem excusatione aliqua opus haberent, loci atque temporis quo scripti sunt, ratione maxime excusari deberent.

37 *Alarque*] Ingenium certe studio atque aliorum exemplo maxime sustentatur et acuitur.

41 *Secedam*] Otium nempe, secessus, atque locorum amœnitas non parum ad studii et meditationis alacritatem confert.

Custodia] Ut urbe egredi non sit tutum.

Digitized by Google

Sæpe aliquod verbum quæro, nomenque, locumque:
Nec quisquam est, a quo certior esse queam.
Dicere sæpe aliquid conanti (turpe fateri)
Verba mihi desunt; dedidicique loqui.
Threicio Scythicoque fere circumsonor ore:
Et videor Geticis scribere posse modis.
Crede mihi, timeo ne sint immixta Latinis,
Inque meis scriptis Pontica verba legas.
Qualemcumque igitur venia dignare libellum,
Sortis et excusa conditione meæ.

quum vocem, et nomen, et locum: neque est quisquam, a quo possim esse certior. Sæpe (pudet agnoscere) vocabula non succurrunt mihi volenti aliquid proferre; atque oblitus sum loqui. Circumstrepunt fere semper *lingua Thracia atque Scythica; et videor posse scribere numeris Geticis. Crede mihi, metuo ne sint immistæ voces Ponticæ Latinis in meis scriptis, easque legas. Placeat igitur parcere qualicumque libello, et excusare* eum *statu fortunæ meæ.*

Plurimi scripti et editi nonnulli *rec. cui carm.*—47 Alii *Geticoque;* et in seq. vs. *Scythicis* pro *Geticis.* Pro *fere* duo scripti et editi nonnulli *fero.*—48 Leid. *Ut vid.*—51 Mor. *Qualiacumque.* Tum Heins. ex pr. Pol. pr. V. pr. Pal. opt. Med. et Ro. dedit *igitur* pro vulg. *legas:* nonnulli etiam *legis:* Serv. *tamen.*—52 Unus liber *Fortis et.* Lov. *Sortis et excussa cond.*

NOTÆ

45 *Sæpe aliquid*] Scilicet hic denuo grassatus est importune aliquis sciolus, ut observavit clar. Heinsius.

47 *Circumsonor*] Nimirum Thracio et Getico sermone loquebantur qui Tomis erant.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER IV.

ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

EXCUSANDOS esse dicit Poëta suos libellos, si quid fuerit in his reprehendendum: siquidem exul hæc scribebat, non gloriæ cupiditate, sed ut requiem peteret, et dolorem exilii carminibus consolaretur. Enumerat postremo mala quæ patitur in Scythia.

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis;
Excusata suo tempore, lector, habe.
Exul eram; requiesque mihi, non fama petita est:
Mens intenta suis ne foret usque malis.

Si quædam sint reprehendenda, ut erunt, in meis scriptis, lector, excusa suo tempore. Eram profugus, et quies, non laus, a me quæsita est; ne cogitatio semper

4 Lov. *intent. unis ne.*—5 Heins. ex scriptis recepit *cantet* pro vulg. *cantat.*

NOTÆ

2 *Suo*] Quo scripta sunt; quod exuli fuit durissimum.

3 *Requies*] Studia enim, ut habet Cicero, adversis perfugium ac solatium præbent: neque suis malis torquetur animus, qui ad alia, cogitando, convertitur.

Digitized by Google

Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor,
  Indocili numero cum grave mollit opus;
Cantet et, innitens limosæ pronus arenæ,
  Adverso tardam qui trahit amne ratem.
Quique ferens pariter lentos ad pectora remos,
  In numerum pulsa brachia versat aqua.
Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit
  Pastor; arundineo carmine mulcet oves.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
  Fallitur ancillæ decipiturque labor.
Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles
  Hæmonia curas attenuasse lyra.

esset affixa suis ærumnis. Ea est causa quamobrem fossor etiam pressus catena cantet cum lenit molestum opus rudi cantilena; et ille *cantet etiam qui curvus trahit navem lentam flumine adverso calcans glaream lutosam. Qui etiam reducit remos lentos ad pectus, movet lacertos in numerum aqua agitata. Postquam opilio innixus est baculo vel requievit in caute, oblectat oves versu arundineo. Labor famulæ pariter canentis,* et *pariter ducentis pensa tradita fallitur et decipitur. Mœstus Achilles dicitur etiam minuisse amores lyra Hæmonia, Lyrnesside avecta.*

—8 Pro *trahit* quidam scripti et editi *velut.*—9 Olim legebatur *Quiq. refert par.*—Non placet hoc loco verbum *refert*, propterea quod ejusmodi ac temporis verbum absque conjunctione sequatur: quare ad marginem participium *ferens* annotavimus. *Mycill.* Recte, non enim constat aliter sensus. Heinsius maluerat, *terens;* sed vox *pariter* requirit *ferens;* nimirum ut æquali ordine currant remi: Val. Flac. III. 675. quod ad numerum, id est, ad celeusma fiebat. Mox, *brachia lassat, jactat, laxat, movit, pulsat* codices diversi. Francius volebat, *verset*, ut respondeat præcedenti *cantet.* Male; id congruere debet cum *trahit.* Burm.—11 Multi libri *Fess. ubi incub.* Quidam etiam *ut incumbit.* —12 Nonnulli *mulc. opus;* et R. *aves.*—13 Heins. malebat *Cantanti...trahenti.* —14 Pr. Ed. *Tollitur ancill.*—15 Heins. suadet *Lyrnesside;* plurimi ex scriptis *Lerneside;* pr. Edd. *Lyrneside;* Arund. *Lernëide:* Leid. cum Aldin. et aliis

NOTÆ

5 *Hoc*] Ne suis malis usque sit mens intenta.

6 *Indocili*] Rustico, et sine arte, quam non didicit.

Mollit] Cantando molle et leve facit.

7 *Pronus*] Ut solent qui fune navem adversus profluentem summo conatu trahunt.

8 *Tardam*] Quia onusta, et contra fluminis cursum.

9 *Ferens*] Qui gestus est remigantis.

10 *In numerum*] Adeoque et cantat.

15 *Abducta*] Ab Agamemnonis legatis.

Lyrnesside] Hippodamia est, Brisei filia, Lyrnesso Troadis oppido oriunda, cujus prolixe historiam vidimus in ejus epistola.

16 *Hæmonia*] Quia ipse Achilles Hæmonius seu Thessalus. Ab Æmone vero, deinde et Thessalo, regibus, huic provinciæ datum nomen esse jam sæpe diximus.

Digitized by Google

Cum traheret sylvas Orpheus et dura canendo
  Saxa, bis amissa conjuge mœstus erat.
Me quoque Musa levat Ponti loca jussa petentem.
  Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.
Sola nec insidias hominum, nec militis ensem,
  Nec mare, nec ventos, barbariemque timet.
Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error:
  Et culpam in facto, non scelus, esse meo.
Scilicet hoc ipso nunc æqua, quod obfuit ante,
  Cum mecum juncti criminis acta rea est.

Orpheus erat tristis uxore bis amissa, cum moveret arbores et rigidos lapides cantando. Musa etiam me solatur dum proficiscor in loca jussa Ponti. Illa sola permansit comes nostri exilii. Sola neque metuit fraudes, neque gladium militis Thracii, neque mare, neque ventos, neque barbariem. Novit etiam quis error mihi fraudi fuerit, cum occidi: et inscitiam, non flagitium esse in meo facto. Nimirum ea ipsa causa nunc propitia est, quod nocuit prius; cum acta rea est mecum commu-

edd. *Briseide.*—17 Be. *Contraheret sylv.*—19 Richel. et alius *M. juvat P.* at *Levat* Burm. putat magis convenire Poëtæ eunti in exilium.—21 Olim legebatur *Sola n. i. inter, n. m. e.* Octo vett. *inter nec Thracia tela;* decem *interque Threicia tela;* unus *intra nec Threicia tela;* Barb. *inter crudelia tela;* alius *inter Tirintia tela;* alius item *interque irentia tela:* unus V. *nec diri militis ensem:* Comb. *hominum nec Thracia tela:* Heins. scribit *Sola n. i. Threci n. m. e.* vel *Sola n. i. nec iter, nec Threcia tela.* 'Alius, *sævi nec militis ensem: insidias, inter Threicia tela* Bernens. et Leidens. *inter tot militis enses* Junian. Heinsii conjectura nimis abit a libris scriptis; nec illud *inter* hic commode inculcatum videtur: *sola nec insidias horret* unus Codex etiam non male; sed ego Combiani codicis lectionem præferrem: *Sola n. i. hominum, nec Thracia tela.*' Burm.—23 Tres libri *qui* pro *quis.*—24 *In* abest uni Cod. Heins. volebat *in fato.*—26 Excerpt. Voss. et R. *Et mec.* Tum multi ex præstantioribus *adjuncti;*

NOTÆ

17 *Traheret*] Cantus suavitate traxisse feras et sylvas Orpheum, vel, quod est amplius, homines feros et stupidos ad vitæ atque morum honestatem perduxisse, jam sæpius quoque dictum.

18 *Bis amissa*] Atque adeo cantu mœrorem studuit delinire. Sed vide qua jucunditate orationem variet Poëta. Orpheum quod attinet, bis Eurydicen uxorem dicitur amisisse; quia primo serpentis morsu Aristæum persequentem fugiens e vivis sublata, deinde ab Inferis cum ipso redieus ad eosdem retracta est. Legem enim a Proserpina datam, ne prius respiceret quam ad auras superas pervenisset, præpostera amoris impatientia violavit.

19 *Musa*] Carmina, quæ ejus instinctu scripsit Poëta.

Loca] Tomos.

21 *Nec insidias*] O nostri homines plerique si scirent, aut noscere vellent, quantum ad felicitatem conferant bonæ literæ et optima cogitandi ratio, quam præstant Musæ! Scilicet aliquid de superfluis fortunæ bonis

Digitized by Google

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
  Pieridum sacris imposuisse manum.
Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa Sororum:
  Et carmen demens carmine læsus amo.
Sic nova Dulichio lotos gustata palato,
  Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.
Sentit amans sua damna fere; tamen hæret in illis:
  Materiam culpæ persequiturque suæ.
Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libelli:
  Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.
Forsitan hoc studium possit furor esse videri
  Sed quiddam furor hic utilitatis habet.
Semper in obtutu mentem vetat esse malorum;
  Præsentis casus immemoremque facit.
Utque suum Bacchis non sentit saucia vulnus,
  Dum stupet Edonis exululata jugis;

nis delicti. Cuperem equidem nunquam admovisse manum sacris Musarum, siqui dem obfutura essent. Verum quid nunc agam? Ipsa potentia sororum me tenet et insanus amo versus afflictus versibus. Ita nova lotos tacta palato Dulichio obfuit illo sapore quo jucunda fuit. Amans pæne sentit sua dispendia; nihilominus perstat in illis, et persequitur causam sui peccati. Libelli etiam, utut obfuerint, nobis placent; et diligo telum quod mihi impegit plagas. Forte hæc cura possit videri vesania; sed hæc vesania habet aliquid compendii. Prohibet animum semper esse intentum malis; et facit ne recordetur præsentis infortunii. Et sicut Baccha vulnerata non percipit suam plagam, dum attonita est vociferans in clivis

Heins. conj. *ah juncti:* Be. *incerti.*—28 Burm. mallet *Tunc eq. v. (q. n. f.) P s. i. modum;* vel, si cui placet *manum,* in superiori vs. legendum putet *Tunc eq. nollem, &c.*—29 *Sororum* ex sex vett. placet Heins. præ vulg. *sacrorum.*—31 Lov. *lot. grutata pal.*—33 Ed. Gryph. *ferens* pro *fere.*—34 Mor. *Mat. damni pers. sui:* Heins. malit *curæ...suæ.* Editi etiam quidam et scripti *prosequiturque.*—39 Multi scripti et editi *in obtuitu;* Be. *intuitu:* Serv. *obtutum;* tres *obtuitum.*—41 *Bacchis* ex pr. V. et Serv. alii *Bacche.*—42 *Edonis* ex

NOTÆ

sibique inutilibus detraherent, ut sese lucrifacerent.

25 *Hoc ipso*] Hic videtur dormitasse interpres. Hoc ipso, id est, hac causa, hac gratia mihi favet Musa quod ante obfuit, &c.

26 *Acta rea*] Propter versus amatorios, illius instinctu conscriptos.

28 *Imposuisse*] Animum ad humaniores literas adjecisse.

29 *Sororum*] Musarum.

31 *Dulichio*] Ulyssis socii cum in Africam tempestate ad Lotophagos delati essent, a loti mira quadam suavitate Homerus dicit fuisse delinitos, ut patriæ obliti non nisi flentes atque ab Ulysse coacti navem voluerint conscendere.

Digitized by Google

Sic, ubi mota calent viridi mea pectora thyrso,
  Altior humano spiritus ille malo est.
Ille nec exilium, Scythici nec littora ponti,
  Ille nec iratos sentit adesse Deos.
Utque soporiferæ biberem si pocula Lethes,
  Temporis adversi sic mihi sensus hebet.
Jure Deas igitur veneror mala nostra levantes,
  Solicitæ comites ex Helicone fugæ:
Et partim pelago, partim vestigia terra,
  Vel rate dignatas, vel pede, nostra sequi.
Sint precor hæ saltem faciles mihi: namque Deorum
  Cetera cum magno Cæsare turba facit:

Edonis: ita postquam meum cor incaluit viridi thyrso, ille spiritus est sublimior humano malo. Ille neque sentit exilium, neque littora Ponti Scythici, neque habere Deos infensos. Vel quemadmodum si ducerem pocula Lethes soporiferæ, ita sensus temporis adversi mihi retunditur. Merito igitur colo Deas solantes nostra damna, comites ex Helicone anxii exilii, et dignatas sequi nostra vestigia partim mari, partim terra, vel navi, vel pede. Oro hæ saltem sint mihi propitiæ; namque reliquum agmen Deorum stat a partibus Cæsaris. Atque me cumulant tot malis, quot

emend. Heins. amplectitur Burm. præ vulg. *Idæis:* Pol. pr. *Idonis.*—43 *Viridi* restituit Heins. ex pr. V. Ro. altero Pol. et octo aliis: vulg. *sacro.*—44 In Leid. erat *ill. loco est.*—46 *Adesse* ex septem vett. vulg. *habere:* Heins. conj. *habetve.*—48 *Hebet* ex corr. Heins. nam pr. V. *tempus hebet:* in vulgatis *sensus abest;* et in Medonian. *abit.*—50 *Solicitæ* rectius quam *Solicitas,* ut jam emendarunt docti: ita 'solicita via,' I. 11. 2. et mox vs. 85. 'solicita'

NOTÆ

34 *Materiam*] Amorem, scil.

41 *Bacchis*] Quæ Bacchi orgia celebrat.

Vulnus] Furorem exponunt. Ego vero magis de eo crediderim intelligendum, quod forte inter discurrendum atque furendum inflictum fuerit.

42 *Stupet*] Furit, vini plena, et, ut mos est, cum tædis accensis, inconditis clamoribus, atque ferali ululatu per montes sylvasque discurrit, ut fuse dictum in Metam.

Edonis] In ea parte Macedoniæ quæ est Thraciæ proxima eum montem Edonem posuit Servius.

43 *Sic, ubi*] Poëticus est maxime hic versus, et ex pectore Bacchi pleno.

Thyrso] Fuit illud Bacchi gestamen hasta pampinis atque hedera vestita.

44 *Spiritus*] Apollinis scripserunt, immo Bacchi; quem et in remotis rupibus carmina docentem, Nymphasque discentes, vidisse se testatur Horatius.

46 *Deos*] Spectat istud ad Augustum: quod me maxime movet ut suspectum habeam hoc distichon.

47 *Lethes*] Lethæi fluminis, soporem et oblivionem inducentis.

49 *Deas*] Musas.

50 *Helicone*] Bœotiæ monte, Musis sacro.

Digitized by Google

Meque tot adversis cumulant, quot littus arenas,
  Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.
Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
  Poma per autumnum, frigoribusque nives;
Quam mala, quæ toto patior jactatus in orbe,
  Dum miser Euxini littora læva peto.
Nec tamen, ut veni, levior fortuna malorum est:
  Huc quoque sunt nostras fata secuta vias.
Hic quoque cognosco natalis stamina nostri;
  Stamina de nigro vellere facta mihi.
Utque nec insidias, capitisque pericula narrem,
  Vera quidem, vera sed graviora fide;
Vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque
  Illi, qui populi semper in ore fuit!
Quam miserum, porta vitam muroque tueri,
  Vixque sui tutum viribus esse loci!
Aspera militiæ juvenis certamina fugi,
  Nec nisi lusura movimus arma manu.

littus habet arenas, quotque mare pisces, vel piscis ova. Ante recenseas flores vere, aristas æstate, poma per autumnum, et nives hyeme, quam ærumnas, quas fero actus per totum orbem, dum infelix tendo ad sinistra littora Euxini. Neque tamen postquam accessi, sors et cohors malorum est mitior: fata sunt etiam secuta huc nostros calles. Hic etiam agnosco fila nostri natalis; fila ducta ex atra lana. Atque ut taceam fraudes, et discrimina vitæ, vera quidem, sed majora certa fide; quam miserum est vitam ducere inter Bessos et Getas illi, qui semper fuit in ore populi! Quam miserum defendere vitam valvis et mœnibus, atque ægre esse securum firmitate sui loci! Adolescens vitavi dura prælia belli; neque tetigimus arma,

sedes.' *Burm.*—54 Be. et R. *turb. favet.*—55 *Cumulant* ex nonnullis scriptis; alii cum vulgatis *cumulat.*—57 Alter Pol. *volucres* pro *flores.*—59 Unus liber *pat. disjectus in orb.* alius *dejectus.*—60 *Læva* ex Buslidiano Heins. putat rectum; vulg. *sæva:* Medonian. *jussa*, quod et minime Heinsio displicet.—61 Jun. *melior* pro *levior.* Duo etiam *fort. locorum est.*—63 Be. *Huc quoq.* Tum Pal. *cognovi;* et ita Bersm. edidit.—65 Jun. *insid. pontique peric.*—66 Sic Heins. emend. ex Comb. et uno V. vulg. *Vera q. vidi, sed:* duo libri *fateor;* unus *patior.*—67 Serv. *durum* pro *miserum.*—68 *Illi* Heins. recepit ex Gottorph. Jun. et Mor. pro vulg. *Illis.*—70 Pro *viribus* Heins. mallet *turribus;* vel *mœnibus*, quod, teste Burm., est in Be. et duobus aliis.—71 *Conta-*

NOTÆ

55 *Quot littus*] Hyperbolica admodum numeri notatio.

61 *Veni*] In Scythiam appuli.

62 *Secuta*] Quibus urgeor.

63 *Stamina*] Sæpius jam Parcas vitæ hominum habuimus præsides; quas atro filo infelicitatem, candido beatitatem, præfinire voluerunt.

Digitized by Google

Nunc senior gladioque latus, scutoque sinistram,
Canitiem galeæ subjicioque meam.
Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,
Induimur trepida protinus arma manu.
Hostis, habens arcus imbutaque tela veneno,
Sævus anhelanti mœnia lustrat equo.
Utque rapax pecudem, quæ se non texit ovili,
Per sata, per sylvas, fertque trahitque lupus;
Sic, si quem nondum portarum sepe receptum
Barbarus in campis reperit hostis, agit.
Aut sequitur captus, conjectaque vincula collo
Accipit, aut telo virus habente cadit.
Hic ego solicitæ jaceo novus incola sedis.
Heu nimium fati tempora longa mei!

nisi manu lusura. Nunc provectior ætate submitto latus ensi, et lævam clypeo, et meos canos aut comam albam cassidi. Num postquam excubitor fecit indicium tumultus ex specula, continuo corripimus arma manu timida. Hostis crudelis gerens arcus, et spicula tincta veneno, obit muros equo anhelo. Et sicuti lupus avidus rapit atque aufert per segetes et per nemora ovem, quæ non recepit se in ovile, ita hostis barbarus trahit si quem invenit per agros nondum tectum crate portarum. Correptus vel sequitur, et admittit catenas alligatas collo, vel conficitur sagitta venenata. Ego hic jaceo novus incola habitationis anxiæ. Heu tempora minus longa meæ

gia fugi V. et alius; non ineleganter. *Burm.*—72 Leid. et octo alii *lus. novimus arm.*—74 Quatuor libri *subjicioq. meæ.*—76 *Induimur* ex Comb. alii *Induimus.*—78 Tres scripti *mœn. cingit eq.*—79 In voc. *pecudem* Gottorph. pro var. lect. exhibet *prædam;* eleganter, judice Heins.—80 Alii cum vulg. *fertq. refertque lup.*—81 Jun. *Sic quoque quem.* Deinde *sepe* ex Mor. Barb. et Medonian. et Ro. pro var. lect. placet Heins. præ vulg. *sede.*—82 *Agit* longe elegantius multi ex antiquis. *Heins.* Vulg. *habet.*—83 Just. et Be. *injectaque,* et ita Bersm. edidit: P. et Lov. *collectaque;* alius *dejectaque;* Leid. *conjunctaque.*—84 *Cadit* Heins. dedit ex Jun. quod et Gottorph. et Ro. exhibent pro var. lect. alii *perit.*—85 In Francof. erat, *Sarmaticæ jaceo novus i. gentis:* in Vossiano *Sic ego? Jaceo novus i. terræ* Putean. *nimis incola* Polit. et Medic. *munus* Vatic. prim. corrupte: *incola cædis* Leidensis. Francius conjiciebat, *vetus incola sedis,* ut alibi se 'non novum incolam' vocat initio Ponticorum. Sed plus temporis abierat, cum illa scriberet, et inde probatur hic debere legi *novus,* quia ibi dicit jam se non novum esse incolam, ut ante se

NOTÆ

66 *Graviora*] Quæ vix quisquam credere possit.

68 *In ore*] Atque adeo comis, affabilis, et urbanitatis amator.

71 *Fugi*] Adolescens enim in Asia militaverat.

72 *Lusura*] Ludi et exercitationis causa.

75 *Tumultus*] Ea voce, a tumore derivata, bellum præsertim Gallicum aut Italicum appellabant Romani, a quibus maximum periculum sibi im-

Digitized by Google

Et tamen ad numeros antiquaque sacra reverti
  Sustinet in tantis hospita Musa malis.
Sed neque cui recitem quisquam est mea carmina; nec qui
  Auribus accipiat verba Latina suis.
Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque:
  Tutaque judicio litera nostra suo est.
Sæpe tamen dixi, Cui nunc hæc cura laborat?
  An mea Sauromatæ scripta Getæque legent?
Sæpe etiam lacrymæ me sunt scribente profusæ,
  Humidaque est fletu litera facta meo.
Corque vetusta meum, tanquam nova, vulnera sentit;
  Inque sinum mœstæ labitur imber aquæ.
Cum vice mutata quid sim fuerimque recordor,
  Et tulerit quo me casus, et unde, subit;

sortis? Et tamen Musa hospes non veretur per tantas ærumnas redire ad numeros et vetera sacra. Verum neque ullus est cui recitem meos versus; neque qui audiat voces Latinas suis auribus. Ego (quid enim agam?) mihi scribo et lego: et nostra scriptura est secura suo arbitrio. Frequens tamen dixi, Cui nunc hoc studium vigilat? Anne Sauromatæ et Getæ evolvent meos libellos? Sæpe etiam eruperunt fletus me ducente literas, et scriptura facta est madida meis lacrymis. Atque pectus meum tangitur antiqua plaga sicuti nova; et multus fletus tristis depluit in gremium. Cum recurrit quid sim et quid fuerim vice mutata, et cogito quo et unde

vocaverat. *Burm.*—86 Scripti plerique, teste Heins. *lenta* pro *longa*.—88 Cod. Gallicanus unus *hosp. digna mal.*—89 Mycill. et Gryph. *cui referam quisq.*—90 Unus Gallicanus *Aur. excipiat verb.* et ita conjecerat Francius.—92 In uno Heins. erat *Totaque j. l. facta meo*, vel *suo*.—93 Quinque libri *nunc mea cura;* Heins. conj. *ea cura*, vel, quod magis placet, *nunc, mea Musa, laboras:* et *mea Musa* est in Gottorph. et Mor.—94 Heins. conj. *Anne ea;* Francius *An tua.* Mox Leid. *Getæq. legant.*—95 Be. *lacr. sunt me prohibente prof.*—97 Vulg. *vuln. norit;* plurimi *novit;* P. *noscit:* Burm. dedit *sentit* ex quibusdam aliis.—99 Multi editi et scripti *Dum vic.* Mox *quid* dedit Heins. ex Voss. et Ha.

NOTÆ

minere intelligebant.

86 *Nimium*] Jam sæpius illud questus est, quod ante non obiisset quam in exilium mitteretur.

87 *Numeros*] Poëticos, scilicet.

92 *Tuta*] Tuta ea est scriptura, quæ multorum hominum judicio suis numeris est plane absoluta atque perfecta. Suo tantum esse tutam suam testatur Poëta; ne quis forte, quod omnia non viderit atque correxerit, aspere reprehendat.

93 *Cui*] Quasi dicat nemini; siquidem Sauromatæ libellos suos non legant, Romani vero sint procul.

97 *Nova*] Quia in dies sese magis orbum sentiebat.

98 *Mœstæ*] Quia ex animi mœrore expressa.

100 *Quo*] In Scythiam, ubi Barbarorum mores et belluinam naturam quotidie necesse est ferre.

Digitized by Google

Sæpe manus demens, studiis irata malignis,
Misit in arsuros carmina nostra focos.
Atque ita de multis, quoniam non multa supersunt,
Cum venia facito, quisquis es, ista legas.
Tu quoque non melius, quam sunt mea tempora, carmen
Interdicta mihi, consule, Roma, boni. 106

sors me abripuerit, sæpe manus vesana infensa studiis iniquis abjecit versus nostros in ignem flagraturum. Atque ita, siquidem pauca restant de plurimis, facito, quisquis es, legas ista cum indulgentia. Tu etiam Roma mihi interdicta boni consule Poëma non melius quam sunt mea tempora.

vulg. *qui;* alii *quis.*—101 *Malignis* ex Hamburg. et quinque aliis scriptis placet Heins. præ vulg. *sibique.*—102 Francius volebat *arsur. crimina nostr.* Tum multi vett. *rogos* pro *focos.*—103 In Fr. *Quare ita.* Vulg. *Atque ea;* sed *ita* reposuit Heins. ex Barb. P. et Buslidian. putat enim *ea* ferri non posse, quia 'ista' sequitur. R. et Serv. *Atque eadem multis.*

NOTÆ

Unde] Roma gentium domina, bonarum artium matre, deliciarumque omnis generis inexhausto fonte.

101 *Malignis*] Ex quibus nihil boni aut jucunditatis capiat.

104 *Venia*] Siquidem per animi ægritudinem in exilio scripta sunt.

ELEGIA II.

ARGUMENTUM.

TIBERIUM Germanicam expeditionem suscepisse, in Scythiam ad Poëtam fama pertulerat. Dicit ergo, victoriam fortasse ab eo partam fuisse cum hæc scriberet. Ejus autem triumpho dicit se mente interesse, quandoquidem corpore non possit. Quod si quis ei triumphi formam retulerit, quamvis sero, tamen ostendit se auditurum tanta lætitia ut proprium incommodum sit posthabiturus publicæ lætitiæ.

JAM fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis,
Victa potes flexo succubuisse genu:

Jam ferox Germania potes subacta cessisse Cæsaribus, genu flexo, ut totus mun-

NOTÆ

1 *Jam*] Augusto atque Tiberio assentatur Naso, quos priusquam exilio pelleretur, gravissimum adversus Germanos atque Pannonios gerere bellum

Digitized by Google

Altaque velentur fortasse Palatia sertis;
  Thuraque in igne sonent, inficiantque diem;
Candidaque adducta collum percussa securi
  Victima purpureo sanguine tingat humum:
Donaque amicorum templis promissa Deorum
  Reddere victores Cæsar uterque parent:
Et qui Cæsareo juvenes sub nomine crescunt,
  Perpetuo terras ut domus ista regat:
Cumque bonis nuribus pro sospite Livia nato
  Munera det meritis, sæpe datura, Deis:

dus: et forte excelsa Palatia decorentur coronis, et thura crepitent in igne, et offuscent diem: et victima alba icta cervicem bipenni elata inficiat terram cruore rubro: et uterque Cæsar victores sese accingant ad exsolvendum munera vota templis Deorum faventium; itemque adolescentes qui crescunt sub nomine Cæsareo, ut ista domus semper imperet terris: atque Livia cum bonis nuribus sæpe præbitura

2 *Potes* dedit Heins. ex Hamburg. et tribus aliis pro vulg. *potest*. 'Præferrem etiam cum quinque codicibus, *procubuisse;* ut respiciat ad habitum quo victi reges et gentes in nummis flexo genu procumbunt. Sic in nummis Domitiani Germania et Sarmatia procumbit, porrigens illa scutum, hæc signa: vid. Tab. Arsch. XXXI. 12. et 14. et Parthus signa reddens flexo genu ibid. Tab. XIII. n. 11. *Procumbere* vero verbum supplicum; ut II. ex Pont. 2. 'Nec licet ante ipsos procubuisse Deos.' vid. Epist. IX. 82. XII. 186. Met. I. 187. et alibi. Ita in alia re eandem in his verbis varietatem notavimus l. III. Trist. IV. 2. *supposuisse* Vatic.' *Burm.* Vulg. *succubuisse*.—3 *Velentur* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *velantur:* Pol. et Voss. *vallantur*.—4 Meliores, teste Heins. *sonent inficiantque;* ceteri *sonant inficiuntque*.—6 *Tingat* Heins. scribit cum pr. V. vulg. *tingit;* multi alii *pulset:* Burm. etiam putat *tingat* convenire melius τῷ *sanguine* quam *pulset*.—8 *Parent* Hamburg. et unus Italicus: alii *parant*.—9 In notis Mycilli erat *gaudent*, pro *crescunt;* sed unde illud venerit Burm. nescit.—12 *Det* meliores, teste Heins. ceteri *dat*.—

NOTÆ

noverat. Neque tamen illum sua conjectura fefellit; siquidem non hostes tantum profligaverunt illi, quo anno ejectus est Poëta, sed sequenti nonnullos debellaverunt, tertio denique triumphum meruerunt Tiberius atque Germanicus per quos Augustus bellum gerebat. Druso vero, qui jam diu perierat, cave cum Merula illorum laudem tribuas.

3 *Sertis*] In lætitiæ testimonium.

4 *Inficiant*] Fumo offuscent.

5 *Candida*] Quæ victoria parta immolari solebat.

Adducta] Qui gestus est ictum molientis.

8 *Uterque*] Augustus et Tiberius; illius namque auspiciis hic bellum gerebat.

9 *Juvenes*] Germanicus est atque Drusus Tiberii filius.

10 *Ista*] Cæsarum.

11 *Nuribus*] Quales Agrippina Juliæ et Agrippæ filia, Germanici Cæsaris uxor; Livia Drusi junioris. Neque enim huc Juliam, Augusti filiam, jam diu relegatam, inducas.

Livia] Augusti conjux.

Digitized by Google

Et pariter matres, et quæ sine crimine castos
Perpetua servant virginitate focos.
Plebs pia, cumque pia lætentur Plebe Senatus;
Parvaque cujus eram pars ego nuper, Eques.
Nos procul expulsos communia gaudia fallunt:
Famaque tam longe non nisi parva venit.
Ergo omnis poterit populus spectare triumphos;
Cumque ducum titulis oppida capta leget:
Vinclaque captiva Reges cervice gerentes
Ante coronatos ire videbit equos:
Et cernet vultus aliis pro tempore versos,
Terribiles aliis, immemoresque sui.
Quorum pars causas, et res, et nomina quæret:
Pars referet, quamvis noverit ipsa parum:

præbeat Diis meritis dona pro filio incolumi: et matres juxta, et quæ virginitate indelibata custodiunt purum ignem sine flagitio: tum *populus pius, et Senatus cum pio populo lætentur, simul et Eques, cujus nuper ego eram pars exigua. Lætitia publica nos latet longe ejectos; neque fama nisi tenuis fertur tam procul. Adeoque omnis populus poterit cernere triumphos, et leget urbes domitas cum titulis regum: et aspiciet reges ferentes catenas collo subacto ire ante equos coronatos: atque videbit faciem aliis mutatam pro tempore, aliis tremendam et sui nesciam. Quorum pars petet causas, et res, et nomina; pars narrabit, quanquam ea parum cognoscat.*

13 Malo *Dent pariter*, quæ repetitio sensum erigit. *Heins.*—14 Be. *Perp. subeunt virg.*—15 *Lætentur* est ex Heins. emend. vulg. *lætatur;* quidam meliores *lætetur;* et duo *lætantur.*—18 Pro *parva* Heins. conj. *tarda;* putat etiam *sera* vel *rara* posse legi: Francius volebat *parca.*—20 Excerpt. Voss. *tit. mænia capt.* et Zinzerling. Mss. *opp. scripta leg.*—24 *Terribilesque* Ms. Bersm. et unus Heins.—25 *Et regum nomina* Hamburgensis. Forte, *et regna et nomina,* vel, *et gesta et nomina:* pro *causas* etiam *ausus,* vel quid tale, videtur reponendum. *Heins.* Ego nihil mutarem, nisi pro *causas* legerem libenter *casus,* quæ voces frequentissime confusæ apud Nostrum: vid. Fast. IV. 817. et alibi.

NOTÆ

Nato] Tiberio.

12 *Sæpe*] Ut hinc etiam Tiberii filii cognoscatur virtus.

13 *Matres*] Pro sospitibus filiis.

Quæ] Vestales intellige.

20 *Titulis*] Non duces modo sed loca ipsa picta, titulis suis insignita, in triumphis transvehebantur.

22 *Coronatos*] Quatuor vero illi candidi qui triumphantis currum trahebant lauro quoque coronabantur.

23 *Aliis*] Victis.

Pro tempore] Humili enim et abjecto vultu solent esse qui victi sunt.

24 *Aliis*] De captivis loquitur, qui, sui immemores, truces adhuc viderentur.

25 *Causas*] Quamobrem hæc aut illa ad triumphi pompam adhibeantur.

Res] Quidnam sit hoc aut illud quod transvehitur.

26 *Quamvis*] Alicubi Poëta monuit

Digitized by Google

Is, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
  Dux fuerat belli: proximus ille duci.
Hic, qui nunc in humo lumen miserabile figit,
  Non isto vultu, cum tulit arma, fuit.
Ille ferox, oculis et adhuc hostilibus ardens,
  Hortator pugnæ consiliumque fuit.
Perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,
  Squalida promissis qui tegit ora comis.
Illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro
  Sæpe recusanti corpora capta Deo.
Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes,
  Plena feræ cædis, plena cruoris erant.
Drusus in his quondam meruit cognomina terris,
  Quæ bona progenies digna parente fuit.

Is qui excelsus splendet in purpura Sidonia fuerat dux belli: ille proximus duci. Hic qui nunc demittit oculos miserandos in terram, non fuit eo ore cum tractavit arma. Ille ferox, et adhuc micans lumine hostili, fuit instigator et consilium certaminis. Hic perfidus, qui velat vultum horridum longis capillis clausit nostros dolis locorum. Aiunt corpora captiva sæpe immolata Deo aversanti ab illo Sacerdote qui sequitur. Hoc stagnum, hi colles, hæ tot arces, tot flumina erant plena crudelis stragis, erant plena sanguinis. Drusus, qui bona fuit proles digna parente, olim

---

Casus, bellorum vicissitudines; *res*, prælia et res bello gestas; *nomina* captivorum. Illud *regum nomina* librarius, ut sæpe jam animadverti, transtulit ex Art. Am. 1. 219. In Lovan. erat, *pars curas*. Si *causas* retinendum est, bellorum causas intellige et *res* prælia; et quæ alia gesta sunt hoc bello. *Burm.*—26 *Ipsa* Heins. recepit ex uno Med. pro vulg. *illa*.—27 *Is* ex uno Medonian. alii *His:* Be. *Hic homo Sid.*—28 Serv. *Dux fuerit bell.*—29 Duo libri *in humum lum.* Tum ex multis Heins. reposuit *figit* pro vulg. *fixit.*—30 Mycill. Gryph. et alii *Non tristi vult.* Be. *illo.*—32 Gryph. *consiliumq. dedit.*—33 Ex Fr. et optimis pluribus Burm. recepit *inclusit;* vulg. *illusit*, et sic pr. Edd. et scripti quidam: legitur etiam, teste Merula, *conclusit.*—34 Be. et alius *Aspera pr.* Tum *promissis* ex pr. V. et sex aliis; vulg. *prolixis;* plurimi etiam vett. *demissis*, vel *dimissis:* alii *diffusis*, et *permixtis.*—36 V. *Sæp. renisenti* pro *renitenti.* Burm.—37 Lov. et septem alii *Hic locus, hi mont.* et Be. *Hic locus, hi mont. et tot.*—40 Tres *Qui;* quatuor *Quo;* versus

NOTÆ

in Amoribus, ut si quis cum puella ad ejusmodi spectacula prodiisset, singula pro libitu fingeret; ut rerum sciens videretur, atque confabulandi causam nancisceretur.

27 *Is, qui*] Verba sunt cujusvis singula referentis: quem ita fingit Poëta, ut ipse adesse atque triumphum spectare videatur.

28 *Dux*] Hostium summus Imperator: nam dicit 'fuerat:' deinde de Cæsare triumphum agente postea.

35 *Mactata*] Ex Druidum religionibus, qui, pro vita hominum nisi vita reddatur hominum, non posse numen Deorum immortalium placari arbitrabantur.

39 *Cognomina*] Namque Germani-

Digitized by Google

Cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulva,
  Decolor ipse suo sanguine, Rhenus erit.
Crinibus en etiam fertur Germania passis,
  Et Ducis invicti sub pede mœsta sedet:
Collaque Romanæ præbens animosa securi
  Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.
Hos super in curru, Cæsar, victore veheris
  Purpureus populi rite per ora tui:
Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum;
  Undique jactato flore tegente vias.

meruit cognomina in his regionibus. Hic ruptis cornibus parum velatus ulva viridi erit Rhenus ipse decolor suo sanguine. Ecce Germania portatur quoque comis solutis, et tristis sedet sub pede ducis invicti; atque porrigens cervicem ferocem securi Romanæ gerit catenas illa manu qua gessit arma. Veheris rite super hos per ora tui populi, Cæsar, purpureus in curru victore; et qua transibis circumplauderis manibus tuorum, flore projecto undique operiente vicos. Miles habebit tempora

corruptus. Τὸ *bona*, ut supra, 'Cumque bonis nuribus.' Scribe, *Quæ tulit*: ut ad nomen Germanici respiciat, qui Drusi filius: idque jam occupasse et præmonuisse videtur Tanaquillum Fabrum in Epistolis nuper editis Ep. 1. 40. cui loci hujus restituti gloriam cedo: potest et, *Quæ bene tulit*, hoc est, jure tulit: qui loquendi modus Nasoni perquam familiaris. *Heins.* Non damno hanc correctionem, sed tamen illud *bona* vel *bene* hic non placet, nec ad τὸ *progenies* referrem, sed ad *cognomina*: quare legerem, *Quæ nova progenies digna parente tulit*: quia novum nomen *Germanici* primus Drusus meruit, digna progenies Livia matre sua. Nam ante Drusum nemo de Germanis vel triumphaverat, vel nomen retulerat, quo passim respicit auctor Elegiæ in Drusum. Vid. vs. 338. 391. 457. *Novus* vero et *bonus* centies a librariis permutata. Vid. Remed. Amor. 567. *Burm.*—41 Duo vett. *Corn. infractis vir.* Deinde unus liber *mal. tutus ab.* Pr. Ed. *tectus ab aula*; et Bersm. *in herba.*—42 Gottorph. et unus Med. *Discolor ips.* Mox *erit* Heins. recepit ex pr. Pol. et duobus aliis pro vulg. *erat.*—43 *Sparsis* pro *passis* plurimi.—44 *Jacet* Lovaniensis et quinque alii [pro *sedet*;] male: nam et in nummis gentes victæ et captæ sedentium habitu conspiciuntur, ut in nummis Domitiani, ubi Germania et Sarmatia victa videntur; et Judæa, in nummis Titi. *Burm.*—

NOTÆ

cus a victis Germanis dictus.

40 *Parente*] Pater fuit Tiber. Claud. Nero, mater Livia uxor Augusti, cui maxime assentatur Naso.

41 *Cornibus*] Non Deos modo fluminibus, sed et illis cornua attribuerunt Poëtæ, propter diversos et sinuatos aquarum cursus. Per flumina vero si populos et gentes intelligas, cornua robur eorum designabunt, quæ fracta fractas vires significabunt.

43 *Passis*] Utpote in luctu, de more.

45 *Animosa*] Quia animosi Germani.

47 *Cæsar*] Tiberium intellige.

48 *Purpureus*] Veste indutus purpurea, intertexto auro.

Digitized by Google

Tempora Phœbea lauro cingetur; Ioque,
  Miles, Io, magna voce, Triumphe, canet.
Ipse sono plausuque simul fremituque canentum
  Quadrijugos cernes sæpe resistere equos.
Inde petes arcem, delubra faventia votis;
  Et dabitur merito laurea vota Jovi.
Hæc ego summotus, qua possum, mente videbo:
  Erepti nobis jus habet illa loci.
Illa per immensas spatiatur libera terras:
  In cœlum celeri pervenit illa fuga.
Illa meos oculos mediam deducit in Urbem;
  Immunes tanti nec sinit esse boni.

redimita lauro Phœbea, et cantabit, Io, Io Triumphe, elata voce. Ipse videbis equos quadrijugos sæpe resistere strepitu et plausu atque fremitu cantantium. Inde ibis in arcem et *templa faventia votis: et laurea promissa offeretur Jovi merito. Ego pulsus ea aspiciam animo quo possum: ille habet jus loci nobis sublati. Ille liber discurrit per vastas terras: ille conscendit cœlum brevi calle. Ille deducit meos oculos in Urbem mediam; neque patitur esse privatos tanti boni. Atque reperiet*

47 P. et tres alii *vict. traheris.*—51 Arund. *laur. cingeris; Ioq.*—53 *Canentum* Heins. dedit ex pr. Pol. pr. V. pr. Pal. et sex aliis pro vulg. *canentis;* duo *canentes;* Comb. *paventes.*—54 Multi *Quadrijuges cern.*—55 Be. Serv. et tres *Ind. petent arc.* tres alii *petunt.* Olim scribebatur *arc. et delubr.* Heins. monet *τὸ et* tollendum cum septem scriptis, ut sit appositio.—56 Pro *vota* uterque Pol. pr. Pal. et multi alii *vitta;* Jun. et P. *serta.* 'In Francofurtensi erat *laurea teucra,* sub quo aliud quid latere suspicor: in aliis erat *multa, mota, victa, juncta, nota;* quod ultimum non malum videbatur Heinsio, ut aduletur Augusto, qui sæpe Jovi laurum dederat.' *Burm.*—58 Burm. conj. *jus dabit ill.* —59 Pro *terras* Lov. *curas;* Burm. conj. *gentes.*—60 In vulgatis legebatur *illa via:* sed quia mox sequitur 'Invenietq. viam' Burm. hic ex Leid. et plurimis vett. Edd. reponit *fuga.*—61 Be. *Illa meos mediam visus deduc.*—

NOTÆ

51 *Phœbea*] Phœbo seu Apollini sacram laurum, ob Daphnen in eam arborem mutatam, jam sæpe diximus. Lauro vero coronari triumphantes notius est quam ut opus sit dicere.

52 *Io*] Vox erat acclamantium atque applaudentium.

53 *Canentum*] Citharœdorum enim ac tibicinum turba triumphantem Imperatorem comitabantur.

54 *Resistere*] Turba scilicet obstante, fremituque terrente.

55 *Arcem*] Capitolium; ubi templum Jovis.

Faventia] Quia ipse Jupiter, in templo Capitolino cultus, favens.

56 *Dabitur*] De more: triumphantes enim coronam auream, cum pretiosis manubiis Jovi dicatis, in Capitolio quasi in sinu ejus deponebant.

59 *Illa*] Mens, scilicet, quæ, ubicumque sit, corpus quodcumque libet agitare atque adeo cernere potest.

Digitized by Google

Invenietque viam, qua currus spectet eburnos.
Sic certe in patria per breve tempus ero.
Vera tamen populus capiet spectacula felix :
Lætaque erit præsens cum Duce turba suo.
At mihi fingenti tantum, longeque remoto,
Auribus hic fructus percipiendus erit.
Atque procul Latio diversum missus in orbem
Qui narret cupido, vix erit, ista mihi.
Is quoque jam serum referet veteremque triumphum.
Quo tamen audiero tempore, lætus ero.
Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam ;
Causaque privata publica major erit.

viam, qua videat currus eburnos. Ita certe ero in patria per exiguum spatium. Beatus vero populus fruetur veris spectaculis : et agmen præsens festivum erit cum duce suo. At ea voluptas erit sumenda auribus tantum mihi imaginanti atque longe dissito. Vixque erit qui, missus in remotam regionem longe a Latio, referat ista mihi avido. Ille insuper narrabit triumphum serum, et jam veterem. Lætus ero tamen quo tempore accepero. Illa dies aderit, qua omittam mea tristia ; et causa communis erit potior privata.

63 Olim legebatur *Invenietque animus qua curr.* ‘ *Invenitque* Hamburg. et tres alii cum Arundeliano : *Inveniatque* Richelian. *Inveniesque* alius : *Inveniesque arcem* Rottendorph. Tres, *Inveniesque viam ;* ut apud Virgil. ‘ Inveni, Germana, viam.’ Sed quia τὸ *via* paulo ante præcessit, scribe, *Invenietque aditum,* Supra etiam, *deducet,* et *sinet.* Heins. *Invenietque animus currus quos spectet* Be.—64 Be. *in patriam.*—65 Pro *felix* Mor. habet *præsens ;* et seq. vs. *felix* pro *præsens.*—67 Leid. *mih. surgenti tant.*—68 *Percipiendus,* quod est in nonnullis, Naugerius rectum putat ; vulg. *præcipiendus :* Leid. *perspiciendus.*—69 *Utque* quatuor scripti ; Heins. conj. *Aque.*—71 Excerpt. Voss. *Tum* pro *jam.*—73 Pro *veniet* Heins. scribendum putat *veniat,* ut sit optantis.

NOTÆ

Quanquam maxima est differentia inter modum quo mens quidpiam cogitat atque eum quo fruitur.

60 *Fuga*] Pro ipsa mentis celeritate aut motu.

63 *Eburnos*] Propter sellam curulem eburneam, scilicet.

64 *Sic*] Cogitando, atque singula evolvendo quæ Romæ per triumphi tempus aguntur.

65 *Vera*] Quia non vanis simulacris rerum, sicuti Poëta, sed rebus ipsis perfruetur. Quanquam haud scio annon majori voluptate gaudeat qui bene cogitare didicit, quam qui hujusmodi oculis usurpat spectacula. Ea enim rudiores videntur larvæ, quibus minime movetur qui interiora scrutatur.

68 *Auribus*] Fama accipiendo quæ Romæ acta fuerint.

72 *Lætus*] Conficta hæc omnia, Tiberio vel magis Augusto assentandi gratia.

73 *Dies*] Qua de triumpho mihi referetur.

74 *Major*] Ut de publico commodo gaudeam, tametsi magis ob privata mala lugendum foret.

Digitized by Google

ELEGIA III.

ARGUMENTUM.

UTRAMQUE Ursam precatur Poëta ut Romanam urbem ac uxorem aspiciant: sibique referant sitne ea mariti memor, an non. Postmodum seipsum arguit, quod dubitet de uxoris fide, a qua se amari intelligat. Tum eam laudat, doletque quod sua causa in assiduo luctu versetur. Demum hortatur ut in fide permaneat.

MAGNA minorque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates:
Omnia cum summo positæ videatis in axe,
Et maris occiduas non subeatis aquas,
Æthereamque suis cingens amplexibus arcem
Vester ab intacta circulus extet humo;
Aspicite illa, precor, quæ non bene mœnia quondam
Dicitur Iliades transiluisse Remus:

Major et minor belluæ, quarum una dirigis naves Græcas, alia Sidonias, utraque sicca; cum affixæ sublimi polo omnia intueamini, neque descendatis in aquas occiduas, et vester circulus circumplectens sedes æthereas suo ambitu emineat extra terram intactam; intuemini, quæso, illa mœnia, quæ Iliades Remus dicitur olim temerario

1 Lov. Jun. Leid. et plerique omnes, teste Burm. *regit* pro *regis*.—5 Quidam *Æthereum...axem*; alii *orbem*: Medonian. *Ætheream...arcton*.—6 Lov. *circ. exit hum*.—7 Pr. Ed. *Aspice et ill*.—8 Alii *transiliisse R*.—9 Be. *nitidam* pro

NOTÆ

1 *Magna*] Ursam majorem dicit, seu Helicen, cujus aspectu Græci navigationes suas dirigebant. In illud vero sidus Callistonem Lycaonis filiam mutatam fuisse, postquam Ursæ formam indusset, tædet toties repetere.

Minor] Ursa minor Cynosura etiam dicitur, quam Phœnices spectabant.

2 *Sidonias*] Sidonis Phœniciæ urbis opulentissimæ.

Sicca] Quia neutra occidit, neque adeo mari tingi videtur, siquidem ad polum Septemtrionalem nobis semper sublatum sunt positæ.

5 *Arcem*] Cœlum. Quanquam circulus polaris seu Arcticus brevior.

6 *Intacta*] Quia nobis semper sese videndas præbent Ursæ in polo Septemtrionali positæ, ut modo dixi.

7 *Non bene*] Valli enim a Romulo parati dum irridet angustias Remus, atque increpat saltu, dubium an jussu fratris, occisus est.

8 *Iliades*] Iliæ Vestalis filius.

Digitized by Google

Inque meam nitidos dominam convertite vultus:
  Sitque memor nostri necne, referte mihi.
Hei mihi! cur, nimium quæ sunt manifesta, requiro?
  Cur labat ambiguo spes mihi mixta metu?
Crede quod est, quod vis; ac desine tuta vereri:
  Deque fide certa sit tibi certa fides.
Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ,
  Non mentitura tu tibi voce refer:
Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est;
  Quodque potest, secum nomen habere tuum.
Vultibus illa tuis, tanquam præsentis, inhæret,
  Teque remota procul, si modo vivit, amat.
Ecquid, ut incubuit justo mens ægra dolori,
  Lenis ab admonito pectore somnus abit?

superasse saltu: atque convertite oculos splendidos in meam dominam; et nuntiate mihi recordeturne mei necne. Hei mihi! quamobrem exquiro quæ sunt nimis aperta? quamobrem spes mihi vacillat juncta dubio timori? Crede quod est, quod cupis; et omitte metuere quæ secura sunt: et fides sit tibi indubituta de fide certa. Et narra tibi voce non falsa quod ignes in axe positi non possunt tibi dicere; Eam, *quam maxime amas, tui non esse oblitam; et, quod licet, habere secum nomen tuum. Illa inhæret tuis oculis tanquam præsentis; atque longe dissita, te diligit, si modo vivit. Nonne postquam tristis animus affixus est justo dolori, suavis somnus recedit*

---

nitidos.—11 Olim legebatur *Hei mihi cur timui?* Heins. reposuit *nimium* ex pr. Edd. et quatuor scriptis: conj. etiam *timide;* nam pr. V. et pr. Pal. *timeam,* et duo alii *timeo:* Leid. *timidus,* quod non displicet Burm.—12 Pro *mihi* vulg. habent *mea;* ex quatuor scriptis Heins. reposuit *mihi:* Arund. *bona.* Pro *mixta* Heins. etiam malit *victa;* in uno enim Italico erat *nixa:* in uno *mœsta;* in alio *nota:* unus *litera nostra metu.*—13 *Quod vis,* quinque vett. vulg. *et vis;* Arund. *quamvis.*—15 Be. *Quæque pol.* Tum Voss. *positæ* pro *fixæ.*—16 Be. *Non matutinæ tu.*—17 *De quo* Puteaneus; recte: maxima scilicet cura est, an tui memor sit. *Burm.*—19 *Præsentis inhæret* ex septem vett. placet Heins. præ vulg. *præsentibus hæret.*—21 *Ut* multi vett. et priscæ Edd. sed vulg. *ubi.* Jun. *ut incumbit.* Tum pro *justo* duo *mœsto;* Be. *nullo;* R. *certo.* Mor. etiam et Lov. *mens æqua dol.*—22 Malim, quod in aliis legitur, *Lenis, ab admonitu, pectore somnus abit.* D. Heins. *Ab attonito* duo:

NOTÆ

9 *Nitidos*] Stellarum quippe nitidum lumen.

13 *Quod est*] Dominam esse mei memorem.

15 *Flammæ*] Utraque ursa, sidera cœlo affixa.

18 *Quod potest*] Namque rem ipsam, seu exulem Poëtam, habere non licebat.

21 *Incubuit*] Multum atque acriter cogitavit.

22 *Admonito*] De Poëtæ exilio, scilicet, cum illud subinde uxoris ejus mentem subiret.

Digitized by Google

Tunc subeunt curæ, dum te lectusque locusque
  Tangit, et oblitam non sinit esse mei.
Et veniunt æstus, et nox immensa videtur;
  Fessaque jactati corporis ossa dolent.
Non equidem dubito, quin hæc et cetera fiant;
  Detque tuus casti signa doloris amor:
Nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum
  Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.
Quid tamen ipse precer dubito: nec dicere possum,
  Affectum quem te mentis habere velim.
Tristis es? indignor, quod sum tibi causa doloris:
  Non es? ut amisso conjuge digna fores.
Tu vero tua damna dole, mitissima conjux;
  Tempus et a nostris exige triste malis:

a pectore solicitato? Tunc curæ ingruunt, cum lectus et locus tangit te, neque patitur te esse mei immemorem. Atque exoriuntur anxietates, et nox videtur longissima; et ossa lassa corporis agitati dolent. Non equidem dubito quin hæc et cetera fiant, et tuus amor faciat indicia pudici doloris: neque torquearis minus, quam cum Thebana vidit Hectorem sanguinolentum trahi curru Thessalico. Neque tamen liquet quid ipse orem; neque possum dicere quem affectum animi cupiam te habere. Mœsta es? doleo, quod sim tibi causa mœroris: non es? vellem *ut esses digna marito amisso. Tu vero defle tua mala, uxor amabilis; atque traducito tempus*

ab ammonitu Be. Jun. et Leid. *Abest* prim. Pol. prim. V. et duo alii.—23 Med. *Num subeunt cur.* Be. *Tunc veniunt cum te curæ lectusq.* Pro *locusq.* Heins. conj. *torusq.*—25 Unus Italic. *Tunc veniunt:* Comb. *Conveniunt.* Tum Barb. *questus* pro *æstus.* Heins. conj. *Num veniunt questus;* ut et superiori hexametro *Num* pro *Tunc.* Multi vett. *Tum;* Pol. pr. *Nec.*—26 Duo libri *Fessaq. versati corp.*—27 R. *hæc majoraque fiant.*—28 *Casti* est in Barb. pro var. lect. et placet Heins. præ vulg. *mœsti:* Leid. *tacti.* Mox pro *doloris* Heins. ad Art. III. 720. citat *timoris.*—29 Pro *Thebana* Be. *Trojana.* Tum *cruentum* ex vett. dedit Heins. pro vulg. *peremtum.*—30 Be. *vidit ab hoste rap.* Multi etiam *trahi* pro *rapi.*—34 *Fleas* priscæ editiones et quidam scripti: unus, *feres.* Carmen mendosum. Illa autem, *Tristis es* et *Non es,* per interrogationem lege. Si quid video, et hoc et superius distichon hic denuo inculcata sunt ab aliena manu. *Heins.*—35 Lov. *mea* pro *tua.* Deinde Excerpt. Voss. et alius *dol. mœstissima conj.*—

NOTÆ

25 *Æstus*] Optime exprimit vox ista solicitudines et anxietates quæ fluctuatim mentem percellunt, et quodammodo convellunt.

29 *Thebana*] Andromache est, Hectoris uxor, Eetionis, Thebarum Ciliciæ regis, filia.

30 *Thessalico*] Achillis Thessali, qui Hectorem currui alligatum ter circum muros patrios raptavit.

34 *Digna*] Quamque adeo ob amissum virum tristem esse decet.

35 *Tu vero*] Non amplius ambigit Poëta, sed tristem esse uxorem suadet, siquidem et res et ratio ita ferant.

Digitized by Google

Fleque meos casus. Est quædam flere voluptas.
Expletur lacrymis egeriturque dolor.
Atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset
Mors mea; morte fores sola relicta mea!
Spiritus hic per te patrias exisset in auras!
Sparsissent lacrymæ pectora nostra piæ!
Supremoque die notum spectantia cœlum
Texissent digiti lumina nostra tui!
Et cinis in tumulo positus jacuisset avito!
Tactaque nascenti corpus haberet humus!
Denique et, ut vixi, sine crimine mortuus essem!
Nunc mea supplicio vita pudenda suo est.
Me miserum, si tu, cum diceris exulis uxor,
Avertis vultus, et subit ora rubor!
Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri!
Me miserum, si te jam pudet esse meam!

mœstum ex nostris ærumnis. Et deplora meas vices. Est quoddam solatium plorare: dolor expletur et exspuitur fletibus. Atque utinam non vita, sed obitus meus esset tibi flendus, et esses deserta sola meo obitu. Hæc anima emissa esset tuo auxilio in aërem patrium! Piæ lacrymæ irrigassent pectora nostra! Et digiti tui condidissent nostros oculos aspicientes cœlum cognitum ultimo die! Et cinis compositus mansisset in sepulcro avito! Et terra tacta a me *nascente haberet corpus! Denique et, sicut vixi, occidissem sine probro! Nunc vita mea est erubescenda sua pœna. Me infelicem, si tu, quando vocaris conjux profugi, detorques faciem, et rubor spargitur in vultus! Me infelicem, si credis indecorum videri mihi junctu matrimonio! Me infelicem, si nunc pudet te esse meam! Ubi est illud tempus,*

38 Mor. *lacr. exigiturque dol.*—40 Barb. *relict. mei.*—41 Pro *per* Serv. et Be. *pro*; Heins. conj. *prope*: Burm. mallet *certe patr.* Richel. *vacuas* pro *patrias*. Mox Serv. et Excerpt. Voss. *in oras.*—42 Alii *corpora* pro *pectora*: et Be. cum Mor. et pr. Ed. *nostr. tuæ.*—44 Mor. et quatuor alii *Clausissent dig.* Francius malebat *Texissent.*—45 Be. *jacuiss. amico.*—47 Quinque scripti exhibent *et ut*, quod Heins. placet præ vulg. *dum*: pr. Edd. et scripti novem *ut et.* Mollius esse Burm. putat *uti*, nam in Leid. erat *ui*: Francius mallet *ceu.*—48 Mycill. Gryph. et aliæ Edd. *Nec mea s. v. p. foret*; et sic Be. Jun. R. Lov. et tres alii: *Ne..foret* sex alii; Mor. *Nunc..foret*; Excerpt. Voss.

NOTÆ

37 *Quædam*] Est profecto; verum unde petatur ea voluptas facile non est in transcursu expedire.

40 *Morte*] Non exilio. Minus miseram fore credit uxorem, siquidem morte sua, non exilio, vidua esset. Quod quidem quanquam verissimum fuerit, illud tamen erat quod nunquam optasset fida conjux. Atque hæc sunt ad amorem percellendum ciendasque lacrymas maxime idonea.

41 *Per te*] Quæ obeuntis manus mulsisses, oculos clausisses, &c.

43 *Notum*] Quantum ab exilio abhorruerit Naso hinc patet, qui nequidem Scythico cœlo conciliari potuerit.

Digitized by Google

Tempus ubi est illud, quo te jactare solebas
  Conjuge, nec nomen dissimulare viri?
Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre)
  Et dici memini, juvit et esse meam?
Utque probæ dignum est, omni tibi dote placebam.
  Addebat veris multa faventis amor.
Nec quem præferres, (ita res tibi magna videbar,)
  Quemve tuum malles esse, vir alter erat.
Nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta: tuusque
  Non dolor hinc debet, debet abesse pudor.
Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu;
  Num legis Euadnen erubuisse viro?

quo consueveras gloriari me marito, neque dissimulare nomen conjugis? Ubi est tempus, quo, (nisi si non vis illorum meminisse,) et recordor te appellari meam, et profuit esse? Et sicut bonam decet, tibi gratus eram omni modo, favor amantis adjiciebat multa veris. Neque alius vir erat quem anteponeres, quemve malles esse tuum, ita videbar tibi res magna. Ne pudeat nunc etiam, quod sis mihi conjux: tuusque dolor non debet hinc procul esse, sed pudor. Cum audax Capaneus occubuit repentino ictu, anne legis Evadnen puduisse mariti? Nec quia Rex Orbis re-

Et...foret.—50 Novem scripti et Bersm. *ora pudor.*—53 Scribe, *me jactare solebas Conjuge:* et sic pro diversa lectione Vossianus. Nonnulli alii, *Tempus ubi est, quo te de me jactare solebas.* Heins. Si legamus *me jactare,* ablativo casu sumi debet τὸ *me,* et intelligi *te jactare,* quod quam durum sit et parum Ovidianum manifestum est; et tunc satius foret cum Lovan. et sex aliis legere, *Tempus ubi est, quo te de me jactare solebas?* ego antiquam lectionem retineo, quia ita semper Noster et alii locuti. Epist. XII. 175. 'Forsitan et stultæ dum te jactare maritæ Quæris.' Epist. XXI. 62. 'Quod mihi te jactas.' *Burm.*—54 Mycill. et Gryph. *dissim. meum.*—55 Olim legebatur *T. ubi est, quo te (nisi non vis illa referri.)* 'Primus Vaticanus, *T. ubi est illud, quo non fugis illa referre;* primus Politiani et primus Palatinus, *T. ubi est illud, quo, ni fugis illa referre;* optimus Mediceus, *T. ubi est, quo te nisi non fugis illa referre.* Alii aliter, sed longius a vestigiis veræ scripturæ, quam ecce, *T. ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre) Et dici memini, juvit et esse meam?* Singula videamus. Τὸ *nisi si* passim corruptum est apud Nostrum. Vide Notas Epist. IV. vs. 3. *referre* pro meminisse, recordari: monitum a me ad Epist. V. vs. 113. *fugis referre,* pro metuis. Adi Notas Epist. IX. vs. 75.' *Heins. Quo te nisi vita referri* unus, *tempus ubi quo te mihi non vis vera fateri* Patav. *nisi non vis vera fateri* Bernens. deinde volebat Francius, *ut dici memini, juvit ut esse, meam.*—57 *Probæ* ex castigatioribus recepit Heins. pro vulg. *proba.* Mox Mor. et Be. *mihi...placebas* pro *tibi...placebam.*—58 Be. *A. veri m. favoris a.* et Jun. *fatentis a.*—59 *Digna* pro *magna* Jun. et duo alii.—62 Alii *deb. dol. hinc.* Heins. etiam mallet *rubor* quam *pudor,* quia 'pudeat' præcessit.—64 *Num* ex V. Ro. et

NOTÆ

58 *Faventis*] Tui, scilicet. Solent vero, aliquem qui amant, omnia ab eo in bonam partem magis accipere, atque in virtutum loco reponere, quæ aliis nulla sunt.

63 *Capaneus*] Superbus fuit Deorum contemtor, unus ex septem ducibus qui Thebas obsederunt. Is Jove in-

Digitized by Google

Nec, quia Rex mundi compescuit ignibus ignes,
  Ipse tuis, Phaëthon, inficiandus eras.
Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
  Quod precibus periit ambitiosa suis.
Nec tibi, quod sævis ego sum Jovis ignibus ictus,
  Purpureus molli fiat in ore rubor:
Sed magis in nostri curam consurge tuendi,
  Exemplumque mihi conjugis esto bonæ:
Materiamque tuis tristem virtutibus imple.
  Ardua per præceps gloria vadat iter.
Hectora quis nosset, si felix Troja fuisset?
  Publica Virtuti per mala facta via est.
Ars tua, Tiphy, jacet, si non sit in æquore fluctus:
  Si valeant homines, ars tua, Phœbe, jacet.

pressit flammas flammis, ipse eras dissimulandus tuis, o Phaëthon. Neque Semele facta est aliena patri Cadmo, quia ambitiosa obiit votis suis. Neque pudor purpureus occupet tuos teneros vultus, quia ego sum afflatus feris ignibus Jovis: sed excitator magis in curam nostri defendendi, et esto mihi exemplum bonæ uxoris: atque imple argumentum luctuosum tuis virtutibus. Gloria difficilis eat per viam arduam. Quis cognosceret Hectorem, si Troja fuisset beata? Via facta est publica Virtuti per mala. Ars tua sit inutilis, o Tiphy, si procella non sit in mari: ars tua sit inutilis, o Apollo, si homines prospera fruantur valetudine. Virtus quæ

duobus aliis: vulg. *Non.* Deinde, quia in Ibid. 350 quidam Mss. habeant *erub. nurum,* propterea hic quoque Burm. putat posse legi *erub. virum.* In Be. hic vs. ita legitur *Mansit fida suo tristis Evathna viro.*—69 Quidam *ign. ustus.*—70 Be. *in orbe pudor.* Multi etiam *pudor* pro *rubor.*—74 Scribe *vadat* cum Juniano et alio; nisi *tendat* mavis: nam *tendit* est in tribus. *Heins.* Vulg. *vadit.*—75 Be. *T. maneret.*—76 *Virtuti* rectius legas cum uno Vaticano. *Heins.* Vulg. *virtutis.*—77 Pro *jacet* Pat. *latet;* Heins. conj. *vacet.*—78 Hic

NOTÆ

vito cum eam urbem sese capturum gloriaretur, fulmine oppressus est.

64 *Euadnen*] Capanei fuit uxor, quæ in ejus rogum sese immisit, incredibili quadam impulsa impatientia amoris.

65 *Rex*] Jupiter, qui Phaëthontem Solis curru fulmine excussit.

Ignes] Quos ipse Phaëthon accenderat, de quibus in Metam.

67 *Semele*] Ejus vide fabulam in tertio Metam.

69 *Jovis*] Augusti; quem per summum nefas jam sæpius Deum fecit ineptus adulator.

Ignibus] Ira.

73 *Virtutibus*] Quæ tempore adverso magis elucescunt: quanquam difficilius secundis rebus illas tueri.

75 *Quis nosset*] Fortitudo vero ejus per certamina inclaruit, quæ nulla fuissent nisi hostis accessisset.

76 *Virtuti*] Fortitudini, scilicet, præsertim, atque animi firmitati.

77 *Tiphy*] Qui gubernator fuit Argo navis.

78 *Phœbe*] Apollinem seu Phœbum

Digitized by Google

Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturque malis.
Dat tibi nostra locum tituli Fortuna; caputque
Conspicuum pietas qua tua tollat habet.
Utere temporibus, quorum nunc munere freta es.
En patet in laudes area lata tuas.

abscondita est, et jacet non cognita in rebus secundis, extat et ostenditur adversis. Sors nostra tibi præbet occasionem laudis; et pietas tua habet qua tollat caput conspicuum. Utere occasione, cujus beneficio nunc polles. Ecce vastus campus apertus est in gloriam tuam.

quoque cum Gottorph. Heins. mallet *P. vacet:* plurimi alii *vacat.*—83 Non intelligo hæc: nam si cum Merula explices, adjuta es, sustentata es, 'munere temporum' quid sibi velit Poëta non capio. Cl. Heumannus in Parergis Criticis nuper editis p. 115. 'intrepide' se legere dicit, *fida es;* quod, pace viri doctissimi dixerim, minime placet: explicat autem, nunc ex suis malis occasionem datam uxori demonstrandi se fidam: sed an hoc significare possunt illa verba, 'quorum nunc munere fida es!' an ergo antea non erat fida? aliud est enim fidam esse, aliud occasione data fidem illam ostendere: hoc si voluisset aliis verbis usus fuisset. In Mss. Richel. erat, *quorum tibi copia nunc est.* Sed neque hoc sensum aptum facit: in quatuor aliis, *quorum tu munere freta es:* in Lovan. *quorum sic:* in optimis codicibus Juniano et Leidensi, *quorum non munere freta es.* Ex quorum vestigiis rectius legi posset, *Utere temporibus, quorum non munere spreto, En patet in laudes area lata tuas:* Utere infelicibus mariti tui temporibus, quorum munus, id est occasionem, si non spernas, ingens tibi in laudes area patebit, et ita erit, ut alibi dicit, aliquis usus in ipsis malis. *Munera* vero et *dona* temporis obvia et elegans locutio: ita Quint. x. 6. 'Refutare temporis munera longe stultissimum:' quod idem est quod *spernere:* sed de illo amplius ad Val. Flac. II. 252. jam egimus. *Burm.*—84 *En* ex Heins. emend. quomodo et unus V. Mox *lata* ex pr. Edd. et sex scriptis placet Heins. præ vulg. *magna.*

NOTÆ

medicæ artis inventorem sæpius diximus.

81 *Tituli*] Laudis.

83 *Freta*] Adeoque si Nasoni fidem habueris, idem credideris quod et pagina sacra docet, beatum illum quem tentamina ipsa confirmaverint.

Digitized by Google

ELEGIA IV.

ARGUMENTUM.

AMICUM laudat Poëta, exponitque Tomitani exilii incommoda: precaturque eum latenter, ut ab Augusto mitius et paulo propinquius exilium petat; quod facile impetrari posse docet, cum magna sit ipsius clementia. Postremo narrat quemadmodum e locis non nimium longinquis fugerit Orestes cum Iphigenia sorore: ablata etiam inde Diana ad meliora loca.

O QUI, nominibus cum sis generosus avitis,
Exsuperas morum nobilitate genus:
Cujus inest animo patrii candoris imago,
Non careat nervis candor ut iste suis:
Cujus in ingenio patriæ facundia linguæ est,
Qua prior in Latio non fuit ulla Foro:
Quod minime volui, positis pro nomine signis
Dictus es. Ignoscas laudibus ista tuis.
Nil ego peccavi: tua te bona cognita produnt.
Si, quod es, appares; culpa soluta mea est.

O qui, cum sis nobilis gloria avorum, vincis nobilitatem gloria morum; cujus ingenio insidet imago patrii candoris, ut iste candor non careat suis viribus: in cujus animo est eloquium linguæ paternæ, qua nulla fuit melior in foro Latino; appellatus es indiciis positis pro nomine, quod minime cupivi: concedas ista gloriæ tuæ. Ego nihil deliqui. Bona tua cognita te patefaciunt.

1 Multi scripti et editi *generosus avorum:* duo *generose tuorum.*—4 In Leid. *meritis* pro *nervis:* in Jun. Be. et sexdecim aliis *numeris.*—6 Leid. *Qua melior L.* Mox Gryph. *illa* pro *ulla.*—8 In Be. est *ignoras* pro *ignoscas.*

NOTÆ

1 *Nominibus*] Atque adeo genere nobili.

4 *Suis*] Non imaginem tantum candoris paterni habere istam suum amicum dicit Naso, sed insuper ipsi innatam virtutem et candorem proprium.

7 *Minime*] Quia mallet suo nomine appellare.

8 *Ignoscas*] Siquidem aliquis ex his indiciis te esse meum amicum cognoverit.

10 *Quod es, appares*] Quæ laus est maxima.

Culpa] Qua virtutes tuas celebravi, ut hinc cognoscereris. Ceterum credibile est per uxorem traditas esse epistolas, atque ita, ut in tanta urbe,

Digitized by Google

Nec tamen officium nostro tibi carmine factum,
  Principe tam justo, posse nocere puta.
Ipse Pater Patriæ, (quid enim civilius illo?)
  Sustinet in nostro carmine sæpe legi.
Nec prohibere potest, quia res est publica Cæsar;
  Et de communi pars quoque nostra bono est.
Jupiter ingeniis præbet sua numina vatum;
  Seque celebrari quolibet ore sinit.
Causa tua exemplo Superorum tuta duorum est:
  Quorum hic conspicitur, creditur ille Deus.
Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen amabo:
  Non fuit arbitrii litera nostra tui.
Nec nova, quod tecum loquor, est injuria; nostro
  Incolumis cum quo sæpe locutus eram.

Si videris quod es; ego vaco culpa. Neque tamen crede officium tibi exhibitum nostro carmine posse tibi obesse Principe tam justo. Ipse Pater Patriæ, (quid enim civilius illo?) patitur sæpe legi in nostro carmine. Neque Cæsar potest impedire, quia est res publica: et est etiam pars nostra de bono communi. Jupiter præbet sua numina ingeniis Poëtarum; et patitur se laudari quolibet ore. Causa tua est secura exemplo duorum Deorum; ex quibus hic Deus videtur, ille creditur. Quamvis non debuerim, nihilominus ego diligam hoc peccatum: nostra epistola non fuit in tua potestate. Neque injuria nostra quod te alloquor, est nova; quem sæpe

Mox *ista* est ex altero Pol. vulg. *ipse*.—12 *Puta* recepit Heins. ex quatuor vett. pro vulg. *puto*.—13 Meliores, teste Heins. *civitius*; tres tamen *communius*.—15 Lege cum optimis editionibus, sublata distinctione, *quia res est publica Cæsar*: nec conjungenda illa sunt, *Cæsar potest prohibere*: est enim res communis Cæsar, et in illo bono communi mihi quoque pars est. *Burm*.—17 Alii *sua nomina vat*.—20 Excerpt. Voss. *conspicitur*; alii cum vulg. *aspicitur*.—21 *Amabo* Heins. dedit ex pr. V. et Leid. pro vulg. *habebo*.—22 Francius legebat *nostr. sui*.—23 Sic Burm. distinctione sua locum levat: olim *est injuria nostra. Nos-*

NOTÆ

quem maxime compellaret Poëta, non ita facile esset intelligere, nisi aliunde cognitus foret. Messalam tamen oratorem designari conjecerunt.

11 *Officium*] Quo te dignis laudibus celebravi.

13 *Civilius illo*] Qui non civium modo necessitudines quid ferant capit; sed et earum leges religiose observat.

19 *Duorum*] Jovis et Augusti. Quanquam me piget hujus impietatis.

20 *Creditur*] Immo non ubique modo videtur Jupiter, siquidem per eum Ethnico more Deum verum intelligas, sed sentitur, cognoscitur maxime, atque per eum omnia.

21 *Hoc*] Te celebrare meis carminibus.

22 *Arbitrii*] Ut ipse sibi injurius Augustus videatur, siquidem ob literas nostras tibi irascatur.

Digitized by Google

Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus;
Invidiam, si qua est, auctor habere potest.
Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis
(Hoc noli certe dissimulare) pater:
Ingeniumque meum (potes hoc meminisse) probabat:
Plus etiam, quam me judice dignus eram.
Deque meis illo referebat versibus ore,
In quo pars altæ nobilitatis erat.
Non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit,
Sed prius auctori sunt data verba tuo.
Nec data sunt, mihi crede, tamen: sed in omnibus actis,
Ultima si demas, vita tuenda mea est.
Hanc quoque, qua perii, culpam scelus esse negabis,
Si tanti series sit tibi nota mali.
Aut timor, aut error nobis, prius obfuit error.
Ah sine me fati non meminisse mei!

allocutus eram sospes. Ut minus metuas, ne ego *amicus sim tibi crimini; auctor potest habere invidiam, si quæ est. Nam tuus pater est semper observatus a me ab annis teneris: noli certe hoc negare: atque laudabat meum ingenium (potes ista recordari:) etiam amplius quam eram dignus, me judice. Atque narrabat de meis carminibus illo ore in quo erat pars excelsæ nobilitatis. Non ergo nunc tibi impositum est, quod domus ista me admisit, sed antea genitori tuo. Neque tamen impositum est, mihi crede; sed si tollas postrema, vita mea est defendenda in omnibus factis. Negabis etiam peccatum quo occidi esse flagitium, si series tanti mali sit tibi perspecta. Aut metus, aut error, error potius nobis nocuit. Ah! patere me*

---

tro est ex conj. Heins. vulg. *nostra;* duo vett. *nostri.*—25 Plerique vett. teste Heins. *crim. amice:* Heins. conj. *amico.*—27 Quatuor libri *Namque tuis prim.*—28 Scripti et editi plurimi *Saltem hoc noli:* Jun. Regius et Bernens. *hoc nolit;* ut ad patrem referatur, qui, si viveret, nollet dissimulare. *Burm.* —29 *Hoc* pr. Edd. et libri scripti; vulg. *hæc.*—31 Lov. *refer. plurimus or.* Heins. malebat *lusibus.*—32 Plurimi scripti et editi *magnæ* pro *altæ.*—34 Francius malebat *Sed magis auct.* Tum Leid. R. et duo alii *sint data.*—37 Heins. malit *ess. negaris.*—39 Ubique fere, 'culpam,' 'errorem,' 'stultitiam' vocat crimen suum: quare forte corruptus est locus, et cum Puteaneo codice legendum, *Aut liber, aut error:* ut intelligat *artem amatoriam:* nam libro II. 207. duo crimina perdidisse se ait 'carmen et errorem:' ita hic *liber* est carmen. Sin *timor* retinendum est, ut defendi potest ex lib. II. ex Pont. II. 17. creden-

NOTÆ

25 *Sim tibi crimen*] Tibi vitio atque probro vertatur.

26 *Auctor*] Ipse ego, qui jam olim patrem tuum maxime colui.

33 *Ista*] Tua, scilicet, Messala.

34 *Auctori*] Patri: ut frustra sit qui te hodie amicum meum cavillet-tur.

35 *Nec data*] Quia deceptus non est pater tuus in me.

Digitized by Google

Neve retractando nondum coëuntia rumpam
  Vulnera; vix illis proderit ipsa quies.
Ergo ut jure damus pœnas; sic abfuit omne
  Peccato facinus consiliumque meo.
Idque Deus sentit: pro quo nec lumen ademtum est,
  Nec mihi detractas possidet alter opes.
Forsitan hanc ipsam (vivat modo) finiet olim,
  Tempore cum fuerit lenior ira, fugam.
Nunc precor hinc alio jubeat discedere; si non
  Nostra verecundo vota pudore carent.
Mitius exilium, pauloque propinquius, opto;
  Quique sit a sævo longius hoste, locum.
Quantaque in Augusto clementia; si quis ab illo
  Hoc peteret pro me, forsitan ille daret.
Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
  Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

non recordari fati mei! Et ne rescindam vulnera nondum coalescentia refricando; vix ipsa quies illis erit utilis. Adeoque sicuti merito luimus pœnas; sic omne scelus et data opera procul fuit ab omni mea culpa. Atque Deus id credit; quamobrem neque vita mihi ablata, neque alius habet rem mihi ademtam. Forte, modo vivat, aliquando finem imponet huic ipsi exilio, cum ira fuerit mitior mora. Nunc oro jubeat hinc alio proficisci; siquidem nostra desideria non careant honesta verecundia. Voveo lenius exilium et paulo vicinius; et sedes quæ sint remotiores a fero hoste. Atque ea est clementia Augusti, ut si quis hoc illum posceret pro me, forte ille concederet. Littora gelida Ponti Euxini me tenent; ille fuit appellatus Axe-

---

dum est illum, cum aliquid per errorem viderit, ita fuisse attonitum, ut non potuerit se expedire, vel ausus fuerit errorem illum excusare; et se innocentem probare. In quibusdam editis est, *aut amor aut error*. Burm.—39 Nonnulli *plus* pro *prius*.—40 Pro *Ah* alii *At*, vel *Aut*, vel *Sed*. In Be. *Ha sine me facti non memor esse mei*.—41 *Rumpam* Heins. rescripsit ex opt. V. opt. Med. et tribus aliis pro vulg. *rumpe*.—42 Be. *illi* pro *illis*. Mox tres libri *ulla quies*; et duo *illa*.—43 V. *lamen* pro *sic*. Tum Gryph. et Vincent. et quatuor scripti *obfuit*; Be. et duo *defuit*.—45 Duo libri *sensit* pro *sentit*. Tum *per quem non* V. quod Heins. probabat, si *nec* legeretur; et Francius ita conjeceerat. Quidam codd. etiam *limen* pro *lumen*.—47 Mor. *vivam mod.* et sex alii *finiat*.—48 Jun. et Mor. *Temp. quo fuer.*—49 Be. *Sed nunc hinc al.*—50 Be. *verba* pro *vota*.—51 Lov. *paulumque*. Tum meliores, teste Heins. *propinquius opto*; alii *quietius oro*.—52 *Locus* pro *locum* plurimi scripti.—53 *Quantaq.* Heins. recepit ex altero Pol. et duobus aliis pro vulg. *Tantaque*.—54 *Hoc* Heins. scribit cum melioribus; alii *Hæc*.—55 Hic Francius initium novæ elegiæ esse credebat. Be.

NOTÆ

43 *Jure*] Quia ‘ in Superis etiam fortuna luenda est, Nec veniam læso numine casus habet.’

45 *Deus*] Augustus denuo.

Lumen] Vita.

53 *Si quis*] Verecunde amico insinuat, ut mitius exilium ab Augusto petere audeat.

Digitized by Google

Nam neque jactantur moderatis æquora ventis:
  Nec placidos portus hospita navis adit.
Sunt circa gentes, quæ prædam sanguine quærant:
  Nec minus infida terra timetur aqua.
Illi, quos audis hominum gaudere cruore,
  Pæne sub ejusdem sideris axe jacent.
Nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira
  Cæde pharetratæ pascitur ara Deæ.
Hæc prius, ut memorant, non invidiosa nefandis,
  Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.
Hic pro supposita virgo Pelopeia cerva
  Sacra Deæ coluit qualiacumque suæ.

nus a veteribus. Nam neque maria turbantur lenibus auris; neque navis peregrina subit quietos portus. Nationes circumstant, quæ quærant prædam sanguine; neque terra minus metuitur aqua infida. Illi, quos audis epulari carnibus hominum, sunt fere sub cardine ejusdem sideris. Neque locus est longe a nobis, ubi altare Tauricum Deæ pharetratæ imbuitur diro sanguine. Hæc antea erant regna Thoantis, ut dicunt, non odiosa scelestis, neque optanda probis. Hic puella Pelopeia pro cerva supposita coluit sacra qualiacumque suæ Deæ. Quo postquam Orestes, dubium

---

Frigora me. Tum Leid. *cogunt Euxin.*—56 Mycill. Gryph. et alii *Euxinus*: *Euxinus, Exinus, Eusimus, Euximus, Axemus* alii codices: vid. Salmas. Exerc. Plin. pag. 203. Deinde, *ille locus* Lovan. et Excerpt. Voss. *Burm.*—58 Tres libri *hosp. puppis habet.* Vulgati etiam *habet.* Heins. rescripsit *adit* ex pr. V. et quinque castigatioribus.—59 *Quærant* quatuor vett. vulg. *quærunt.*—60 Lov. et tres alii *min. infesta terr.*—62 *Sideris axe* Heins. restituit ex Comb. et duobus aliis: Pr. Edd. et scripti quinque *sideris igne:* at vulg. *frigoris axe.*—64 *Pascitur* Heins. dedit ex pr. V. pr. Pol. opt. Med. et Mor. pro var. lect. ceteri cum vulgatis *spergitur.*—65 Scripti et editi nonnulli *Hic* pr. Mox Leid. *mem. nec capienda nef.* P. *nec captanda;* alius *quærenda:* Be.

NOTÆ

61 *Gaudere*] Anthropophagos dicit Scythiæ populos.

62 *Sideris axe*] Sub eodem climate, tractu, aut cœli plaga.

63 *Taurica*] Quæ in Taurica regione, seu Scythica Chersoneso, aut Tartaria minore, ad Ponti Euxini partem Septemtrionalem, sita erat: atque adeo non longe a Tomitana urbe, ubi commorabatur Naso.

Dira] Siquidem humanis victimis colebatur Diana Taurica.

64 *Pharetratæ*] Quia Diana venationis Dea.

65 *Invidiosa*] Passive. Odiosa.

66 *Thoantis*] Tauricæ regionis rex fuit Thoas, Trojani belli temporibus.

67 *Pro supposita*] Quia cum aris suis admota esset Iphigenia Agamemnonis filia, pro ea cervam Diana supposuit, virginemque in Tauricam regionem transtulit, ubi ejus Deæ sacris a Thoante præfecta est.

Virgo] Iphigenia Agamemnonis filia, ex Pelopis genere.

68 *Coluit*] Illud est quod modo dicebam, Dianæ sacris præpositam Iphigeniam.

Digitized by Google

O MIHI dilectos inter sors prima sodales,
Unica fortunis ara reperta meis:
Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit,
Ut vigil infusa Pallade flamma solet:
Qui veritus non es portus aperire fideles,
Fulmine percussæ confugiumque rati:
Cujus eram censu non me sensurus egentem,
Si Cæsar patrias eripuisset opes:
Temporis oblitum dum me rapit impetus hujus,
Excidit heu nomen quam mihi pæne tuum!
Te tamen agnoscis: tractusque cupidine laudis,
Ille ego sum, cuperes dicere posse palam.
Certe ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,
Et raram Famæ conciliare fidem.
Ne noceam grato vereor tibi carmine; neve
Intempestivus nominis obstet honos.

O sors mihi prima inter caros amicos, inventum unicum altare meis fortunis, cujus sermonibus hæc anima interitura suscitata est, ut vigil flamma solet reviviscere oleo affuso; qui non metuisti reserare portus fidos, et perfugium navi ictæ fulmine: cujus etiam opibus eram sensurus me divitem, si Cæsar abstulisset facultates paternas: heu quam prope nomen tuum mihi excidit, dum impetus aufert me immemorem hujus tempestatis! Te tamen cognoscis; et motus desiderio laudis, optares posse aperte profiteri, Ille ego sum. Profecto, si patereris, ego cuperem tibi præbere gloriam, et commendare raram fidem famæ. Metuo ne tibi obsim carmine grato: neve laus

1 Plurimi et scripti et editi habent *pars* pro *sors*.—2 Comb. *ara relicta meis*.—3 R. P. et tres alii *ab eloquiis*.—4 Unus lib. *infusa*, et alius *infulsa, lampade fl.*—5 Multi *est* pro *es*. Mox Voss. *port. aperisse fid.*—7 Unus V. et Buslidian. *me censurus egen.*—9 Edd. Mycill. et Gryph. cum Ms. Bersm. *trahit* pro *rapit*.—10 Ms. Bersm. *nom. quo mih.*—11 Heins. monet *Te* legendum esse; vulg. *Tu*.—14 R. *Et gratam F.* Et Lov. *Fama*. Tum Mor. *conciliasse fid.*—15 Gryph. et Vincent. *Et* pro *Ne*.—16 Duo libri *Intempestivi nom.* Tum unus

NOTÆ

1 *Sors*] Pro parte posuit, quam tanquam a Diis habuerit.

2 *Ara*] Perfugium, præsidium. Ad templa, scilicet, atque aras confugere in extremis mos fuit, qui hodieque permanet.

4 *Pallade*] Pro oleo, a Pallade invento.

5 *Portus aperire*] Quia palam Nasonis patrocinium quodammodo susceperat, ita loquitur.

6 *Fulmine*] Cæsaris ira.

Rati] De seipso loquitur Poëta. Allegoria est.

9 *Impetus*] Scribendi, atque gratum animum testificandi.

Hujus] Calamitosi, scilicet, quo amicos non expedit indicare.

14 *Conciliare*] Egregie expressit quod Gall. diceremus, *Vous faire con-*

Digitized by Google

Quod licet et tutum est, intra tua pectora gaude,
Meque tui memorem, teque fuisse mei.
Utque facis, remis ad opem luctare ferendam,
Dum veniat placido mollior aura Deo:
Et tutare caput nulli servabile; si non,
Qui mersit Stygia, sublevet illud, aqua.
Teque, quod est rarum, præsta constanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Sic tua processus habeat Fortuna perennes:
Sic ope non egeas ipse, juvesque tuos.
Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni;
Incidat et vestro rara querela toro.
Diligat et semper socius te sanguinis illo,
Quo pius affectu Castora frater amat.

nominis intempestivi officiat. Quod conceditur et securum est, lætare in tuo sinu; et me tui recordari, et te mei. Et sicut facis, contende remis ad auxilium præbendum, donec ira fiat lenior Deo placato: et defende caput nemini redimendum, nisi qui detrusit in aquam Stygiam, illud juvet. Et, quod haud vulgare est, præbe te constanter ad omne officium firmæ amicitiæ. Ita fortuna tua habeat progressus perpetuos: ita ipse auxilio non opus habeas, et promoveas tuos. Ita tua conjux par sit marito bonitate continua; et rara querela eveniat vestro lecto. Atque frater te semper amet illo desiderio quo pius frater diligit Castorem. Ita filius adolescens, et sit tibi

extet hon. Heins. suadet *obsit.* Multi etiam editi *honor:* tres *amor.*—17 Pro *et* multi habent *hoc.*—18 *Mei* Heins. dedit ex Comb. et octo aliis pro vulg. *pium.*—20 Ex melioribus Heins. rescripsit *veniat;* alii *veniet;* sed pr. V. pr. Pol. opt. Med. et quatuor alii *venit a.* Mox pro *aura,* quatuor *hora;* octo *ira;* Heins. igitur putat legendum *moll. ira D.* aut *aura mari* vel *salo.* 'Nos expressimus ex scriptis eam lectionem quam veram credimus; nam *aura* necessario requiritur propter præcedens 'remis luctare:' respicit enim ad notissimum loquendi genus 'remis' et 'ventis' navigare; quæ aura a Deo placido, non procellas in caput ejus ferente, venire debet.' *Burm.*—23 Mor. et alius *gratum* pro *rarum;* Excerpt. Voss. *raptum.*—24 Duo libri *Indedignatæ mun.:* unus *Indeclinante* pro *Indeclinandæ:* Francius malebat *Indelibatæ.* Præterea Leid. *nomen* pro *munus.*—25 P. Be. et duo alii *successus* pro *processus.*—27 Heins. conj. *nupt. suum probitate parentem,* vel *virum probitate patremque.* P. habet *probitate;* Leid. *novitate:* Burm. censet vulg. *bonitate* retinendum.—28 Lov. *in* pro *et.* Tum Be. *dextro rar.* Pro *rara* pr. V. *rata;* plurimi *nulla.*

NOTÆ

noître à la renommée, et lui recommander votre admirable fidélité.

15 *Noceam*] Metuebat ne in Augusti offensionem incurreret amicus.

17 *Gaude*] Quamobrem scient quibus generosa natura; alii non discent utcumque maxime doceatur.

19 *Remis*] Opera tua contende, donec faveat fortuna.

22 *Qui mersit*] Augustus, scilicet.

Stygia] Perdidit et quasi ad Inferos deturbavit. Styx enim Inferorum

Digitized by Google

Sic juvenis, similisque tibi sit natus, et illum
Moribus agnoscat quilibet esse tuum.
Sic socerum faciat tæda te nata jugali;
Nec tardum juveni det tibi nomen avi.

similis, et quivis cognoscat moribus illum esse tuum. Ita filia præstet te socerum face connubiali; neque det tibi juveni serum nomen avi.

—30 Be. *Quo procul affect.* Tum duo libri *C. semper am.*—31 Heins. conj. *Sic superet, similisq.* Lov. *Sic juvenis tibi consimilis sit natus, et ipsum.*—34 Multi scripti et editi *Nec tarde juv.*

NOTÆ

palus.

29 *Socius sanguinis*] Frater.

30 *Frater*] Pollux, qui cum fratre immortalitatem partiri suam non est veritus, ut alternis diebus, vel potius semestribus, viverent. Quæ fabula ex eo nata, quod in cœlum translati oriente uno alter occidit.

33 *Tæda*] Pro matrimonio; quia ad illa tædæ adhiberi solitæ.

ELEGIA VI.

ARGUMENTUM.

Hæc inconsideratius cum superioribus conjunguntur, cum unius separatæ Elegiæ argumentum videantur exequi. Tractatur locus communis, de vi temporis seu consuetudinis, qua, cum mitigentur et tolerabiliora evadant omnia, non tamen mitigari curas et angores suos. Mala sua ipsa mora ingravescere et exasperari queritur Poëta.

Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,
Præbet et incurvo colla premenda jugo.
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

Taurus assuescit aratro ruricolæ per moram, et exhibet cervices urendas curvo jugo. Equus ferox per moram obsequitur flexibilibus habenis, et admittit ore leni

Plerique scripti Codices et antiquæ editiones hanc continuant Elegiæ

Digitized by Google

Tempore Pœnorum compescitur ira leonum;
  Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.
Quæque sui monitis obtemperat Inda magistri
  Bellua, servitium tempore victa subit.
Tempus, ut extentis tumeat facit uva racemis,
  Vixque merum capiant grana, quod intus habent.
Tempus et in canas semen producit aristas;
  Et ne sint tristi poma sapore facit.
Hoc tenuat dentem terras renovantis aratri,
  Hoc rigidas silices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam sævas paulatim mitigat iras:
  Hoc minuit luctus, mœstaque corda levat.
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,
  Præterquam curas attenuare meas.

aspera lupata. Ira leonum Afrorum mitigatur per moram; neque sævitia quæ fuit prius stat in corde. Atque bellua Inda, quæ paret jussis sui magistri submittitur imperio, superata per moram. Mora præstat ut uva infletur racemis turgidis, et grana vix contineant merum quod habent intus. Mora etiam profert semen in albas aristas; et causæ est ne poma sint sapore austero. Ea terit dentem aratri renovantis terras; ea minuit dura saxa, atque adamantem. Ea etiam paulatim lenit truces iras: ea lenit mœrores, atque erigit corda tristia. Adeoque tempus effluxum pede tacito potest minuere omnia præter meas ærumnas. Ex quo sum exul, area

præcedenti.—4 Duo libri *Et domitus dur.*—5 Be. *Temp. sævorum comp.* et Mor. *compellitur.*—7 *Monitis* erat in pr. Pol. Pal. V. Med. et Comb. et ita edidit Heins. at Burm. præferendum putat *jussis*, quod in omnibus pr. Edd. invenit.—9 Tres libri ~~ut extensis~~ *tum.*—11 *In canas* male Ciofanus unam vocem credidit. Tum unus V. *semper* pro *semen*; Buslidian. *speciem*: Heins. volebat *spicam, messem*, vel *segetem*. Tum pr. V. cum plurimis aliis dant *producit* pro vulg. *perducit*; P. et quinque alii *deducit.*—12 Lov. *Et neque nunc trist.* Mox Leid. *sap. cavet.*—13 Multi *terr. scindentis*, vel *findentis arutr.*—14 Meliores, teste Heins. *rigidas*; alii *rigidos*: unus lib. *duros*. Tum Lov. *sylvas, hoc adam.*—15 Francius in ora libri sui *Hoc hominum sæv.*—16 Pro *mœstaq.* quidam codd. *sævaq.* Burm. conj. *duraq.* Mox Barb. et Fragm. V. *cord. domat*; quod etiam Burm. arridebat.—17 Be. et quinque alii *longa* pro *lapsa*; et Leid. *laxa.*—18 Pr. Ed. *cur. arte levare meas.*—19 Be. *ar. stricta est.*—21

NOTÆ

4 *Lupos*] ' Lupata' fræna aspera dicuntur, quibus ferociores equi coërcentur, quia ex lupinorum dentium modo atque inæqualiter secta et divisa sunt.

5 *Pœnorum*] Africanorum, qui omnium sunt sævissimi.

7 *Inda*] Elephantos dicit, quos India gignit.

12 *Tristi*] Immiti atque acerbo.

13 *Dentem*] Vomerem.

Digitized by Google

Ut patria careo, bis frugibus area trita est:
  Dissiluit nudo pressa bis uva pede.
Nec quæsita tamen spatio patientia longo est;
  Mensque mali sensum nostra recentis habet.
Scilicet et veteres fugiunt juga curva juvenci:
  Et domitus fræno sæpe repugnat equus.
Tristior est etiam præsens ærumna priore:
  Ut sit enim sibi par, crevit, et aucta mora est.
Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt:
  Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.
Est quoque non minimum, vires afferre recentes;
  Nec præconsumtum temporis esse malis.
Fortior in fulva novus est luctator arena,
  Quam cui sunt tarda brachia fessa mora.
Integer est melior nitidis gladiator in armis,
  Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites navis modo facta procellas:
  Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.

bis trita est frugibus; uva bis calcata pede nudo disrupta est: neque tamen patientia comparata est prolixa mora, et mens nostra habet sensum mali novi. Nimirum juvenci etiam veteres effugiunt panda juga; et equus domitus sæpe resistit fræno. Præsens dolor est quoque gravior priore: quamvis enim sit sibi æqualis, crevit, et auctus est spatio. Neque mala nostra mihi tum perspecta fuerunt quam sunt: verum eo magis urunt quo sunt magis perspecta. Neque leve est adhibere vires integras; neque esse ante exhaustum malis temporis. Novus luctator est fortior in flava arena, quam cui lacerti sunt lassi longo spatio temporis. Gladiator recens est fortior in armis splendidis, quam cui arma rubent infecta suo cruore. Navis nuper constructa facile tolerat procellas impetuosas: antiqua frangitur pluvia quantumvis leni. Nos

---

Scripti et editi nonnulli *Non* pro *Nec*. Tum unus V. et Arund. *quasæta tam.* —23 Jun. et duo alii *ut* pro *et*. Mox *curva* ex altero Pal. placet Heins. præ vulg. *sæpe*: Pr. Ed. *modo juga*; Lov. *juga sæva*; Be. *nova sæpe*; Francius *juga dura*.—24 Be. *Indomitus fræn.*—25 Leid. *est domita præs.* Mox tres libri *ærumn. priore.*—26 Jun. *Ne sit*; quod expeditiorem sententiam facere videtur Auctori Elector. Etonens. Mox pro *crevit* Serv. *crescit*; et Excerpt. Voss. *apta* pro *aucta*. Be. sic vs. dedit *Quod fieret sibi par crevit et aucta mora.*—28 Barb. *Nunc mag.* et Mycill. et Gryph. *hæc* pro *hoc*. Tum R. et alius *quod sunt*; et Jun. *quod sint.*—29 Ro. cum Leid. *nihilum* pro *minimum*; et sic etiam Comb. pro var. lect. quatuor alii *nimium.*—32 Jun. *tard. corpora fess.* Unus lib.

NOTÆ

26 *Ut sit par*] Quamvis sit eadem. scilicet, exhaustæ vires quibus prius ærumnas tolerabat.

29 *Est quoque*] Rationem tangit optimam, quamobrem iniquius suum exilium post duos annos patiatur: quia,

30 *Temporibus*] Quæ cum tempore eveniunt.

Digitized by Google

Nos quoque, quæ ferimus, tulimus patientius ante;
Et mala sunt longo multiplicata die.
Credite, deficio, nostroque a corpore, quantum
Auguror, accedent tempora parva malis.
Nam neque sunt vires, neque qui color ante solebat:
Vixque habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutem.
Corpore sed mens est ægro magis ægra, malique
In circumspectu stat sine fine sui.
Urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales:
Et, qua nulla mihi carior, uxor abest.

etiam prius toleravimus æquius quæ patimur; et mala sunt aucta longo tempore. Credite, despondeo, et quantum conjicio, exiguum spatium adjicitur malis, a nostro corpore. Nam neque sunt vires, neque color qui consueverat esse; vixque habeo cutem quæ operiat ossa. Verum enimvero animus est magis ægrotus quam corpus, et est semper affixus cogitationi sui mali. Species Urbis longe est, socii meus amor absunt, et conjux est procul, qua nulla cura *mihi gratior. Plebs Scythica, et agmen*

---

brach. lassa mor. et duo *lenta.*—33 Multæ Edd. vett. *glad. arenis;* sed contra Codd. scriptos.—35 V. *mod. secta procell.*—37 Heins. ex vett. scribit *Et;* alii *Quæ, Quam,* vel *Quod:* Dan. Heins. malebat, *Quod m. sint longa mult.* plures etiam alii *longa.* Unus lib. *continuata die;* et duo *præcipitata.*—39 Hoc distichon est nugatoris, non Nasonianæ manus. *Heins.* Nostræ membranæ, *quantumque a corpore nostrq:* sed scribendum credo: *C. d. nostrisque (a corpore quantum Auguror) accedunt t. p. m.* sic neminem disticho libenter carituram. *Auctor Elector. Etonens.* Non displicet, sed faciliori manu forsitan ita emendatum corrigi posset, *C. d. quantumque ex corpore nostro Auguror, accedent t. p. m.* nam in Juniano (quem eundem suspicor et membranas docti viri,) et alio erat, *quantumque a corpore nostro:* Leid. et Lovan. *a pectore.* Pro *deficio* erat *defuncto* in Lov. *accedunt* Bernens. *Burm.*—41 Editio N. Heins. *neque qui color esse solebat: vixque habeo;* neque monstratum unde. Quas inspexi, *nec qui color esse solebat: vix habeo.* Secutus sum membranas nostras, bene, opinor, servantes *ante solebat:* sed et sequens causas habet suspicionis: et legebam, *N. n. s. v. ne qui color ante solebat: Vix adeo tenuis, quæ tegat ossa cutis. Auctor Elector. Eton. Neque* Heinsius habet ex Moreti libro: *vixque* ex Italico codice: *ante* etiam in quatuor invenit, et probare se notavit in codice suo, addito loco ex lib. III. 4. 67. 'Ante solebatis, gratique erat instar honoris,' &c. Reliqua, quæ sine libris emendat ex conjectura vir doctus, vix audeo comprobare: nam implicata est locutio, *vix adeo tenuis cutis,* cum videretur potius dicendum, cutis vix adeo crassa, densa, vel dura, ut, vel quæ, tegat ossa; etsi scio, quo pacto defendi posset. Nos *ante,* quod et Leidensis habet, recepto, reliqua ex fide membranarum relinquimus. *Tegit* etiam in Juniano: sed rectius, *tegat.* Burm.—45 Be. *desunt* pro *absunt.*

NOTÆ

39 *Nostroque a corpore*] Hoc est, Si debilitatis meæ atque exhaustarum virium rationem habeas, parva tempora adduntur malis: namque brevi moriar.

Digitized by Google

Vulgus adest Scythicum, braccataque turba Getarum.
Sic male quæ video, non videoque, nocent.
Una tamen spes est, quæ me soletur in istis;
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

braccatum Getarum adest: atque ita quæ intueor, et non intueor obsunt. Una tamen est spes, quæ me soletur in istis; hæc mala non fore longa obitu meo.

—46 Pro *nulla* Heins. corr. *nemo;* vel legit *Et mihi qua nil est carius.*—47 Alii *bacchataque;* quod ex vitiosa scriptura venit *baccata,* ut erat in Lovan. R. *barbataque.* Burm.—48 *Male* est ex emend. Heins. vulg. *mala;* quidam scripti cum pr. Edd. *me,* et mox *movent* pro *nocent.* Francius *Sic mihi quæ.* —50 *Soletur* meliores, teste Heins. alii *solatur.*

NOTÆ

48 *Non video*] Acutissime, ut solet Poëta. Malum quod non videbat hoc erat, sodalium atque uxoris absentia.

49 *Quæ soletur*] Hæc Rhetorice et ad movendam misericordiam, non vere et ex animo, dicuntur.

ELEGIA VII.

ARGUMENTUM.

Miratur Poëta, quod, biennio jam exacto, nullas ab amico acceperit literas: cum hi præsertim ad eum scripserint quibuscum amicitiæ usus non fuerat tam probatus. Subjungit tamen malle se omnia credere, quam illum nullas ad eum dedisse literas, quas interceptas fuisse existimat. Admonet postremo ut ad eum scribat, ne semper excusandus sit.

Bis me sol adiit gelidæ post frigora brumæ,
Bisque suum tacto Pisce peregit iter.

Sol me bis visit post frigora gelidæ hyemis, bisque absolvit suum cursum pisce

1 Heins. emend. *Bis ver Sol adiit:* Pr. Ed. *Bis me Sol gelidæ vidit post fr.*

NOTÆ

1 *Bis*] Neque tamen per duos annos adhuc aberat, si modo ex Poëtæ verbis rem totam dijudices; namque, ut supra annotavimus, mense Octobri ejectus est.

2 *Pisce*] Hoc dicit, quia per hye-

Digitized by Google

Tempore tam longo cur non tua dextera, versus
Quamlibet in paucos, officiosa fuit?
Cur tua cessavit pietas, scribentibus illis
Exiguus nobis cum quibus usus erat?
Cur, quoties alicui chartæ sua vincula demsi,
Illam speravi nomen habere tuum?
Di faciant, ut sæpe tua sit epistola dextra
Scripta, sed e multis reddita nulla mihi!
Quod precor, esse liquet. Credam prius ora Medusæ
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis:
Esse canes utero sub virginis: esse Chimæram,
A truce quæ flammis separet anguë leam:
Quadrupedesque hominum cum pectore pectora junctos:
Tergeminumque virum, tergeminumque canem:

tacto. Quamobrem spatio tam longo tua dextera non fuit officiosa in versus quantumvis paucos? Quamobrem tuus amor vacavit, illis scribentibus cum quibus parva nobis erat consuetudo? Quamobrem, quoties resolvi sua ligamina cuipium chartæ, speravi illam habere tuum nomen? Dii velint, ut literæ sint sæpius exaratæ tua manu, sed nullæ sint mihi redditæ ex multis! Certum est esse quod opto. Credam potius vultus Medusæ Gorgonis fuisse circumdatos crinibus anguineis; canes esse sub ventre puellæ; Chimæram esse, quæ dividat ignibus leænam a sævo serpente; et quadrupedes habentes pectora commissa pectoribus hominum; et virum tricorporem,

---

Bersm. Dan. Heins. et aliæ Ed. *adiit gelidam post frigore brumam:* Gryph. minor *sub frigora;* et Vincent. *post tempora.*—4 Barb. et tres alii *venit* pro *fuit.*—7 In Pat. erat *certæ* pro *chartæ,* quod Heins. putat pro *ceræ* positum. Plurimi vett. *sua vincul.* at in vulgatis legebatur *dum chartæ vincul.*—10 Alii *ex* pro *e.*—11 Francius malebat *Quod reor, ess.*—12 In Leid. *Gorgona sanguineis cuncta fuiss.* Pro *anguineis* Voss. in Catull. legit *Gorgonis anguinis cinct.* Alii Codd. *anguigenis, anguienis, anguicomis, auricomis.*—13 P. et Lov. *can. uterum sub.*—14 Leid. *quæ et flaminis;* Jun. *quæ semper separat:* multi etiam editi *separat.*—15 *Hominum* Heins. reposuit ex pr. Pol. pr. V. et quatuor

NOTÆ

mis tempus Sol Piscium, sicut et Aquarii et Capricorni signa pervadit.

3 *Cur non*] Quamobrem ad me nihil scripsisti.

11 *Esse*] Atque adeo te ad me scripsisse, sed interceptas literas.

Credam] Quanquam inania sunt poëtarum figmenta.

Medusæ] Cujus crines in serpentes mutatos Minervæ indignatione, quod in ejus templo cum Neptuno concubuisset, caput deinde ægidi affixum a quo hostes rigescerent, fabulati sunt poëtæ.

13 *Virginis*] Scyllæ; cujus fabulam sæpius in superioribus vidimus.

Chimæram] Cujus monstri, leonis partibus superioribus, mediis capræ, draconis vero posterioribus, formam pete ex Metam.

14 *Flammis*] Illas vero evomebat non Chimæra quidem, sed mons Ly-

Digitized by Google

Sphingaque, et Harpyias, serpentipedesque Gigantas:
Centimanumque Gygen, semibovemque virum.
Hæc ego cuncta prius, quam te, carissime, credam
Mutatum curam deposuisse mei.
Innumeri montes inter me teque, viæque,
Fluminaque, et campi, nec freta pauca, jacent.
Mille potest causis, a te quæ litera sæpe
Missa sit, in nostras nulla venire manus.
Mille tamen causas scribendo vince frequenter:
Excusem ne te semper, amice, mihi.

et canem tergeminum; et Sphingem et Harpyias, et Gigantes anguipedes; et Gygen Centimanum, et virum semibovem. Ego ante credam hæc omnia, dilectissime, quam te versum exuisse mei amorem. Montes innumeri, et itinera, et flumina, et agri, neque pauca maria sunt inter te et me. Epistola quæ sit sæpe missa a te, potest nulla venisse in nostras manus mille causis. Supera tamen mille causas sæpe scribendo, amice; ne semper excusem te mihi.

aliis pro vulg. *homines*; duo libri *hominis*. Mox plurimi editi *pectora vinctos*.—17 Vett. Edd. *serpentigerosque G.* et *Gigantas* Heins. scribit cum Ro. pro vulg. *Gigantes*.—18 Alii scribunt *Gygam, Giam*, vel *Gyan*.—20 Edd. Gryph. Vincent. et D. Heins. *Mut. et cur.*—21 Pr. Ed. *Ionium mont.*—22 Jun. *fret. parva jac.*—24 Lov. *Mittitur in nostr.* Pro *nulla* olim editi *rara*; unus *pauca*; alius *tarda*; Serv. *sæpe*.—25 Mor. *quidem* pro *tamen*. Mox Jun. *caus. scribens tu vince*.

NOTÆ

ciæ, qui per eam designabatur, in cujus jugis leones, medio capræ, radicibus autem serpentes habitabant.

15 *Quadrupedes*] Centauros intelligit.

16 *Tergeminum*] Aut Geryonem intelligit, tribus amplum, non corporibus quidem, sed regnis, de quo jam sæpius; aut Herilum de quo Virgilius: ‘Nascenti cui tres animas Feronia mater, Horrendum dictu, dederat,’ &c.

Canem] Cerberum.

17 *Sphingaque*] Hoc et sequentia monstra suo loco vide in Metam.

18 *Gygen*] Hic Cœli et Terræ filius atque Briarei et Cotti frater centum etiam manus habuisse dicitur.

Semibovem] Minotaurum.

Digitized by Google

ELEGIA VIII.

ARGUMENTUM.

QUINQUAGENARIUS poëta queritur, se jam canescere in infelicissima regione, eo tempore quo frui debuisset patria, carissima conjuge, amicis, &c. Quæ si olim a Delphico oraculo aut Dodonæa columba futura accepisset, vana dicit se ea responsa existimaturum fuisse. Clarissimaque sententia docet, nihil tam validum esse, quod non subjaceat divinæ voluntati ac potentiæ Postremo ceteros admonet, ut ejus casibus moniti, Augustum, cujus potentia par est Diis immortalibus, demereantur.

JAM mea cycneas imitantur tempora plumas,
Inficit et nigras alba senecta comas:
Jam subeunt anni fragiles, et inertior ætas:
Jamque parum firmo me mihi ferre grave est.
Nunc erat, ut posito deberem fine laborum
Vivere, me nullo solicitante metu:
Quæque meæ semper placuerunt otia menti,
Carpere; et in studiis molliter esse meis:
Et parvam celebrare domum, veteresque Penates;
Et quæ nunc domino rura paterna carent:

Mea tempora jam referunt speciem plumarum cycnearum, et alba senectus tingit atros capillos. Jam veniunt anni fragiles, et ætas pigrior; jamque difficile est mihi parum valido me portare. Nunc erat, ut deberem vivere fine imposito laboribus, nullo timore me vexante, et indulgere quieti, quæ semper quæsita est meo animo; et esse suaviter in meis studiis; et colere tenuem domum, et antiquos Penates; et

1 Be. *cycn. mutantur temp.* Tum Leid. in voc. *plumas* dat *pennas* pro var. lect.—2 R. *Infecitque nigr.* Tum Ha. *cana senect.* cujus Burm. putat τὸ *alba* esse glossam; Voss. Excerpt. *curva.*—5 Heins. malit *posita*, ut vitetur ambiguitas. Mox pr. V. et quatuor alii *fin. malorum.*—6 Omnes fere scripti *Vivere cum nullo:* latet aliquid. *Burm.*—9 Olim legebatur *patriosque P.* sed

NOTÆ

1 *Cycneas*] Candidas esse cycnorum plumas omnes sciunt. Adeoque quæritur Poëta quod tempora et caput, aut potius coma, albescere et canescere incipiat.

3 *Fragiles*] Quia provectiori ætate debiles sunt vires; levissima insuper de causa convellitur valetudo.

10 *Carent*] Quia ego longe remotus.

Digitized by Google

Inque sinu dominæ, carisque nepotibus, inque
  Securus patria consenuisse mea.
Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas:
  Hos ego sic annos ponere dignus eram.
Non ita Dis visum: qui me terraque marique
  Actum Sarmaticis exposuere locis.
In cava ducuntur quassæ navalia puppes,
  Ne temere in mediis dissoluantur aquis.
Ne cadat, et multas palmas inhonestet adeptas,
  Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles, ut emeritis non est satis utilis annis,
  Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, Lares.

agros patrios, qui nunc carent domino; et tutus consenuisse in gremio dominæ, inter dilectos nepotes, atque in patria mea. Mea ætas olim speraverat hæc sic absolvi: meruerat ita collocare hos annos. Non sic placitum Diis; qui exposuerunt me jactatum terra marique locis Sarmaticis. Naves laceræ ducuntur in vasta navalia, ne temere discerpantur in mediis aquis. Equus exhaustus vellit herbas in pratis, ne procumbat, et corrumpat multas palmas adeptas. Postquam miles non est satis idoneus, annis emeritis, suspendit arma quæ gessit ad avitos Lares. Ita ergo tempus

tres libri V. et Ma. *veteresque;* quod præferendum Burm. putat, quia sequitur 'rura paterna,' nisi illic cum Voss. legas *rur. relicta.*—11 Alii *carisq. sodalibus;* vel, ut Jun. *Penatibus.*—13 Excerpt. Voss. *si* pro *sic.*—14 Leid. *Non ego.* Mox pro *annos,* Ed. pr. et quinque alii *canos.* Heins. refingit *annos condere.*—16 Ciofan. profert *Actum* ex duobus V. Ma. et Aldin. pro vulg. *Jactum.* Mox quatuor vett. *jugis* pro *locis.*—17 Editi quidam *duc. cassæ nav.* —18 Plurimi scripti *med. destituantur aq.*—19 Locus corruptus: *ademtos* prim. Polit. et Rottendorph. *adentus* alter Politiani: *adeptis* prim. Vatican. alius *adeptus.* Scribe, *multis adeptis,* nimirum palmis. Sed cum *inhonestandi* verbum vix alibi occurrat apud Nostrum, puto etiam hoc distichon esse ex iis quæ inculcarunt homines male feriati. *Heins.* Solum verbum *inhonestandi* me non moveret, ut expungerem, cum sciam Nasonem plura ita verba usurpasse, et quibusdam etiam semel modo usum. Et Scipio Gentil. ad Apulei. Apol. n. 33. *inhonestamentum* non ab Apuleio solum, sed et a C. Graccho olim adhibitum refert. Sed offendit *multas palmas adeptas:* et vitium esse in τῷ *multas* puto, quod tamen nunc quomodo emendem, non occurrit. An *turpis?* an *lentus?* certe simile quid desidero. *Burm.*—20 Ed. pr. et Ms. Bersm. *in campis gram.*—21 In duobus V. est *Miles ubi emeritus:* et mox quidam vett.

NOTÆ

13 *Ætas*] Pro Poëta ipso adolescente.

14 *Ponere*] Sumere. Insumere.

17 *In cava*] Navium exemplo, quæ in navalibus reponuntur postquam procellis quassatæ sunt, sese senem placida frui quiete debuisse ostendit.

18 *Dissoluantur*] Quinque syllabis efferenda ea vox per Diæresim figuram, qua nonnunquam utuntur Poëtæ.

20 *Carpit*] Jugo solutus, scilicet, &c. ne 'Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat:' ut scripsit Horat.

21 *Emeritis*] Tempore debilitatis,

Digitized by Google

Sic igitur, tarda vires minuente senecta,
Me quoque donari jam rude, tempus erat.
Tempus erat, nec me peregrinum ducere cœlum,
Nec siccam Getico fonte levare sitim:
Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos:
Nunc hominum visu rursus et Urbe frui.
Sic animo quondam non divinante futura
Optabam placide vivere posse senex.
Fata repugnarunt: quæ, cum mihi tempora prima
Mollia præbuerint, posteriora gravant.
Jamque, decem lustris omni sine labe peractis,
Parte premor vitæ deteriore meæ.

erat me etiam jam donari rude, senectute lenta frangente vires. Tempus erat, neque me aërem haurire extraneum, neque sedare sitim aridam scaturigine Getica: sed nunc otiosum me recipere in hortos quos habui, nunc denuo frui conspectu hominum atque Urbe. Ita olim vovebam posse vivere leniter provectus ætate, mente non providente ventura. Fata prohibuerunt; quæ cum dederint mihi prima tempora lenia, sequentia molesta sunt. Jamque decem lustris absolutis sine omni nota, urgeor

et Edd. *armis* pro *annis*.—22 Plurimi *arm. Deos*.—23 Jun. Leid. et Bersm. *tardas* pro *tarda*. Tum vett. Edd. *vir. adimente sen*.—26 R. et duo *sicc. gelido font.* unus *Scythico*. Mox Jun. et Leid. *font. lavare sit*.—27 Be. *Sed quoque quos habui vacuos seced.* plurimi etiam alii cum vulg. *vacuos:* est *vacuum* ex emend. Heins. Jun. R. et pr. Ed. *in* pro *et*.—30 Heins. malebat *Optaram plac.* et Bersm. Ms. exhibet *placido viv*.—31 Pro *cum mihi* Lov. *quamvis*.—32 Be. et

NOTÆ

postquam suo officio olim functus est.

22 *Ponit*] Solebant vero et milites et gladiatores Deo cuipiam emeriti aut rude donati arma suspendere. Hinc Horatianus ille 'Veianius, armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.'

23 *Tarda*] Quæ tardos facit et graves.

24 *Rude*] Virga erat impolita, qua gladiatores donabantur spectati satis cum in libertatem vindicabantur.

25 *Ducere cœlum*] Aëre frui.

27 *Vacuum*] Quod ibi vacuus atque otiosus voluptatem ex studiis suis caperet Poëta. Alii *vacuos*, quod, spatiosos, interpretati sunt, aut, domino carentes.

32 *Gravant*] Gravia atque molesta faciunt.

33 *Decem lustris*] Adeoque quinquagesimum annum Naso agebat; siquidem, ut doctissimis etiam viris placitum, lustrum Poëtis præsertim quinque annorum spatium complectitur.

34 *Deteriore*] 'Ætas enim post annum quinquagesimum solet esse deterior,' inquit Commentator. Nugæ: neque id agitur. Deteriorem vitæ partem queritur Poëta, quam in exilio degere cogitur.

Digitized by Google

Nec procul a metis, quas pæne tenere videbar,
  Curriculo gravis est facta ruina meo.
Ergo illum demens in me sævire coëgi,
  Mitius immensus quo nihil orbis habet?
Ipsaque delictis victa est clementia nostris:
  Nec tamen errori vita negata meo?
Vita procul patria peragenda sub axe Boreo,
  Qua maris Euxini terra sinistra jacet.
Hoc mihi si Delphi, Dodonaque diceret ipsa;
  Esse viderentur vanus uterque locus.
Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,
  Ut maneat rapido firmius igne Jovis.

parte iniquiore meæ vitæ. Atque atrox clades evertit meum curriculum non longe a metis, quas prope videbar assecutus esse. Adeoque insanus coëgi illum mihi irasci, quo mundus immensus nihil habet lenius. Ipsaque clementia est superata meis peccatis: neque tamen vita est negata errori meo? Vita transigenda sub polo Boreali longe a patria, qua tellus porrigitur læva maris Euxini. Si Delphi, et ipsa Dodona prædixisset hoc mihi, uterque locus viderentur esse falsus. Adeoque nihil est firmum, quamvis adamas illud jungat, ut stet validius sævo igne Jovis.

quatuor *Moll. præbuerant;* et duo *præbuerunt.*—37 Tres *Illum ergo;* sed mollior erit versus, si cum Puteaneo legas *Ergo in me demens illum sæv.* Burm.—40 Alii *meo est;* Edd. Gryph. et Mycill. *mea est.*—41 Douzam filium legisse *Boreo peragenda sub axe est* notavit Heins. et certe quidam Poëtæ secundam syllabam in *Boreus* corripere solent; et ita in Lovaniensi codice erat: in duobus aliis, *Boreæ peragenda sub axe:* in Gallico, *Scythico patria peragenda sub axe est;* et ita conjecerat Francius: in Moreti et Bernens. *Gelido peragenda sub axe est: sub axe Bootes* Bonon. Comb. et Voss. *Bootis* unus; unde Heinsius, *Bootæ* faciebat: *sub axe Borusco* Margo Gryphii, *Borusso* Bersm. Var. Lect. sed cum Græcis Βόρειος dicatur, nihil mutetur. *Burm.* Olim editi etiam habebant *Boreo est;* at τὸ *est* Heins. cum melioribus tollit.—43 *Hoc* pro vulg. *Hæc* ex melioribus Heins. restituit. Mox etiam *Delphi* monet legendum; vulg. *Delphos;* et quinque libri *Delphis.*—44 *Viderentur* Heins. re-

NOTÆ

35 *Metis*] Hoc est, Eo tempore, quo senex quiescere constitueram. Metaph. est a curuli certamine petita.

36 *Curriculo*] Quasi dicat, curru excussum sese, qui spe sua dejectus fuerit.

37 *Illum*] Augustum.

41 *Boreo*] Septemtrionali, unde flat Boreas.

43 *Delphi*] Pro Apolline, qui Delphis ad Parnassum montem celeberrimum illud templum atque oraculum habuit, de quo jam toties.

Dodona] De sylva Dodonea ejusque oraculis diximus etiam abunde et in secundo de Arte et in Metam.

44 *Vanus*] Qui falsa prædiceret.

46 *Jovis*] Jupiter primo hic designatur: verum Augustus ex eo, neque sine callidissima assentatione, intelligitur.

Digitized by Google

Nil ita sublime est, supraque pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumque Deo.
Nam quanquam vitio pars est contracta malorum,
Plus tamen exitii numinis ira dedit.
At vos admoniti nostris quoque casibus este,
Æquantem Superos emeruisse virum.

Nihil est ita excelsum, et tollitur supra discrimina, ut non sit humilius, et submissum Deo. Nam etsi pars malorum est inducta mea culpa, tamen sævitia Dei plus intulit cladis. At vos estote quoque admoniti nostris infortuniis devinxisse virum proximum Diis.

cepit ex Gottorph. ceteri cum vulg. *videretur*.—49 Jun. *Nam postquam vit.* Mox pr. Pal. et Ms. Bersm. *est exhausta mal.*—50 Pro *exitii* Heins. malit *exitio.* Deinde Lov. *ira dabit.*—52 Barb. *Æquandum S.* et tunc *Superis* legendum monet Burm.

NOTÆ

9 *Vitio*] Meo, scil. Culpa mea.
50 *Plus*] Ultra quam meritus eram punivit.
52 *Emeruisse*] Conciliasse, atque benevolum præstitisse.

ELEGIA IX.

ARGUMENTUM.

INIMICO minatur poëta, se in eum scripturum nisi pœnituerit inimicitiarum.

Si licet, et pateris, nomen facinusque tacebo,
Et tua Lethæis acta dabuntur aquis:

Si licet, et concedis, silentio prætermittam et nomen et flagitium, et tua facta

NOTÆ

1 *Licet*] Per te, qui me lacessis.
2 *Lethæis*] Oblivioni tradam quæcumque in me incepisti. Est enim *Lethe*, Latinis *Oblivio*, Inferorum fluvius, de cujus aqua quisquis gustasset præteritorum omnium oblivisceretur.

Digitized by Google

Nostraque vincetur lacrymis clementia seris.
Fac modo te pateat pœnituisse tui.
Fac modo te damnes, cupiasque eradere vitæ
Tempora, si possis, Tisiphonæa tuæ.
Sin minus, et flagrant odio tua pectora nostro;
Induet infelix arma coacta dolor.
Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem;
Nostra suas istuc porriget ira manus.
Omnia, si nescis, Cæsar mihi jura reliquit:
Et sola est patria pœna carere mea.
Et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo.
Sæpe Jovis telo quercus adusta viret.
Denique vindictæ si sit mihi nulla facultas;
Pierides vires et sua tela dabunt.

tradentur aquis Lethæis, et nostra clementia superabitur tardis fletibus. Cura tantum ut appareat te pœnituisse tui. Cura tantum ut te arguas, et voreas delere tempora furiosa vitæ tuæ, si queas. Sin minus, atque cor tuum est incensum odio nostri, misera ira capiet arma coacta. Quamvis sim pulsus in remotis ultimam plagam, sicut sum, noster dolor pertendet isthuc suas manus. Si ignoras, Cæsar mihi permisit omnia jura: et solum est supplicium carere mea patria. Atque, modo sit incolumis, speramus patriam ab illo. Sæpe quercus incensa telo Jovis virescit. Denique, si nulla sit mihi potestas ad ultionem, Musæ mihi *præbebunt vires, et sua*

3 In Lov. erat *Et tua* pro *Nostraque:* Burm. ita conj. vs. refingendum: *Et tua vincetur l. dementia s.* Et pro *seris* Francius volebat *veris.*—5 Alii *cupiasq. evadere vit.*—7. 8 Francius malebat *pect. nostri; Induat infel.*—9 Unus Heins. *extr. Scythiæ submissus in orb.*—10 Aut legendum est, *sis licet:* licet tu, ut ego, exul sis missus, in extremum orbem, eo usque manus porriget ira: vel legendum, quod magis placet, cum Juntano, *istinc;* ex hac Scythia: *istic* Francof. et plurimi alii. De locutione illa *porrigere manus* egimus ad Quintilian. Decl. XIII. 6. *Isto* est in Leidens. et prim. Ed. *illo* in alio codice, quod est pro *istuc, illuc.* Burm.—13 Be. *si* pro *sit;* et V. opt. *modo sospes erit:* Heins. conj. *sospes eat.*—14 Unus lib. *adust. viget;* alius *nitet.*—16 Heins.

NOTÆ

3 *Lacrymis*] Pœnitentia tua, et consilio mutato.

6 *Tisiphonæa*] Quibus, Tisiphones Furiæ more, per maximum scelus atque invidiam, me vexare atque incessere non desiisti.

7 *Nostro*] Quo me persequeris.

8 *Induet*] Atque adeo injurias meas ulciscar.

11 *Jura*] Ut ergo in maledicum et obtrectatorem per amicos possim agere.

14 *Telo*] Fulmine. Elegantissima autem comparatione sese ad pristinum statum redire posse indicat.

16 *Pierides*] Musæ: quas a Piero Thraciæ seu Thessaliæ monte potius, aut Pieri filiabus in Picas mutatis, jam sæpe dictas fuisse indicavimus.

Tela] Carmina, scilicet, quæ si non cœlo possunt deducere Lunam, possunt sæpe sceleratam mentem ad la-

Digitized by Google

Ut Scythicis habitem longe summotus in oris,
  Siccaque sint oculis proxima signa meis:
Nostra per immensas ibunt præconia gentes;
  Quodque querar, notum, qua patet orbis, erit.
Ibit ad occasum, quicquid dicemus, ab ortu:
  Testis et Hesperiæ vocis Eous erit.
Trans ego tellurem, trans latas audiar undas:
  Et gemitus vox est magna futura mei.
Nec tua te sontem tantummodo sæcula norint:
  Perpetuæ crimen posteritatis eris.
Jam feror in pugnas, et nondum cornua sumsi.
  Nec mihi sumendi causa sit ulla velim.
Circus adhuc cessat: spargit tamen acer arenam
  Taurus, et infesto jam pede pulsat humum.
Hoc quoque, quam volui, plus est. Cane, Musa, receptus;
  Dum licet huic nomen dissimulare suum.

arma. Quamvis degam procul relegatus in tractu Scythico, et sidera arentia sint vicina meis oculis, nostræ laudes ferentur per innumeras nationes, et quod conquerar erit cognitum, qua mundus est vastus. Quicquid proferemus procurret ab ortu ad occasum; et Oriens erit conscius soni Occidui. Ego audiar ultra terram, et ultra vastas aquas; et vox meæ querimoniæ fiet ingens. Neque tua tempora tantum sciverint te reum: eris probrum æternæ posteritatis. Jam agor in certamina, et nondum indui cornua: atque malim nulla sit mihi causa induendi. Circus adhuc quiescit: tamen taurus ferox dejicit arenam, et jam ferit terram pede irato. Hoc etiam plus est quam volui: Musa, cane receptui, quamdiu conceditur huic tegere nomen suum.

pro *et* malit *in*.—17 R. et decem *Cum* pro *Ut*: quindecim *Quod*. Be. *Quamvis cum S. h. submotus*: et Mor. *Cum longe S.*—19 Be. *præcon. terras.*—21 Edd. vett. *in* pro *ad*. Dein ex Ma. Ciofanus profert *dicemus* pro vulg. *dicetur*: Leid. *ducemus*.—23 *Latas* ex quatuor vett. placet Heins. præ vulg. *altas*.—24 Excerpt. Voss. *alta* pro *magna*, improbante Burm.—25 Edd. vett. *Non tua*: Heins. malit *Ne*.—27 Pr. V. et tres alii *pugn. mihi corn.* Pol. pr. et duo *nondum mihi*: pr. Pal. *et non mihi*; Be. *sed nondum*.—29 Pr. V. pr. Pal. et tres alii *sparg. jam torvus aren.*—30 Unus lib. *et offenso*, Burm. conj. pro *infenso*.—31 Alii *M. recessus*.

NOTÆ

quenm compellere.

18 *Sicca*] Quia Ursæ, de quibus jam sæpius, nunquam Oceano tingi videntur, quæ nunquam occidunt.

22 *Hesperiæ*] Meæ, quæ hominis est Itali et in partibus occiduis nati.

23 *Trans ego tellurem*] Magnifice expressit.

27 *Cornua*] In quibus robur Tauri, cui sese parem facit Poëta.

29 *Cessat*] Nondum commissa pugna.

Spargit] Quod signum est furentis, moxque in hostem impetum facturi. Hac autem allegoria sese Naso ad pugnam paratissimum ostendit.

Digitized by Google

NOTÆ

31 *Hoc*] Quod minas intentavi.
Cane] Receptum aut receptui canere dicuntur tubicines cum milites tuba ex prælio revocant. Qua metaphora a scribendo Musas suas Naso dehortatur.
32 *Huic*] Maledico, scilicet, qui si maledictis finem faceret, a Poëta non indicaretur.

ELEGIA X.

ARGUMENTUM.

LECTOREM docet, qua patria, quibus consulibus natus sit. Denique totam suam vitam paucis perscribit. Postremo exilii mala commemorat: quorum magnitudinem dicit se Musis consolari, et illis acquiescere.

ILLE ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
Quem legis, ut noris, accipe, Posteritas.
Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab Urbe decem.
Editus hic ego sum: necnon, ut tempora noris,
Cum cecidit fato Consul uterque pari.

Ut intelligatis, Posteri, quis ego fuerim ille cantator mollium Amorum, quem legitis, discite. Sulmo abundans aquis frigidissimis est mihi patria, qui dissitus est ab Urbe nonaginta millibus. Ego hic in lucem prodii: et, ut cognoscatis tempus, cum ambo Consules occiderunt simili morte. Si est etiam aliquid, antiquus

1 *Fuerim* Heins. rescripsit ex pr. V. et tribus aliis pro vulg. *fueram*.—6 *Hic* meliores, teste Heins. vulg. *hinc*. Mox Richel. *temp. quæris:* et Leid. Pol. et

NOTÆ

1 *Lusor*] Quia de Amoribus scripsit.
3 *Sulmo*] Quod oppidum fuit in Pellgnis, millia passuum 90. distans ab Urbe, Septemtrionem atque Orientem versus.
6 *Consul*] Hirtium et Pansam designat, qui apud Mutinam adversus Antonium, Pop. Romani hostem judicatum, pugnantes ceciderunt. Adeoque 710. anno ab Urbe condita, 21. Martii natus Poëta.

Digitized by Google

Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis hæres;
Non modo Fortunæ munere factus eques.
Nec stirps prima fui; genito jam fratre creatus;
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus affuit idem:
Una celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armiferæ festis de quinque Minervæ,
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.
Protinus excolimur teneri, curaque parentis
Imus ad insignes Urbis ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,
Fortia verbosi natus ad arma Fori.

sum *hæres ordinis* equestris *usque a proavis, non nuper factus eques dono fortunæ. Neque fui prima soboles, ortus fratre jam nato, qui in lucem editus erat ante duodecim menses. Idem Lucifer astitit natalibus utriusque; una dies celebrata est per duo liba. Hæc est de quinque festis Minervæ bellatricis, quæ prima consuevit fieri cruenta certamine. Continuo teneri excolimur, et concedimus ad viros illustres arte Urbis, cura patris. Frater studebat eloquio a mollibus*

septem alii *noscas*.—7 Burm. hic restituit olim receptam lectionem: plurimi vett. scripti, teste Heins. *Si quis et a proavis usque est*, vel *Si quid*: Be. *Si quid id a proavis superest*: Heins. legit *Si quid id a proavis usque est vet*.—8 Quidam legunt *Non sum F.* Duo libri *Non modo militiæ turbine factus*; quod nec Burm. displicet.—9 *Jam* Heins. dedit ex Medonian. pro vulg. *sum*: duo alii *sine*.—11 Med. opt. *Lucif. ambobus natal.*—13 Alii *armigeræ*.—14 *Quæ* vett. libri; alii *Quæ*: P. etiam *a pugna*.—18 Pro *verbosi* unus lib. *famosi*; alius *formosi*.—

NOTÆ

7 *Ordinis*] Equestris, scilicet.

8 *Fortunæ*] Divitiis. Quibus enim sestertium quadringentorum millium census erat, ii in ordinem equestrem referebantur.

11 *Lucifer*] Stellam matutinam pro die ipso posuit.

12 *Liba*] Cujus generis placentas natalibus mitti solitas supra vidimus.

13 *Festis*] Vide Fastorum III. 809. ubi primam diem Minervæ sacram sanguine vacare, quod ea Dea nata sit, ceteras strata arena et ludis gladiatoriis celebrari solitas esse, invenies.

14 *Quæ fieri*] Atque adeo secunda fuit ex quinque Minervæ sacris diebus, quorum prima in 13. Kal. Apr. hoc est 20. diem Martii mensis, incidebat.

Cruenta] Gladiatorum sanguine.

15 *Excolimur*] Literarum elementis et bonis artibus imbuimur.

16 *Ab arte*] Qui artibus quibuscumque docendis celebres.

17 *Eloquium*] Eloquentiam, quæ præsertim in dicendis causis elucet.

18 *Fortia*] Siquidem animum quocumque opus est flectunt.

Verbosi] Ubi etiam blaterones plurimi, et importuni rabulæ, inani verborum profluentia veram eloquentiam sese putant imitari.

Digitized by Google

At mihi jam puero cœlestia sacra placebant;
Inque suum furtim Musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit, Studium quid inutile tentas?
Mæonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis: totoque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua numeros carmen veniebat ad aptos:
Et, quod tentabam dicere, versus erat.
Interea, tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumta, mihique, toga est:
Induiturque humeris cum lato purpura clavo:
Et studium nobis, quod fuit ante, manet.
Jamque decem vitæ frater geminaverat annos,
Cum perit; et cœpi parte carere mei.
Cepimus et teneræ primos ætatis honores;
Eque viris quondam pars tribus una fui.

annis, genitus ad acria arma garruli fori. At sacra cœlestia jam grata erant mihi puero, et Musa me *rapiebat secreto ad suum opus. Parens frequenter dixit, Quamobrem experiris studium frustraneum? Ipse Homerus nullas divitias reliquit. Tactus eram monitis: et toto Helicone deserto, tentabam scribere voces liberas a metris. Versus fluebat ultro ad modos idoneos; et quod nitebar proferre erat carmen. Interea, ætate currente gressu occulto, toga liberior capta a frutre atque a me; et purpura aptatur humeris cum lato clavo; et cura, quæ prius fuit nobis, superest. Jamque frater duplicaverat decem annos vitæ, cum obit, et cœpi orbus esse parte mei. Cepimus etiam primos honores mollis ætatis; et fui pars*

19 An *Permessia sacra?* tale quid latet. *Heins.*—21 Fr. Be. et quatuor alii *inutil. carpis;* Burm. conj. pro *captas.*—22 Unus liber *inde* pro *ipse.*—26 Be. *quod conabar;* et tum Heins. ex vett. plurimis rescripsit *dicere* pro vulg. *scribere;* nam 'scribere' jam præcessit.—29 Alii *Induiturq. humeros.*—34 *Eque* scripti potiores, teste Heins. vulg. *Deque;* alii etiam *Inque.* Mox Barb. *trib.*

NOTÆ

19 *Cœlestia*] Poësim intelligit.

20 *Furtim*] Quia arcana quadam voluptate pellectus contra patris sententiam Poëticæ operam dabat.

22 *Mæonides*] Homerus.

23 *Helicone*] Quo Bœotiæ monte, Musis sacro, et Musæ et Poësis, illarum opus, intelligitur.

24 *Soluta*] Prosaicam orationem.

28 *Liberior*] Virilis, scilicet, quam ætatis anno 17. plerumque sumebant; de qua fusius in Fastis.

29 *Lato*] In transvectione enim, quæ Equitum fuit propria pompa, illi equis insidentes, oleæ ramis coronati, et purpureas palmatas togas, seu trabeas, purpureis fasciis trabium instar transversis, induti vehebantur.

30 *Studium*] Poëticum, scil.

31 *Geminaverat*] Adeoque viginti annos natus.

Digitized by Google

Curia restabat: clavi mensura coacta est:
Majus erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Solicitæque fugax ambitionis eram:
Et petere Aoniæ suadebant tuta Sorores
Otia, judicio semper amata meo.
Temporis illius colui fovique poëtas;
Quotque aderant vates, rebar adesse Deos.
Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque necet serpens, quæ juvet herba, Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes;
Jure sodalitio qui mihi junctus erat.
Ponticus Heroo, Bassus quoque clarus Iambo,
Dulcia convictus membra fuere mei.

una ex viris olim tribus. Senatus supererat: modus clavi contractus est. Illud onus erat gravius humeris nostris. Neque corpus fuit robustum, neque animus idoneus ad laborem; et eram alienus ab anxia ambitione: et sorores Aoniæ consulebant quærere otia secura semper dilecta meo judicio. Dilexi atque honoravi Vates illius ætatis; et credebam tot Deos favere quot Poëtæ favebant. Macer ætate provectior sæpe legit mihi suas aves; quis anguis perimat; quod gramen prosit. Propertius, qui mihi erat junctus jure societatis, solitus est sæpe narrare suos Amores. Ponticus insignis carmine *Heroico, Bassus etiam Iambo, fuerunt partes gratæ mei*

unus eram.—35 Mor. et tres alii *mensur. cbarcta est.*—36 Fr. *opus* pro *onus.*—37 Nonnulli *mens erat apta:* Heins. conj. *mens satis apta.*—38 Heins. conj. *ambit. erat.*—39 Lov. et Serv. *pet. Ausoniæ suad.*—40 Pr. V. *semp. amanda meo.* Lov. *amata suo.*—44 Alii *necat..juvat:* ex pr. Pol. Heins. dedit *necet..juvet.*—45 Unus lib. *sol. cantare P.* et duo *narrare.*—46 *Sodalitio* pro vulg. *sodalitii* Burm. recepit ex duobus scriptis et Edd. Aldin. et Bersm. Tum Pal. V. et quatuor alii *quo* pro *qui.*—47 Alii *Bacchus* pro *Bassus.* Heins. corr. *Bass. pede*

NOTÆ

34 *Tribus*] Diversissimi muneris fuerunt Triumviri, quorum alii Capitales, alii Nocturni, Monetales, &c. In quibus fuerit Naso non facile dixerim.

35 *Curia*] Ut Senator esset.

Clavi] Quia Senator non erat: namque lato clavo a reliquis ordinibus Senatores distinguebantur. Neque obstat quod supra a se lato clavo indutam purpuram dixit, quia, scilicet, trabea ad transvectionis pompam tantum Equites utebantur.

38 *Solicitæ*] Quæque pusillæ, pravæ, et emotæ mentis indicium.

39 *Aoniæ*] Musæ; quibus ab Aonia, Bœotiæ parte montana, illud datum nomen.

40 *Amata*] Neque sine causa, quandoquidem per illa, et sese, et suis bonis, immo et Deo ipso, frui licet; modo ne sint inertia.

42 *Deos*] Vates certe neque Scriptura ipsa sacra dedignatur citare.

43 *Volucres*] De quibus Macer poëta Veronensis.

45 *Ignes*] Amores.

47 *Ponticus*] Hic, ut in sequentibus

Digitized by Google

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures;
  Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Virgilium vidi tantum: nec amara Tibullo
  Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi.
  Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Utque ego majores, sic me coluere minores:
  Notaque non tarde facta Thalia mea est.
Carmina cum primum populo juvenilia legi;
  Barba resecta mihi bisve semelve fuit.
Moverat ingenium, totam cantata per Urbem,
  Nomine non vero dicta Corinna mihi.

contubernii. Numerosus Horatius detinuit etiam nostras aures, dum pulsat politos versus lyra Itala. Aspexi tantum Virgilium: neque fata parca præbuerunt Tibullo tempus amicitiæ meæ. Hic fuit tibi successor, Galle; Propertius illi. Ipse fui quartus ab his ordine temporis. Et sicut ego honoravi præcedentes, sic sequentes me honoraverunt: *et mea Musa non sero inclaruit. Cum primum recitavi populo versus juveniles, barba fuit mihi tonsa aut bis, aut semel. Corinna a me appellata ficto nomine celebrata per totam Urbem acuerat meum ingenium. Scripsi equidem*

---

clarus I.—49 Alii *Detinuit nostr.*—50 Be. *Dum colit A.* Quatuor vett. *Aonio;* Heins. conj. *Æolia.*—51 Ex Fr. et aliis duodecim Burm. rescripsit *amara* pro vulg. *avara.*—53 Lege *fuit is;* ut melius conveniat τῷ *illi.* Heins.—57 Pol. et V. *pop. juvenalia:* et P. *scripsi;* et Serv. a pr. man. *lusi* pro *legi.*—59 Lov. *totum...per orbem.*—60 Pro *mihi* Auctor Elect. Etonens. volebat *meum,* ut ad

NOTÆ

videbimus, bellum Thebanum heroico carmine comprehendit; quem cum Homero Naso confert.

Bassus] Vix alibi de isto quicquam reperias.

49 *Numerosus*] Seu metri varietatem et suavitatem, seu sententiarum copiam et elegantiam spectes, omnibus numeris absolutum poëtam dixeris. Ceterum nasutos esse oportet qui illum legant, neque multis placuerit unquam.

51 *Tantum*] Quia major natu Virgilius. Ceterum aliquid amplius fuit, ut videtur: neque forte amicus.

Amara] Quia immaturo fato obiit Tibullus.

53 *Galle*] Hunc vitæ suæ prodigum, Ægypti præsidem, jam supra vidimus.

54 *Quartus*] Qui, scilicet, amatorias delicias scripsi.

56 *Thalia*] Una ex Musis.

57 *Juvenilia*] Quæ de Amoribus juvenili ætate scripsit.

59 *Moverat*] Amor quippe ingeniosus.

60 *Corinna*] Quam Augusti neptim fuisse verisimile est. Namque hujuscemodi nugas altius rimari, ut solent, mihi quidem ridiculum videtur. Hæc an illa fuerit quid id nostra? In majoribus debet patescere, si quæ est, ingenii sagacitas; maximum est vitium in omnibus accuratum videri. Non esse in multis, quæ sedulo contemnas,

Digitized by Google

Multa quidem scripsi: sed quæ vitiosa putavi,
Emendaturis ignibus ipse dedi.
Tum quoque, cum fugerem, quædam placitura cremavi,
Iratus studio carminibusque meis.
Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis
Cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.
Cum tamen hoc essem, minimoque accenderer igni;
Nomine sub nostro fabula nulla fuit.
Pæne mihi puero nec digna, nec utilis, uxor
Est data: quæ tempus perbreve nupta fuit.
Illi successit, quamvis sine crimine, conjux;
Non tamen in nostro firma futura toro.
Ultima, quæ mecum seros permansit in annos,
Sustinuit conjux exulis esse viri.
Filia me mea bis prima fœcunda juventa,
Sed non ex uno conjuge, fecit avum.

multa; verum egomet injeci ea quæ credidi culpanda in ignem correcturum. Immisi etiam in ignem nonnulla grata futura tum cum proficiscerer in exilium, infensus studio et meis versibus. Cor mihi erat tenerum, neque invictum spiculis Cupidineis, et quod exigua causa tangeret. Cum tamen istud essem, et inflammarer levissimo igne, nulla fabula fuit sub nostro nomine. Conjux est data mihi prope puero neque digna, neque idonea; quæ fuit conjux per exiguum spatium. Uxor illam excepit, quamvis sine dedecore, non tamen futura firma in nostro lecto. Ultima, quæ mecum permansit in novissimos annos, non verita est esse uxor mariti profugi. Nata mea fœcunda fecit me avum prima juventa, sed non ex uno marito. Et jam pater meus

---

'ingenium' referatur.—61 Barb. *quæ nocitura put.* unus *vitiosa fuerunt.*—62 Jun. R. et Mor. *Emendaturus ign.*—63 Leid. *Nunc quoq.*—65 Lov. C. *atque impugnabile tel.*—66 Duo libri *cura* pro *causa.*—67 Multi scripti et editi *hic* pro *hoc.* Mox tredecim scripti et quædam Edd. *nimioque.* Deinde ex Ro. Heins. dedit *igni* pro vulg. *igne.*—70 Duo libri *post* pro *quæ*: Jun. Mor. et duo alii *per temp. quæ breve nupt.*—71 Jun. *quovis* pro *quamvis.*—72 Tres libri *Nec tamen.*—73 Tres libri *socios* pro *seros*: P. *miseros.*—74 Be. *conj. utilis esse mei.*—75 Heins. ita numeros concinnavit *Filia me prima mea bis fœcund.* At Burm.

NOTÆ

illud vero virtus est. Naturæ enim vigor non minus respuendo quam retinendo continetur.

63 *Fugerem*] Exilio mulctatus, scilicet.

Cremavi] Neque damnum ullum; siquidem ad lenocinandam ultro prurientem libidinem comparata; quæ nunquam pejora quam cum maxime placent.

68 *Nulla*] Quia cautissime amavit. Atque adeo hinc maxime Augusto suspectus fuit.

72 *Firma*] Duas priores uxores repudiavit.

75 *Filia*] Perilla.

Digitized by Google

Et jam complerat genitor sua fata; novemque
  Addiderat lustris altera lustra novem.
Non aliter flevi, quam me fleturus ademtum
  Ille fuit. Matri proxima justa tuli.
Felices ambo, tempestiveque sepultos,
  Ante diem pœnæ quod periere meæ!
Me quoque felicem, quod non viventibus illis
  Sum miser; et de me quod doluere nihil!
Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restat,
  Et gracilis structos effugit umbra rogos;
Fama, parentales, si vos mea contigit, umbræ;
  Et sunt in Stygio crimina nostra foro;
Scite, precor, causam (nec vos mihi fallere fas est)
  Errorem jussæ, non scelus, esse fugæ.

absolverat sua fata, et adjecerat novem altera lustra novem lustris. Non aliter ploravi, quam ille fuit deploraturus me sublatum. Persolvi matri justa proxima. Uterque beati, et conditi opportune, quia fato functi sunt ante diem mei supplicii! Me etiam beatum, quod non sum infelix illis superstitibus; et quod nihil ægre passi sunt de me! Si tamen aliquid superest mortuis præter nomina, et exiles Manes vitant pyras exstructas, si mea fama ad vos penetrat, Manes parentales, et mea peccata sunt in foro Stygio, cognoscite, oro, (neque fas est mihi vos decipere,) causam exilii mandati esse errorem, non flagitium. Id satis est Manibus. Redeo ad vos,

nil contra Codd. mutandum censet.—79 Plurimi scripti *fletur. ademto.*—80 Be. et tres libri *foret* pro *fuit.* Tum quidam vett. *matris prox.* Deinde *justa* pro vulg. *busta* reposuere viri docti.—81 *Ambos* unus Vatic. et tum *sepultos* quoque sit scribendum. Vide Notas Fast. I. vs. 298. sed *τὸ ambo* etiam quarti casus est. Monui Notis Metam. VII. vs. 792. *Heins.* Hoc cum nescirent librarii, locum hunc corruperunt, feceruntque *sepulti*, quod nunc omnes occupat libros: nam corruptum locum, et *sepultos* reddendum, mihi res est certissima ex sequentibus, *me quoque felicem. Ambo* ne quis dubitaverit, præstabit Ger. Voss. de Anal. II. 6. *Auctor Elect. Etonens.* Recte viri docti: vide ad Quintil. Decl. VII. 7. *Burm.*—82 Quinque scripti et Ed. pr. *qui* pro *quod.*—83 Quatuor Codd. *qui non;* et Mor. *quia.*—84 Unus Heins. *me condoluere nih.*—85 Ex scriptis nonnullis Heins. dedit *restat* pro vulg. *restant.*—87 *Parentales* Jun. Leid. et alii: vulg. *parentalis.*—88 Alii *carmina* pro

NOTÆ

77 *Complerat*] Obierat.

78 *Addiderat*] Adeoque nonagenarius fuit.

80 *Proxima*] Post patrem matrem composuit, quæ statim ab illo fato functa est.

85 *Si tamen*] Id est, siquidem animæ immortales, illisque aliquis superest sensus post hanc vitam.

86 *Gracilis*] Quia spiritus.

87 *Umbræ*] Pro parentum anima.

88 *Stygio*] Infero.

Digitized by Google

Manibus id satis est. Ad vos studiosa revertor
Pectora, qui vitæ quæritis acta meæ.
Jam mihi canities, pulsis melioribus annis,
Venerat; antiquas miscueratque comas:
Postque meos ortus Pisæa vinctus oliva
Abstulerat decies præmia victor equus;
Cum maris Euxini positos ad læva Tomitas
Quærere me læsi Principis ira jubet.

viri studiosi, qui petitis facta vitæ meæ. Jam canities mihi orta erat, annis feliciоribus exactis; et variaverat crines antiquos; et a meis natalibus eques victor redimitus oliva Pisæa reportaverat decies præmia; cum ira Principis offensi imperat mihi quærere Tomitas sitos ad sinistra Ponti Euxini. Causa mei exitii nimis

crimina.—91 *Id* Heins. recepit ex Mor. aliæ Edd. *hoc.* Mox Jun. *stud. revertar.*—92 *Qui* ex tribus scriptis Heins. placet præ vulg. *quæ.*—96 Jam ante viginti annos in codice meo notaveram, et in Trajectina Academia, publice Horatium interpretans, hoc loco legendum esse *equum* auditores meos docueram; et idem postea placuisse vidi Cl. Bentleo. ad Horat. IV. 2. 17. cui plane subscribo. Non enim equites in Olympico certamine coronatos, sed equos legimus: quos ideo magno pretio et parabant, et impensis ingentibus exercebant domi, et alebant, mittebantque deinde in sacra certamina: ita apud Justin. XII. 16. Philippi equi in certamine Olympico, domino suo, non sessori aut agitatori, victoriam pepererunt; et hinc Horatius IV. 2. 'Sive quos Elea domum reducit Palma cœlestes, pugilemve, equumve Dicit.' et Art. Poët. 84. 'Et pugilem victorem, et equum certamine primum.' Hinc Στεφανηφόροι Theocrito Idyl. XVI. 46. equi dicuntur, et Plutarch. Sympos. II. quæst. 4. solum equum ex omnibus animalibus in partem certaminis et coronæ venire ait: quæ olim mihi annotata etiam omnia fere a Bentleio adduci video: et hinc in nummis toties Equi conspiciuntur tenentes palmam ore; qui 'nobiles' inde equi dicti, ut Noster III. Amor. 2. et I. Art. 135. vocat: et 'famosi' Suet. Calig. XIX. Vitiosa scriptura ortum habuit ex alio vitio, quia enim *abstuleram* in omnibus fere codicibus legitur, hinc memores librarii Ovidium equitem fuisse, pro *equus*, *eques* substituerunt. *Burm.*—97 Pal. *E. procul orbe T.*—99 Be. *nim. manifesta*

NOTÆ

91 *Satis*] Neque prolixa oratione apud illos opus est quibus omnia nuda apparent.

93 *Melioribus*] Namque senectutem multa circumveniunt incommoda.

95 *Pisæa*] Qua apud Pisam, Peloponnesi urbem, coronabantur victores Olympico certamine.

96 *Decies*] Olympias spatium fuit annorum quatuor tantum. Sæpissime tamen apud Græcos atque Latinos auctores, quia quinto quoque anno certamina Olympica celebrabantur, terminus qui exclusive intelligendus, inclusive sumitur; quemadmodum et nos hebdomadam 'Octiduum' dicimus. Atque eo modo alicubi quinquennem Olympiadem noster appellavit: ut hinc quinquagenarium fuisse quo tempore exilio pulsus, cognoscatur.

Digitized by Google

Causa meæ cunctis nimium quoque nota ruinæ
  Indicio non est testificanda meo.
Quid referam comitumque nefas, famulosque nocentes?
  Ipsa multa tuli non leviora fuga.
Indignata malis mens est succumbere; seque
  Præstitit invictam viribus usa suis:
Oblitusque togæ, ductæque per otia vitæ,
  Insolita cepi temporis arma manu.
Totque tuli terra casus pelagoque, quot inter
  Occultum stellæ conspicuumque polum.
Tacta mihi tandem longis erroribus acto
  Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.
Hic ego, finitimis quamvis circumsoner armis,
  Tristia, quo possum, carmine fata levo.

etiam perspecta omnibus non est declaranda meo testimonio. Quamobrem memorem et nefas comitum, et pravos ministros? Passus sum multa non minora ipso exilio. Animus exhorruit dejici ærumnis, et se præbuit indomitum, usus suis viribus: et immemor mei, atque vitæ actæ per otia, sumsi arma tempestatis manu insueta. Totque passus sum discrimina terra et mari, quot sunt stellæ inter axem depressum et eminentem. Denique tractus Sarmaticus proximus Getis pharetratis est tactus a me jactato longis erroribus. Quanquam hic circumsoner armis vicinis, ego minuo

---

rum.—100 Jun. *est testificata meo*; Be. *notificanda*.—102 *Ipsa* ex pr. Pol. Heins. recepit: alii *Ipseque* vel *Ipsaque*: unus etiam *Ipse ego*: Muretus scribit *Et quæ*; et Heins. conj. *A queis*. Richelianus *Ipsa morte t. n. l. mala*.—105 *Togæ* ex Richel. quod Burm. recepit, ut armis opponatur; vulg. *mei*: Be. *Oblitusq. mei, veterisque per otia ductæ*; et Jun. *ductusque per otia vitæ*.—106 Pro *temporis* Scaliger emend. *tum prius*; sic etiam Francius corr. vel *protinus*.—107 Jun. Leid. et multi alii cum Edd. Mycill. Gryph. et allis *tuli pœnas terra pelagoq.*—109 In uno V. *tandem est long.* in altero et Ma. *mih. est tand. long.* Tum tres libri *errer. arctos*.—111 Leid. *vicinis* pro *finitimis*. Mox meliores, teste Heins. *circumsoner*; ceteri *cir-*

NOTÆ

101 *Comitum*] Ab Augusto attributorum, a quibus custodiebatur.

103 *Indignata*] Ut virum cordatum decet, qui rebus angustis fortis atque animosus apparet.

104 *Usa*] In eo fere posita est virtus.

106 *Temporis arma*] Patientiam atque animi fortitudinem; quibus maxime pollet anima.

108 *Occultum*] Nobis, scilicet, qui magis ad Septemtrionem sumus porrecti. De Australi Polo agit: quem, si Virgilio credis, 'Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi.'

Conspicuum] Septemtrionalem dicit, nobis semper sublimem.

112 *Quo*] Namque nullum aliud solatium.

Digitized by Google

Quod, quamvis nemo est, cujus referatur ad aures;
Sic tamen absumo decipioque diem.
Ergo, quod vivo, durisque laboribus obsto,
Nec me solicitæ tædia lucis habent,
Gratia, Musa, tibi. Nam tu solatia præbes;
Tu curæ requies, tu medicina mali:
Tu dux, tu comes es: tu nos abducis ab Istro;
In medioque mihi das Helicone locum.
Tu mihi (quod rarum) vivo sublime dedisti
Nomen; ab exequiis quod dare Fama solet.
Nec, qui detrectat præsentia, Livor iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.
Nam, tulerint magnos cum sæcula nostra poëtas,
Non fuit ingenio Fama maligna meo.

fata lugubria carmine, quo possum. Quod, etsi nullus est, ad cujus aures recitetur, nihilominus ita consumo et fallo diem. Ergo, Musa, tibi gratia quod vita fruor, et resisto asperis laboribus, neque tædia vitæ anxiæ me tenent. Nam tu ministras solamina; tu requies solicitudinis, tu medicina morbi: tu es dux, tu comes: tu nos abstrahis a Danubio, et præbes mihi sedes in medio Helicone: tu (quod haud vulgare) præbuisti mihi superstiti celebritatem, quam fama consuevit dare post fata. Neque Invidia, quæ imminuit præsentia, rosit dente atro ullum de nostris operibus. Nam cum sæcula nostra produxerint egregios vates, fama non fuit parca meo inge-

---

cumsonor.—112 Fr. *qua* pro *quo.*—113 Quatuor scripti et pr. Ed. *cuj. referantur ad aur.*—115 Leid. et alius *quidem* pro *quod;* Burm. conj. *ego, quod.* Tum tres scripti et ed. Bersm. *longisque.*—116 Leid. *Nec mihi sol.* Mox Lov. et alius *tæd. mentis hab.* tres *noctis;* Pal. *vocis.*—118 Auctor Elector. Etonens. testatur in suis membranis esse *Tu requies curæ, tu medicina vetus:* in vulgatis erat *medic. venis:* Ha. exhibet *malis;* et Hamburg. *mali* pro var. lect.—119 In vulgatis erat *Tu dux et comes es.* '*Tu comes es* aliquanto nervosius quinque veteres: *tu dux, tuque comes* Junian. Pro *tu nos abducis,* tres, *me subducis;* totidem, *deducis.* Lege, *tu me seducis ab Istro.*' Heins.—123 Jun. *Nam qui d. pr. L. iniquus Nullam, &c.* multi alii *Nec quia d...iniquus:* et multi scripti et editi *detractat.*—125 R. *Nam tulerunt m. c. s. longa p.* et Leid.

NOTÆ

116 *Lucis*] Vitæ, quam in rebus anxiis ago.

117 *Musa*] Adversis certe perfugium ac solatium præbent studia, seu potius quæ ex iis mentem permulcent cogitationes gratæ.

119 *Abducis*] Ubicumque mens cogitat, ob rem si ita loqui licet, ibi vere est, maximamque in se vim habet, qua se propemodum ad omnia alliget. Verum istud nunquam assequentur qui vix aliter quam pecorum more, objectis, scilicet, impulsi, cogitare didicerunt: nihil aliud quam quod effluit et illos in perniciem abripit per totam vitam agitant.

120 *Helicone*] Quem Bœotiæ montem Musis sacrum jam centies diximus.

121 *Quod rarum*] 'Quatenus, heu

Digitized by Google

Cumque ego præponam multos mihi; non minor illis
Dicor: et in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum præsagia veri;
Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.
Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam,
Jure tibi grates, candide lector, ago.

nio. Et cum præferam multos mihi; non dicor inferior ab illis; et multus legor in toto mundo. Si ergo omina Poëtarum habent aliquid veri; quamvis continuo moriar, non ero tuus, o Terra. Seu ego consecutus sum hanc famam favore, sive jure per carmina, ago tibi gratias, lector candide.

magna.—127 Jun. *Utque ego præp.* Be. *Et tibi.*—131 Mor. et Lov. *quoque* pro *ego.*—132 Quædam membranæ *Jure igitur grat.*

NOTÆ

nefas! Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.'

130 *Non ero*] Quia fama superstes. Verum enimvero pios majus aliquid movet, qui post fata tum demum sua opera Deique gloriam manere se intelligunt.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER V.

ELEGIA I.

ARGUMENTUM.

MITTENS Romam e Scythia hunc ultimum librum Ovidius, sui studiosos monet ut quatuor prioribus libellis, illinc quoque ab eo missis, hunc etiam addant. Excusatque se non potuisse materiam aliam, quam tristem, ejusque rebus miseris et perditis convenientem, sumere. Quod si in patriam revocetur, scripturum se jocosa et læta profitetur: simulque veniam petit, si quid sit quod lectorem offendat.

HUNC quoque de Getico, nostri studiose, libellum
Littore, præmissis quatuor adde meis.
Hic quoque talis erit, qualis Fortuna poëtæ.
Invenies toto carmine dulce nihil.

Amice noster, adjice etiam quatuor meis præmissis hunc libellum missum *ab ora Getica. Hic etiam erit talis qualis sors vatis. Nihil reperies suave in toto car-*

1 Pro *nostri* duo vett. *missum:* unus *nostrum;* Jun. *ut nostri;* et Bc. *nobis;*

NOTÆ

1 *Getico*] Quia ex Tomitana urbe, quæ Getico littori adjacebat.

4 *Dulce nihil*] Si materiam spectes, scilicet: namque ad stylum et

Digitized by Google

Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen;
  Materiæ scripto conveniente suæ.
Integer et lætus læta et juvenilia lusi:
  Illa tamen nunc me composuisse piget.
Ut cecidi, perago subiti præconia casus;
  Sumque argumenti conditor ipse mei.
Utque jacens ripa deflere Caystrius ales
  Dicitur ore suam deficiente necem:
Sic ego, Sarmaticas longe projectus in oras,
  Efficio tacitum ne mihi funus eat.
Delicias si quis lascivaque carmina quærit;
  Præmoneo nunquam scripta quod ista legat.

mine. Quemadmodum status noster est lugubris, sic versus lugubres, scripto respondente suo argumento. Incolumis et festivus cecini festiva et juvenilia: nunc tamen pœnitet me illa scripsisse. Postquam dejectus sum, celebro ruinam repentinam: et sum ipse fabricator meæ materiæ. Et quemadmodum avis Caystria prostrata in ripa dicitur deplorare suam mortem ore moribundo; ita ego longe pulsus ad littora Sarmatica curo ne exequiæ sint mihi tacitæ. Si quis expetit delicias et versus jocosos, prædico ne unquam ista scripta evolvat. Gallus magis

at *nostri*, judice Burm. solum est rectum.—7 Pr. Pol. pr. V. pr. Pal. et duo alii *Donec erum læt.* alius Pal. *et lætus juvenilia carmina lusi:* Lov. et Serv. *læte juvenilia lusi:* et Mor. Be. et sex alii cum Ms. Bersm. et Zinzerl. Diatrib. *scripsi.*—11 R. *Cumque j.* Serv. *rip. Cygnus deflere Caystri.*—12 Leid. *or. suo;* et Be. *decipiente nec.*—13 Leid. *long. prostratus;* Lov. *provectus;* Serv. *profectus:* Be. *propulsus ad oras:* plurimi autem pro *oras* habent *auras.*—16 Non satis Latinum. Pro *nunquam* pr. Vat. pr. Pal. et Richel. *nostra.* Castigabam aliquando, *Præmoneo nunquam scripta quid ista legat;* vel, *nusquam,* ut τὸ *ut* subintelligatur, τὸ *quid* redundet. Vide Notas [Not. Var.] Epist. VI. 151. Capoferreus me monebat videri sibi legendum, *Præmoneo nunquam Tristia nostra legat.* Non male. Nisi quod versus hic mihi pro Ovidiano non est, ut nec ille, qui mox sequitur: at Gronovius, *Præmoneo, non est, scripta*

NOTÆ

scribendi modum si respicias, suavissima sunt prope omnia.

9 *Cecidi*] Patria pulsus.

Perago] Sum præco et scriba.

Casus] Exilii.

10 *Conditor*] Argumentum suum aliunde desumunt alii scriptores; mihi ipse materiam suppeditavi, qui calamitatis meæ sum auctor.

11 *Caystrius*] Cycnus, Caystrum Asiæ fluvium non longe ab Epheso frequentans.

12 *Dicitur*] Et quidem falso: verum, siquidem Apollini sacra avis, et tam pulchre candida, Poëtæ canoram vocem ex rauca facere non dubitarunt.

14 *Tacitum*] Exequias suas celebrare se dicit.

16 *Quod*] Pro *ut*, novo atque inusitato modo: quod hic tamen non tam alienum videtur.

Digitized by Google

Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Aptior, ingenium come, Tibullus erit.
Atque utinam numero ne nos essemus in isto!
Hei mihi! cur unquam Musa jocata mea est?
Sed dedimus pœnas: Scythicique in finibus Istri
Ille pharetrati lusor Amoris abest.
Quod superest, animos ad publica carmina flexi;
Et memores jussi nominis esse sui.
Si tamen e vobis aliquis, tam multa, requiret,
Unde dolenda canam: multa dolenda tuli.
Non hæc ingenio, non hæc componimus arte.
Materia est propriis ingeniosa malis.
Et quota Fortunæ pars est in carmine nostræ?
Felix, qui patitur, quæ numerare valet!
Quot frutices sylvæ, quot flavas Thybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet:

idoneus ad ea, atque Propertius lenis oris: Tibullus, ingenium elegans, erit magis idoneus. Atque utinam ne nos essemus in isto grege! Hei mihi! quamobrem mea Musa unquam lusit? Verum luimus pœnas; et ille lusor Amoris pharetrati abest in finibus Danubii Scythici. Quod reliquum est, flexi animos ad versus communes, et imperavi recordari famæ suæ. Si tamen aliquis e vobis petat unde scribam tam multa lugenda: passus sum multa lugenda. Non hæc deducimus ingenio, neque arte. Argumentum est ingeniosum propriis malis. Et quantula pars infortunii nostri est in versibus? Beatus qui patitur quæ potest enarrare! Quot plantas sylvæ habent, quot Tybris fulvas arenas, quot campus Martis teneras herbas, tot

quod ista legat. Heins.—18 Sic pr. Pol. pr. Pal. pr. V. et quatuor ex optimis: vulg. edebatur *Atque alii quorum nomina magna vigent;* et quædam Edd. *Et plures quor.*—19 *Ne nos* ex pr. Pal. placet Heins. præ vulg. *nos non*, vel *non nos:* Heins. etiam conj. *nec nos.*—20 *Jocata* Heins. recepit ex Comb. et Fragm. V. pro vulg. *locuta.*—22 *Abest* meliores, teste Heins. alii *adest.*—23 *Animos* ex pr. Pol. et Ro. vulg. *socios:* pr. V. *animum.*—24 Pr. Pol. et Ro. exhibent *sui;* alii *mei:* Burm. conj. *juss. criminis ess. sui.*—29 Malebat Heins. *At quota.* Sex etiam scripti *carm. nostro.* Mor. *Et quota pars nostræ fortunæ in carmine nostro est.*—30 *Valet* ex Comb. ceteri *potest.*—31 Lov. *fulvas* pro *flavas:* Heins. malebat *flavus.*—33 Leid. *Millia quot.*—34 Heins. mallet *Pieridumq.*

NOTÆ

19 *Isto*] Auctorum blandorum, qui amatoria et delicias scripserunt.

22 *Ille*] Sese ipse irridet Naso.

23 *Publica*] Quæ omnes tuto possint legere; neque in auctorem suum derivent calamitatem.

26 *Unde*] Quo ex fonte hauriam: qua arte tot dicenda inveniam.

28 *Materia ingeniosa*] Immo ingeniosissime materiæ ingenium attribuit.

30 *Felix*] Quia paucula fuerint quæ numeraverit, cum iis collata quæ passus est Naso.

32 *Martis*] In quo curulia atque equestria certamina, aliaque, exhibe-

Digitized by Google

Tot mala pertulimus: quorum medicina quiesque
  Nulla, nisi in studio, Pieridumque mora est.
Quis tibi, Naso, modus lacrymosi carminis? inquis.
  Idem, Fortunæ qui modus hujus erit.
Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat:
  Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.
At mihi si cara patriam cum conjuge reddas;
  Sint vultus hilares, simque quod ante fui,
Lenior invicti si sit mihi Cæsaris ira;
  Carmina lætitiæ jam tibi plena dabo.
Nec tamen ut lusit, rursus mea litera ludet:
  Sit semel illa meo luxuriata malo.
Quod probet Ipse, canam: pœnæ modo parte levata
  Barbariem, rigidos effugiamque Getas.
Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?
  Tibia funeribus convenit ista meis.

mala passi sumus: quorum nulla medicina est aut solatium nisi in studio et mora Musarum. Quis, ais, tibi modus versuum flebilium, Naso? Idem qui erit modus hujus sortis. Illa mihi præbet de fonte exundante quod doleam: neque ista verba sunt mea, sed sortis meæ. At si mihi restituas patriam cum dilecta uxore, facies sit læta, simque quod fui prius. Si ira invicti Cæsaris sit mihi mitior exhibebo tibi versus plenos jucunditatis. Neque tamen mea litera rursus jocabitur ut jocata est: illa semel sit luxuriata suo ludo. Cantem quod Ipse laudet; modo parte supplicii imminuta deseram barbariem et sævos Getas. Interea quid faciant nostri libelli, nisi luctuosum? Ista tibia apta est meis exequiis. At, dicis, poteras me-

choro.—37 Lov. *Quæ queror;* Mor. Lov. et Bersm. *Quod queror.*—38 Unus liber *verb. sinistra mei.*—43 Editi multi *Non tamen;* Serv. *Nec prius ut:* Be. *ut lusit quondam mea.*—44 Pro *meo...malo* vulgo scribebatur *joco...meo;* in Ha. *joco...suo;* quod Heins. placebat, nisi quod scribendum putabat *Sat semel illa j. l. suo est:* Tanaq. Faber in Epist. 1. 67. *Sit satis illa malo l. meo;* quod Zulichemianæ membranæ confirmant, in quibus *Sit semel illa meo l. malo:* reliqui castigatiores, teste Heins. *semel* non *satis.* Ms. Bersm. *Sic tamen illa suo l. joco.*—45 Leid. *Quæ probet illa can.* At Mor. *probat;* et pr. V. et tres alii *ipsa.* Deinde Jun. *part. soluta.*—46 Multi editi *Barbariam, rigid.*—47 Pro *agant* Heins. conj. *dent;* nam Comb. *agent:* idem codici suo ascripserat *quid*

NOTÆ

bantur, ut fere Romanæ militiæ schola esset.

34 *Mora*] Musæ vero animum maxima voluptate demulcent, quæ gratissima quæque oculis ejus subjiciunt: vixque alia sincera esse potest.

43 *Nec*] Amatoria non scribam.

45 *Ipse*] Cæsar, qui in excutiendis meis scriptis usque adeo antea severus fuit.

48 *Tibia*] Ad cujus lugubrem sonum Majores funera efferre consueverant. Per tibiam autem triste scribendi genus intellige.

Digitized by Google

At poteras, inquis, melius mala ferre silendo;
Et tacitus casus dissimulare tuos.
Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur;
Acceptoque gravi vulnere flere vetas.
Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, et bovis ore queri.
Cum Priami lacrymis offensus non sit Achilles;
Tu fletus inhibes, durior hoste, meos.
Cum faceret Nioben orbam Latoia proles,
Non tamen et siccas jussit habere genas.
Est aliquid, fatale malum per verba levare:
Hoc querulam Procnen Halcyonenque facit.
Hoc erat, in gelido quare Pæantius antro
Voce fatigaret Lemnia saxa sua.

lius tolerare mala tacendo; et silens tegere tuum infortunium. Imperas, ut nulli gemitus sequantur cruciatus; et prohibes ejulare crudeli plaga adacta. Ipse Phalaris concessit reddere mugitus in ære Perilleo, et conqueri ore tauri. Cum Achilles non sit læsus fletibus Priami; tu vetas lacrymas meas, sævior hoste. Cum progenies Latonæ redderet Nioben orbam, non tamen etiam imperavit habere genas aridas. Est aliquid, malum fatale minui per voces. Istud facit Procnen et Halcyonem querulam. Istud erat quamobrem Pæantius obstreperet petris Lemniis sua

ament.—53 Lov. *in ore.*—55 Lov. *lacr. non est offensus A.*—56 Multi editi *Tun' flet.* cum nota interrogationis.—57 *Latoia* est ex Heins. conj. vulg. *Latonia.*—58 Pro *Non* Heins. volebat *Num.* Mox Bersm. Ms. *hæc* pro *et;* decem scripti et Edd. vett. *hanc;* Jun. et duo alii *huic.*—59 Excerpt. Voss. *meum* pro *malum.* Mox Heins. cum uno Pat. rescribere vellet *verb. levari.*—60 Malim, *Hoc querulas.* Heins. *Hæc querula* Medic. *hoc querula Brognes Alcionesque* Bonon. et prim. Palat. *Halcyonasque* edit. Micyl. Cod. Servii: *Alcimedemque* Lovan. ut mater Jasonis intelligatur, cujus vox 'planctus supereminet omnes' apud Valer. Flac.

NOTÆ

49 *Melius*] Videtur equidem generosius: ceterum frustra sunt qui ita absolute suadent. Sed dissertationem integram, non notulam, sibi expetit istud Argumentum.

53 *Perilleo*] Perillum in præcedentibus vidimus Tauri ænei fabricatorem, quo Siculus tyrannus sibi invisos supposito igne torquebat.

55 *Lacrymis*] Quibus victus Achilles Hectoreum corpus patri reddidit.

56 *Durior*] Namque hostem Priamum Achilles flere non prohibuit.

57 *Nioben*] Hanc Tantali filiam vide in Metam. ubi Apollinem et Dianam, Latonæ prolem, illius confodere liberos eadem opera invenies.

59 *Est aliquid*] Egeritur vero, dum expletur, et lamentando quasi cumulatur dolor. Atque hic aliquid est ex intimo naturæ sinu tribus verbis non expediendum.

60 *Procnen*] Hujus Pandionis filiæ, atque Halcyones Ceycis uxoris, fabulas vide in Metam.

61 *Pæantius*] Philocteten quoque

Digitized by Google

Strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus:
Cogitur et vires multiplicare suas.
Da veniam potius; vel totos tolle libellos;
Hoc, mihi quod prodest, si tibi, lector, obest.
Sed neque obesse potest: ulli nec scripta fuerunt
Nostra, nisi auctori perniciosa suo.
At mala sunt fateor. Quis te mala sumere cogit?
Aut quis deceptum ponere sumta vetat?
Ipse nec emendo: sed ut hic deducta legantur:
Non sunt illa suo barbariora loco.
Nec me Roma suis debet conferre poëtis.
Inter Sauromatas ingeniosus ero.
Denique nulla mihi captatur gloria, quæque
Ingenio stimulos subdere Fama solet.
Nolumus assiduis animum tabescere curis:
Quæ tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.

voce in spelunca frigida. Dolor repressus suffocat, atque intus sævit, et cogitur augere vires suas. Ignosce, vel potius remove totos libellos, si quod me juvat, Lector, illud tibi nocet. Verum neque potest nocere: neque scripta nostra cuiquam fuerunt exitialia nisi auctori suo. At mala sunt, agnosco: quis subigit te capere mala? vel quis prohibet falsum omittere accepta? Neque ipse hæc mitto: sed ut composita hic legantur. Illa non sunt truculentiora suo loco. Neque Roma debet me componere suis vatibus. Ero ingeniosus inter Sauromatas. Denique nulla laus a me quæritur, aut nomen quod consuevit subjectare calcaria ingenio. Nolumus mentem deficere perpetuis anxietatibus, quæ tamen impetum faciunt, et subeunt quo

1. 317. sed non puto.—63 Plurimi scripti et quidam editi *atq. cor æstuat intus:* duo alii cum pr. V. *atq. æstuat intus:* Bersmannus conjiciebat *atq. cor ustulat intus.*—66 Ex Fr. Burm. scribit *Hoc...si:* Vulg. *Si...hoc:* pr. Pol. pr. V. pr. Pal. et tres alii *Sic...si:* Heins. conj. *Id...si.*—70 Unus V. *quid* pro *quis.*—71 Pr. V. pr. Pol. et duo alii *Ipsa* pro *Ipse.* Unus lib. *Ipsaque non laudo;* alius *Ipseque non mando:* et Be. cum edd. nonnullis *Ipse nec hoc mando.* Mox Jun. et tres alii *hinc* pro *hic;* alii *hic, huc, hæc, et.*—74 Jun. et quidam alii *Sarmaticos.* Mox *ero* ex multis vett. Heins. profert; sed conj. *eo:* vulg. *eram.*—75 Leid. *mih. captantur secula, quæq.*—76 Meliores *Ingenii stimul.*

NOTÆ

Pæantis filium habes in Metam.

62 *Lemnia*] In Lemno insula relictus fuerat.

63 *Strangulat*] Optime dicit. Quanquam tamen si cui dabitur devorare atque excoquere dolorem, ille omnium optime fecerit, et sibi consuluerit.

67 *Nec scripta*] Falsum istud: namque illis maxime perniciosa amatoria ejus fuerunt qui inde gliscentem ultro flammam irritaverunt.

69 *Fateor*] Per concessionem istud et figuram Rhetoricam dicitur, quod aliter non satis ex auctoris mente intelligas.

70 *Deceptum*] Qui, priusquam le-

Digitized by Google

Cur scribam, docui: cur mittam, quæritis, istos?
Vobiscum cupiam quolibet esse modo.

prohibentur. Dixi quamobrem scribam; petitis quamobrem mandem istos? Voveam esse vobiscum quoque modo.

teste Heins. qui etiam conj. *Ingeniis.* Tum R. *stimul. addere F.*—79 Tanaq. Faber *quær. istoc,* quia *istos* nihil habet quo referatur.—80 Jun. *Vob. cupio quol.*

NOTÆ

gisses, bona esse præsumebas.
78 *Quoque*] Quippe quæ mentem subeunt, illamque percellunt.
79 *Istos*] Libellos, scil.

ELEGIA II.

ARGUMENTUM.

Ad uxorem scribens, dicit se corpore bene valere, quamvis mente langueat. Ostenditque dolorem eundem esse qui primo fuit cum relegatus sit ab Augusto. Postea commemorat incommoda, quibus sine fine conficitur. Et quandoquidem levis sit exilii causa, et magna Cæsaris clementia, pro marito roget hortatur: nec ullam sibi spem relictam quam Augusti clementiam.

Ecquid, ut e Ponto nova venit epistola, palles;
Et tibi solicita solvitur illa manu?
Pone metum; valeo: corpusque, quod ante laborum
Impatiens nobis invalidumque fuit,
Sufficit, atque ipso vexatum induruit usu.
An magis infirmo non vacat esse mihi?

Nonne, statim atque novæ literæ adsunt ex Ponto, pallescis? atque illæ a te aperiuntur manu anxia? Omitte timorem; valeo: atque corpus, quod prius nobis fuit impatiens laborum et infirmum, constat, et lacessitum confirmatum est ipsa ex-

1 Novem scripti *ubi* pro *ut:* et Mor. et Lov. *a P.* sex *Hæc ubi de P.* Tum duo scripti *tibi ven.*—2 Codd. et pr. Edd. *Et nisi;* Burm. conj. *Nec, nisi.* Deinde tres libri *ista* pro *illa.*—3 Be. Leid. et Pal. *ant. laboris.*—5 Gottorph. *et longo:* vid. Amor. II. 19. 23. et Pont. III. 6. 53. *Sufficit, atque animo* Polit. Versu sequenti Francof. et alii quidam, *An magis infirmo nunc vacat esse mihi?*

Digitized by Google

Mens tamen ægra jacet, nec tempore robora sumsit:
  Affectusque animi, qui fuit ante, manet.
Quæque mora spatioque suo coitura putavi
  Vulnera; non aliter, quam modo facta, dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,
  Grandibus accedunt tempore damna malis.
Pæne decem totis aluit Pæantius annis
  Pestiferum tumido virus ab angue datum.
Telephus æterna consumtus tabe perisset,
  Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem.
Et mea, si facinus nullum commisimus, opto
  Vulnera qui fecit, facta levare velit.
Contentusque mei jam tandem parte laboris,
  Exiguum pleno de mare demat aquæ.

perientia et periculo. An non mihi concessum esse amplius invalido? Animus tamen infirmus prostratus est, neque confirmatus mora: et status mentis qui prius fuit, perstat. Et plagæ quas credidi coalituras sua mora atque tempore, non secus dolent quam modo inflictæ. Nimirum longa vetustas minuit levia mala, gravia augentur spatio. Pæantius tulit fere integris decem annis sævam plagam impactam a serpente turgido. Telephus obiisset confectus lue insanabili, nisi manus, quæ obfuit, auxilio fuisset. Voveo etiam, siquidem nullum flagitium admisimus, ut qui inflixit meas plagas velit sanare inflictas. Atque jam tandem expletus parte meæ pœnæ,

Nam magis unus: *At magis* Jun. Leid. et alius. *En magis* Moreti et tres alii, et Margo Gryph. et ita edidit Micyll. *Et* Regius, tres alii, Excerpt. Voss. et minor Gryph. Ed. *Ah magis* unus: *nunc vacat* Politian. Forte legendum totum distichon hoc modo; *Sufficit. An longo vexatum induruit usu? An minus infirmo nunc vacat esse mihi? Minus* et *magis* passim confuderunt librarii. *Burm.* —7 Heins. malebat *robor. sumit.*—9 Excerpt. Voss. *suo coëunda put.*—11 Be. et alius *annosa senectus.*—14 Lov. *subita* pro *tumido;* et Mor. *magno* pro var. lect. *Virus* pr. Edd. et unus V. cum Arund. quod Burm. prætulit vulg. *vulnus,* quia 'vulnera' mox sequitur.—15 P. *Tel. æternum:* tum Lov. *confusus;* et unus *peste;* et alius *morte.*—18 Leid. *quæ* pro *qui.*—19 *Laboris* ex sex libris magis Heins. arridet, quam vulg. *doloris.*—20 Be. et tres alii *Exiguam... aquam.* Pro *demat* tres libri *carpat;* unus *tractet;* alius *sumat;* Serv. *tollat.*—

NOTÆ

6 *An magis*] Ex eo forte sese suspicatur bene valentem, quod morbus augeri non possit.

14 *Angue*] Cujus veneno infectæ fuerant sagittæ Herculis, quarum una Philoctetes vulneratus; ut dictum in Metam.

15 *Telephus*] Herculis fuit filius, rex Mysorum, ab Achille vulneratus, cujus hasta aut certe ferri rubigine sanatus est. De eo autem in Amoribus.

20 *Mare*] Jam in superioribus se toto obrutum mari dixit.

Digitized by Google

Detrahat ut multum, multum restabit acerbi:
  Parsque meæ pœnæ totius instar erit.
Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
  Quotve soporiferum grana papaver habet:
Sylva feras quot alit, quot piscibus unda natatur;
  Quot tenerum pennis aëra pulsat avis;
Tot premor adversis. Quæ si comprendere coner,
  Icariæ numerum dicere coner aquæ.
Utque viæ casus, ut amara pericula ponti,
  Ut taceam strictas in mea fata manus;
Barbara me tellus, orbisque novissima magni
  Sustinet; et sævo cinctus ab hoste locus.
Hinc ego trajicerer, (neque enim mea culpa cruenta est,)
  Esset, quæ debet, si tibi cura mei.
Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est,
  Sæpe suo victor lenis in hoste fuit.
Quid dubitas? quid tuta times? accede, rogaque.
  Cæsare nil ingens mitius orbis habet.

tollat paululum liquoris de pleno æquore. Quamvis multum auferat, multum supererit immitis; et pars mei laboris erit instar totius. Quot littora habent conchas, quot rosaria amœna habent *flores, aut papaver somniferum grana; quot nemus nutrit feras, quot piscibus aqua agitatur, quot pennis volucris sulcat mollem aërem; tot urgeor malis: quæ si nitar in unum cogere, nitar numerare aquam Icariam. Et tametsi omittam pericula itineris, atque acerba discrimina maris, et manus paratas in meam mortem; terra barbara, et ultima vasti mundi me tenet, atque locus septus hoste. Ego hinc mutarer, (neque enim meum peccatum est capitale,) si tibi esset solicitudo de me, quæ deberet esse. Ille Deus, quo Imperium Romanum fretum est, victor sæpe fuit mitis in suo hoste. Quid hæres? quid vereris tuta? Accede, et*

---

21 Pr. Pal. pr. V. et tres alii *restab. acervi:* Heins. malit *acervo;* scil. pœnæ. —23 *Quot enos ptua* prim. Polit. *quot enos hostia* Rottendorph. *quod amenos hostia* prim. Vatic. et prim. Palatinus. Puto scribendum, *Pæstana rosaria flores:* sic 'Pæstanæ rosæ' Pont. II. Eleg. IV. et 'biferi rosaria Pæsti' apud Maronem. 'Pæstana rosaria' habes apud Marcianum Capellam lib. VI. bis terve. Ennodius: 'Pæstanis pariter depingit terga rosetis:' quanquam 'amœnas rosas' dixit Apuleius Met. XL. *Heins.*—26 *Quot* Heins. recepit ex scriptis pro vulg. *Quod.* Tum Mor. *liquidum penn.* et multi editi *et tenerum.* Malit etiam Heins. *sulcat* pro *pulsat.*—27 Leid. *quot* pro *quæ;* et mox *deprendere conor:* multi alii etiam *conor.*—28 Comb. *Icar. numeros dic.* et Leid. *nimium dic. conor;* alius etiam *cogor.*—33 V. *eg. transigerer, neq.*—35 Pro *nixa* Comb. *firma* vel *nisa;* unus *nota;* alius *fixa;* Leid. *mista.*—37 Multi

NOTÆ

28 *Icariæ*] Pro quovis mari illud posuit, cui Icarus Dædali filius clade sua nomen dedit.

33 *Cruenta*] Id est, Quæ sanguinem meum, ob capitale flagitium, deposcat.

Digitized by Google

Me miserum! quid agam, si proxima quæque relinquunt?
  Subtrahis effracto tu quoque colla jugo?
Quo ferar? unde petam lapsis solatia rebus?
  Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.
Viderit: ipse sacram, quamvis invisus, ad aram
  Confugiam: nullas summovet ara manus.
Alloquor en absens præsentia numina supplex:
  Si fas est homini cum Jove posse loqui.
Arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos
  Ausoniæ curam gentis habere Deos:
O decus, o patriæ per te florentis imago;
  O vir non ipso, quem regis, orbe minor;
Sic habites terras, sic te desideret æther!
  Sic ad pacta tibi sidera tardus eas!

precare: vastus mundus nihil habet lenius Cæsare. Me infelicem! quid faciam, si omnia mihi *junctissima* me *deserunt? Tu etiam surripis cervicem jugo disrupto? Quo concedam? unde inveniam levamen afflictis rebus? Nulla anchora jam tenet nostram navem. Consuluerit: quanquam odiosus, ipse* tamen *ad altare confugiam: altare nullas manus repellit. Ecce absens supplex alloquor Deum præsentem; si fas est homini posse alloqui Jovem. Arbiter imperii, quo incolumi certum est omnes Deos gerere curam populi Itali; o gloria, o imago patriæ per te florentis; o vir non minor ipso mundo quem temperas; ita incolas terras, et cœlum te cupiat! ita*

scripti cum vulgatis *dub. et tut.* ex tribus vett. Heins. rescripsit *quid*, quod nervosius videtur.—39 Quinque Libri *quæq. relinquent*; tres *relinquant*; Be. *relinquet*.—40 *Effracto* Heins. recepit ex pr. Pol. et quatuor aliis pro vulg. *et fracto*: pr. V. *efracto*; Lov. *infracto*.—41 Multi editi et scripti *lassis* pro *lapsis*.—42 Strozzæ *foret* pro *tenet*.—43 Heumannus in Parergis Criticis p. 117. legit *Ni petis, ips.* improbante Burm.—45 *Alloquor* potiores, teste Heins. alii *Alloquar*. Tum Lov. *heu præsens præsentia*: Heins. corr. *præsentia*, nam in vulgatis erat *absentia*: Voss. Excerpt. *cœlestia*.—49 Unus Gallicanus *te fulgentis imag.*—51 Olim legebatur *Sic habites terras, et te*: Be. et tres alii *Sic habitet terras, sic*; et duo cum Edd. Mycill. et Gryph. *terram sic*: Ms. Bersm.

NOTÆ

35 *Deus*] Augustus.

39 *Relinquunt*] Deserunt et destituunt me amici atque propinqui.

42 *Anchora*] Eleganti metaphora sese cuivis periculo objectum, sine omni auxilio, ostendit.

43 *Viderit*] Proverbialis locutio, in rebus deploratis, quasque tuto consilio non licet exequi. Gallice fere dicimus in hanc sententiam, *Qu'il aille comme il pourra*. Quanquam refertur istud magis ad Augustum.

Aram] Acutissime, ex honore quem Augusto præstat, sibi ad deprecationis audaciam viam sternit.

45 *Absens præsentia*] Ingeniose, si quicquam aliud: namque et verecundiam habet hæc antithesis ad petendum, et Cæsari quasi Deo adblanditur.

49 *Imago*] Repræsentatio publicæ felicitatis.

Digitized by Google

Parce, precor: minimamque tuo de fulmine partem
Deme: satis pœnæ, quod superabit, erit.
Ira quidem moderata tua est; vitamque dedisti:
Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abest.
Nec mea concessa est aliis fortuna: nec exul
Edicti verbis nominor ipse tui.
Omniaque hæc timui, quia me meruisse videbam:
Sed tua peccato lenior ira meo est.
Arva relegatum jussisti visere Ponti,
Et Scythicum profuga findere puppe fretum.
Jussus ad Euxini deformia littora veni
Æquoris. Hæc gelido terra sub axe jacet.
Nec me tam cruciat nunquam sine frigore cœlum,
Glebaque canenti semper obusta gelu;
Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinæ;
Graiaque quod Getico victa loquela sono;

serus concedas ad astra tibi promissa! ignosce, oro; atque detrahe minimam partem tuo fulmini: quod supererit erit satis supplicii. Ira tua est quidem temperata, et indulsisti vitam: neque mihi jus civis, neque nomen desideratur. Neque sors mea est data aliis: neque ego appellor exul verbis edicti tui. Atque metui hæc omnia, quia videbam me dignum esse: sed ira tua mitior est meo delicto. Imperasti me *pulsum concedere in campos Ponticos, et sulcare mare Scythicum navi profuga. Jussus accessi ad horrida littora Ponti Euxini. Hoc solum porrectum est sub polo frigido. Neque aër nunquam sine frigore, et cespes semper adustus gelu albo tam me torquet, et quod lingua barbara est ignara soni Latini, et quod sermo*

terras ut te; et Voss. *et te.*—52 In quibusdam *ad parta tib.* Deinde quidam alii *serus* pro *tardus.* Be. *Sic tu tardus eas ad sidera pacta tibi.* 'In Vaticano codice lectio singularis, *Sic ad pacta tibi sidera sidus eas:* quod argutum sane; si de Apotheosi capiatur, qua credebantur animæ in Deos relatorum novum sidus fieri. Virg. Georg. I. 32.' *Burm.*—59 An non mollius *Omnia quæ timui?* Burm. Tum in vulgatis erat *quoniam mer. videbar:* Heins. dedit *quia me mer. videbam* ex pr. Pol. pr. V. pr. Pal. et tribus aliis ex melioribus: Be. *quam me mer. videbar;* et Leid. *quoniam mer. putavi.*—60 Leid. Pal. et Bersm. *pecc. mollior ir.*—62 *Findere* Heins. recepit ex sex scriptis pro vulg. *scindere.*—65 Leid. *vitiat* pro *cruciat.* Mox Jun. *nunq. sub frigore,* et unus *nunq. sine sidere.*—66 Leid. *Glebaq. duranti semp.* Tum plurimi Mss. et Bersm. *adusta gel.*—67 Multi scripti *quam* pro *quod:* et sex *Nescia quam vocis quod.*—68 Pro *victa* alii *juncta;* nonnulli etiam *mista* vel *mixta.* Sex quoque *querela son.* Multi

NOTÆ

56 *Nomen*] Quia civis adhuc dicor.
57 *Fortuna*] Bona.
68 *Victa*] Quia Græci qui illuc concesserant coacti denique usu atque barbarorum commercio linguam suam corrumpere.

Digitized by Google

Quam quod finitimo cinctus premor undique Marte;
  Vixque brevis tutum murus ab hoste facit.
Pax tamen interdum, pacis fiducia nunquam est.
  Sic nunc hic patitur, nunc timet arma, locus.
Hinc ego dum muter, vel me Zanclæa Charybdis
  Devoret, aque suis ad Styga mittat aquis:
Vel rapidæ flammis urar patienter in Ætnæ:
  Vel freta Leucadii mittar in alta Dei.
Quod petitur; pœna est: neque enim miser esse recuso;
  Sed precor, ut possim tutius esse miser.

Græcus est superatus voce Getica; quam quod septus urgeor undiquaque bello vicino; vixque exiguus murus defendit ab hoste. Nonnunquam tamen est pax, nunquam fiducia pacis. Itaque hic locus modo sentit, modo metuit arma. Dum hinc trajiciar, vel Charybdis Zanclea me absorbeat, et mittat ad Inferos suis aquis; vel ardeam patienter in ignibus ferventis Ætnæ: vel dejiciar in profunda maria Dei Leucadii. Quod poscitur est supplicium; neque vero denego esse infelix: sed posco ut possim esse infelix securius.

editi *son. est.*—69 Ed. pr. *Quam quod si nimio cinct.* At Pol. V. et tres alii *finitima...morte.*—70 *Tutum* ex Pat. Heins. rectius putat quam vulg. *tutos.*—72 In vulgatis erat *Sic hic nunc:* in Be. *Sic hoc;* in P. *Hic sic;* in Leid. *Ergo hic:* Burm. legit *Sic nunc hic,* quia mollius videtur.—73 Unus Gallicus *moveor* pro *muter.* Deinde Be. et multi Codd. Excerpt. Voss. Edd. Mycill. Gryph. et aliæ *Panchæa C.* quidam *Panthæa.*—74 *Aque* ex Heins. emend. vulg. *atque:* Lov. *inque.*—76 Uterque Pol. pr. V. opt. Med. et R. *Leucadio... Deo;* Heins. conj. *modo.* Alter etiam Pol. *apta* pro *alta.*—77 *Petitur* Heins. rescripsit ex duobus vett. pro vulg. *petimus:* unus *patitur,* et multi *patimur.* Mox V. *ess. recusem.*

NOTÆ

69 *Marte*] Bello, quod a Barbaris imminet semper.

73 *Zanclæa*] Quia non longe a Zancle, Siciliæ oppido, gurges immanis seu vorago illa in quam mutata dicitur Charybdis mulier rapacissima.

74 *Styga*] Inferos, apud quos illa palus. Charybdis vero vorticibus suis in profundum naves trahere dicebatur.

75 *Ætnæ*] Qui mons est Siciliæ, ignibus quos eructat maxime celebratus. Ceterum, dum extrema quæque, et maxime formidabilia, videtur arcessere Naso, callide loca indicat in quæ potuisset et vellet relegari.

76 *Leucadii*] Qui in insula Leucade colebatur, de qua ne pigeat videre quæ de ejus promontorio in superioribus ipse Naso. Apollo autem hic intelligitur.

Digitized by Google

ELEGIA III.

ARGUMENTUM.

QUERITUR Ovidius quod cum Bacchi festum celebretur sibi una cum ceteris poëtis Romæ esse non liceat, ut antea solebat: miraturque illum sibi uni ex ejus cultoribus non opem tulisse. Demum illum, studiique consortes poëtas, precatur ut a Cæsare reditum impetrent.

ILLA dies hæc est, qua te celebrare poëtæ,
(Si modo non fallunt tempora) Bacche, solent:
Festaque odoratis innectunt tempora sertis,
Et dicunt laudes ad tua vina tuas.
Inter quos, memini, dum me mea fata sinebant,
Non invisa tibi pars ego sæpe fui.
Quem nunc suppositum stellis Cynosuridos Ursæ
Juncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
Quique prius mollem, vacuamque laboribus, egi
In studiis vitam, Pieridumque choro;

Hæc est illa dies, qua Vates consueverunt te colere, Bacche, si modo tempora non me *decipiunt: atque illi redimiunt læta tempora sertis fragrantibus, et canunt laudes tuas ad tua vina. Inter quos, recordor, dum mea sors me ferebat, ego fui sæpe pars tibi non odiosa. Quem nunc submissum stellis Ursæ Erymanthidos tractus Sarmaticus proximus ferocibus Getis tenet. Quique antea duxi vitam levem et otiosam in studiis et corona Musarum, jam longe a patria circumstrepor armis Ge-*

3 Comb. *Lætaque.* Tum V. *adornatis*, et tres *adoratis.* Duo *innectant*, et alius *invertunt.* Denique Jun. *temp. sacris.*—4 Heins. mallet *ad sua vin.* Et pro *vina* unus *festa*; alius *jussa*; Leid. *sacra:* Heins. conj. *musta.*—6 Alii *magna* pro *sæpe.*—7 Alii *stell. Erymanthidos U.*—9 Pol. *Quæque pr.* et alius *Quamque.*

NOTÆ

1 *Qua*] Decimo quinto Kalendas Apriles Bacchi festum celebrabatur; de quo fusius in Fastis.

4 *Tua*] Quæ a te inventa in tuum funduntur quoque honorem.

5 *Sinebant*] Non relegatus.

7 *Cynosuridos*] Lego *Erymanthidos.* Ab Erymantho Arcadiæ monte Callistonem Lycaonis filiam nomen habuisse jam sæpe vidimus; quæ in ursam mutata, deinde in cœlum translata fuit.

8 *Crudis*] Feris atque crudelibus.

Digitized by Google

Nunc procul a patria Geticis circumsonor armis,
  Multa prius pelago, multaque passus humo.
Sive mihi casus, sive hoc dedit ira Deorum;
  Nubila nascenti seu mihi Parca fuit:
Tu tamen e sacris hederæ cultoribus unum
  Numine debueras sustinuisse tuo.
An dominæ fati quicquid cecinere Sorores,
  Omne sub arbitrio desinit esse Dei?
Ipse quoque æthereas meritis invectus es arces,
  Qua non exiguo facta labore via est.
Nec patria est habitata tibi: sed ad usque nivosum
  Strymona venisti, Marticolamque Geten:
Persidaque, et lato spatiantem flumine Gangen,
  Et quascumque bibit decolor Indus aquas.

ticis, passus antea plurima mari, plurimaque terra. Sive fortuna, sive ira Deorum, istud præbuit, sive Parca fuit atra mihi nascenti, tu tamen debueras defendisse tuo numine unum ex sacris cultoribus hederæ. An id omne quod sorores dominæ fati prædixerunt non pendet amplius ex nutu Deorum? Ipse quoque conscendisti arces cœlestes tuis *præclare gestis, qua via aperta est non parvo labore. Neque in patria permansisti; sed accessisti usque ad Strymonem nivalem, et Geten bellicosum, et Persidem, et Gangem, et quascumque aquas niger Indus potat. Nimirum Parcæ*

Leid. *Quiq. prior noll.*—15 Mycill. et Gryph. Edd. *sacr. me de cult.* et R. *ædis.* —16 Be. *Nomine deb.* Tum Lov. *sust. tuum.*—17 Lov. *quicq. fecere S.*— 18 Pro *Dei* Heins. præfert *Deum* ex Leid.—19 Pr. V. *æth. es merito vectus in arces;* et Pol. alter *evectus.* Tum alii *in,* vel *ad arces;* quidam etiam *in auras.*—20 Ex melioribus Heins. dedit *Qua;* vulg. *Quo.*—24 Alii *bib. discolor I.*

NOTÆ

13 *Hoc*] Quod exul miseram vitam ago.

14 *Nubila*] Atra; quæ filo nigro vitæ meæ seriem descripserit.

15 *Hederæ*] Quæ Baccho sacra, adeoque illum designat.

17 *Dominæ fati*] Parcæ tres, Lachesis, Clotho, et Atropos, quæ fatis dicuntur præesse.

18 *Desinit*] Fato omnia fieri non Stoici modo arbitrabantur, sed illi Jovem ipsum stare, cui nequidem quisquam Deorum resisteret, ex Poëtarum sententia passim, Virgilii inprimis, licet cognoscere.

19 *Ipse quoque*] Ut nihil mirum sit Poëtæ si ad cœlum via ardua sit contendendum. Quod utinam terræ affixi et sensibus devoti nostri plerique homines ne tam quidem intelligere reformidarent.

Æthereas] Cœlum; quo virtute sua Bacchus translatus est.

21 *Patria*] Thebæ.

22 *Strymona*] Qui fluvius est in Thraciæ atque Macedoniæ confinio, ex Hæmo monte decurrens.

Venisti] Atque victoriis peragrasti, *Marticolam*].Quia bellicosi.

23 *Persidaque*] Quam Asiæ regio-

Digitized by Google

Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcæ
  Stamina bis genito bis cecinere tibi.
Me quoque, si fas est exemplis ire Deorum,
  Ferrea sors vitæ difficilisque premit.
Illo nec levius cecidi, quem magna locutum
  Repulit a Thebis Jupiter igne suo.
Ut tamen audisti percussum fulmine vatem,
  Admonitu matris condoluisse potes.
Et potes, aspiciens circum tua sacra poëtas,
  Nescio quis nostri, dicere, cultor abest.
Fer, bone Liber, opem: sic altam degravet ulmum
  Vitis, et incluso plena sit uva mero.
Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava juventus
  Adsit, et attonito non taceare sono.

trahentes fila fatalia dixerunt hanc legem tibi bis nato. Siquidem licet ferri exemplis Deorum, conditio vitæ dura atque gravis me etiam urget. Neque levius procubui illo, quem superba locutum Jupiter deturbavit Thebis suo fulmine. Postquam tamen accepisti Poëtam ictum fulmine, potes indoluisse recordatione matris. Atque potes dicere, videns vates circa tua sacra, Nescio quis nostri cultor abest. Ades auxilio, bone Bacche; ita vitis oneret sublimem ulmum, et uva sit plena incluso vino. Ita alacris juventus Satyrorum te comitetur cum Bacchis; et non tacearis

—26 Strozzæ liber *Carmina* pro *Stamina*.—28 Unus Gallicus *vit. dissimilisque*.—29 Alii *melius* pro *levius*.—30 Septem libri *Depulit;* tres *Impulit;* Be. et duo *Expulit;* totidem *Obruit;* unus *Appulit;* alius *Attulit*.—31 Pro *percussum* Gallicus unus *dejectum;* quod Burm. placeret, si superiori vs. *Depulit* legeretur.—32 *Admonitu matris* Ciofan. protulit ex V. vulg. *Admonitis nostris:* in quibusdam, quos laudat Merula, *Admonitis matris:* Leid. *Demonitu.* Mox Be. *putes* pro *potes*.—33 Comb. *circa* pro *circum*. Tum duo V. *sua sacr.*—35 *Altam* meliores, teste Heins. vulg. *altera:* Lov. etiam *altum*.—36 Lov. *et infuso plen.*—37 Pro *gnava* quidam vett. *læta;* uterque Pol. *gnave:* multi

NOTÆ

nem subegit etiam Bacchus.

Gangen] Indiæ est fluvius maximus.

24 *Decolor*] 'Indiæ populus niger et mali coloris, ob nimium Solis ardorem.' Plin.

25 *Hanc legem*] Ut multis laboribus cœlum peteres. At enim non Parcæ modo, sed ipsa rerum natura, sed Dei Sapientia atque Bonitas ita opus esse facto aperte indicant.

26 *Bis*] Bis genitus, aut bimater, quare dicatur Bacchus, qui ex ventre Semeles, deinde et Jovis femore, prodiit, prolixe habes in Metam.

29 *Illo*] Capaneus est, de quo in superioribus; qui magnifica et superba dum jactabat, fulmine ictus est.

32 *Matris*] Semele namque, Bacchi mater, Jovis igne conflagravit: quæ de re in Metam.

35 *Ulmum*] Cui vitis innititur.

37 *Bacchis*] Quæ etiam thyrsis armatæ Bacchi exercitum secutæ dicuntur.

38 *Attonito*] Quia attoniti atque

Digitized by Google

Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi :
  Impia nec pœna Pentheos umbra vacet.
Sic micet æternum, vicinaque sidera vincat,
  Conjugis in cœlo Cressa Corona tuæ.
Huc ades, et casus releves, pulcherrime, nostros,
  Unum de numero me, memor, esse tuo.
Sunt Dis inter se commercia : flectere tenta
  Cæsareum numen numine, Bacche, tuo.
Vos quoque, consortes studii, pia turba, poëtæ,
  Hæc eadem sumto quisque rogate mero.
Atque aliquis vestrum, Nasonis nomine dicto,
  Deponat lacrymis pocula mixta suis :
Admonitusque mei, cum circumspexerit omnes,
  Dicat, Ubi est nostri pars modo Naso chori ?

sono attonito. Ita ossa securigeri Lycurgi male cubent : neque scelesti Manes Penthei careant supplicio. Ita Corona Cretensis tuæ uxoris in cælo æternum splendeat, et superet sidera proxima. Huc adsis, formosissime, atque minuas nostrum infortunium, recordans me esse ex tuis. Est familiaritas Diis inter se. Nitere emollire numen Cæsareum numine tuo, o Liber. Vos etiam vates, pius cœtus, consortes studii, orate singuli hæc eadem vino capto. Atque aliquis vestrum, nomine Nasonis prolato, deponat pocula mista suis lacrymis : et mei admonitus, postquam circumspexerit omnes, dicat, Ubi est Naso nuper membrum nostri agminis ? Idque sic, si meri-

---

etiam cum nonnullis vett. Edd. *grata :* alii *Graia,* vel *prona,* vel *gnara,* vel *ignava,* vel *sacra.*—39 Be. pro *pressa* exhibet *tecta.*—42 Heins. recepit *Cressa* ex Zulich. alii cum vulgatis *clara.*—43 Lege *ut cas. releves ;* vel *et cas. releva.* Heins. Pro *casus* Lov. habet *curas,* et mox *nostras.*—44 Ciofan. ex V. profert *me ;* vulg. *sis ;* et Jun. *fac.* Unus liber *me memorare tuo.*—46 Be. *nomen* pro *numen.*—47 Lov. *consort. studio, pia.*—50 Scripti plurimi *Opponat,* vel *Appo-*

NOTÆ

furentes qui Bacchi thyrso tacti, sacra ejus maximo strepitu cum cymbalis atque tympanis celebrabant.

39 *Lycurgi*] Hujus Thraciæ regis, qui sibi crura amputavit, cum vites conaretur incidere, fabulam habes in Metam.

40 *Pentheos*] Diverse de eo scripserunt. Noster ab Agave matre Echionis uxore, ejusque sororibus in furorem versis, laniatum ideo scripsit quod Liberi patris sacra aspernatus esset.

42 *Cressa*] Ariadne namque, Minois filia, Cretensis fuit, cujus corona in cœlum translata. Hujus fabulam habes in primo de Arte amandi.

43 *Pulcherrime*] Bacchus vero juxta cum Apolline imberbes et virginea facie pinguntur.

47 *Pia*] Qui non Musarum modo, sed et Deorum sacerdotes.

48 *Sumto*] Postquam pocula libaveritis.

Digitized by Google

Idque ita; si vestrum merui candore favorem:
Nullaque judicio litera læsa meo est.
Si, veterum digne veneror cum scripta virorum,
Proxima non illis esse minora reor.
Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:
Quod licet, inter vos nomen habete meum.

tus sum vestram benevolentiam candore; nullaque litera est spreta meo judicio. Si quando digne celebro scripta antiquorum virorum, arbitror recentiora non esse illis inferiora. Ita ergo ducatis carmen favente Apolline: habete nomen meum inter vos quod conceditur.

nat lacr. unus etiam *Componat.*—53 Plurimi *Id quoque, si*; Mor. *Atque ita*: Heins. volebat *Immo ita.*—54 Leid. *lecta* pro *læsa*; alius *tacta.*—55 Lov. et Leid. *vereor* pro *veneror.* Tum Jun. Leid. et plures alii *conscripta viror.*—57 Lov. *nostro* pro *dextro.*—58 *Habete* Heins. scribit cum melioribus; vulg. *habere.*

NOTÆ

54 *Nullaque*] Nullius scripta notavi.
56 *Proxima*] Vestra, scilicet.
57 *Dextro*] Propitio.
58 *Quod licet*] Nomine sim vobiscum, quandoquidem corpore propter Augusti iram non licet.

ELEGIA IV.

ARGUMENTUM.

Epistolam ab Euxino littore Romam venisse, coramque laudare amici fidem, inducit Ovidius. Eum postremo precatur ut se constanter tueatur.

Littore ab Euxino Nasonis epistola veni,
Lassaque facta mari, lassaque facta via.
Qui mihi flens dixit, Tu, cui licet, aspice Romam.
Heu quanto melior sors tua sorte mea!

Ego *Epistola Nasonis accessi a littore Euxino, et defessa mari, et defessa itinere; qui mihi dixit lugens, Tu, cui conceditur, vise Romam. Heu quanto fortuna tua*

2 Be. *Laxaque fracta via, laxaque facta mari.*—4 Mor. et Be. *Heu quantum*

Digitized by Google

Flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os est
  Ante, sed ad madidas gemma relata genas.
Tristitiæ causam si quis cognoscere quærit;
  Ostendi solem postulat ille sibi.
Nec frondem in sylvis, nec aperto mollia prato
  Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.
Quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto;
  Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.
Di facerent utinam, talis status esset in illo,
  Ut non tristitiæ causa dolenda foret.
Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros:
  More nec indomiti frœna recusat equi.

præstantior fortuna mea. Exaravit me etiam lugens: neque gemma qua signabar est ante admota ori, sed humidis genis. Si quis expetit intelligere causam mœroris, ille petit Solem sibi monstrari. Neque videt folia in sylvis, neque teneras herbas in vasto prato, neque aquas in exundante fluvio. Stupebit quamobrem Priamus mœreat Hectore sublato; vel quamobrem Philoctetes morsus a serpente queratur. Utinam Dii præstarent ea esset sors ejus, ut causa mœroris non esset deflenda. Tolerat tamen fortiter, ut debet, sortem iniquam: neque excutit frœna more equi

mel.—7 Pro *causam* Serv. *causas;* Mor. *carmen.*—8 *Postulet* Heins. malit cum Hamburg. et Arund.—9 Jun. Be. et alii cum pr. et aliis Edd. *Nec frondes sylv.* Deinde pro *aperto* Heins. conj. *aprico;* minime vero damnat vulgatum. —10 Pro *cernit* unus *quærit*, et Voss. *credat.* Decem etiam *aquam*, et sic pr. Ed.—11 Quinque scripti *H. tracto;* et Leid. *capto.*—12 Mor. *Ph. læsus ab ang.*—13 Hoc distichon vix Latinum est, et multo minus Ovidianum. *Heins.* Si eradatur hoc distichon, non video quomodo prioribus cohæreant sequentia: quare corruptum potius credo, et ita legendum; *Di Facerent utinam, vati status esset in illo, Ut mihi* (vel *sibi*) *tristitiæ causa docenda foret.* Utinam mihi, Poëtæ, status ille esset, ut liceret causam, minime manifestam, tristitiæ silere, sed cum illa sit omnibus nota, quia sum ejectus in ultimam barbariem, mallem in eo esset status meus, ut deberem docere causam tristitiæ, id est, ut in tali loco essem positus, cujus non pœniteret, si pœna crimini meo conferretur, et injuria me queri omnès dicerent. *Ut mihi* est in quinque scriptis et prima editione; *ne mihi* in duobus aliis: *ut sibi* in Vossiano, et duobus aliis. 'In illo' esse dicitur eleganter, pro, in illo loco; quam vocem sæpe librarii nimis diligentes addiderunt. Vid. Sigon. ad Liv. II. 17. Gron. ad lib.

NOTÆ

6 *Gemma*] Qua Poëtæ sigillum continebatur.

Relata] Ut humectaretur lacrymis, non linguæ humore, ut fieri mos est.

12 *Philoctetes*] Jam sæpius istum Herculis comitem vidimus; qui non modo illius sagitta una Hydræ felle tincta, quæ in pedem decidit, vulneratus est, sed insuper hydra morsus fuit, ut Sophocles aliique tradiderunt.

13 *Illo*] Nasone, scilicet. Sed distichon est adulterinum.

15 *Patienter*] Virtutis vero est maximæ, ut fortunam secundam moderate, ita adversam patienter ferre.

Digitized by Google

Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
  Conscius in culpa non scelus esse sua.
Sæpe refert, sit quanta Dei clementia: cujus
  Se quoque in exemplis annumerare solet.
Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civis;
  Denique quod vivat, munus habere Dei.
Te tamen, o, si quid credis mihi carior, ille,
  Omnibus, in toto pectore semper habet.
Teque Menœtiaden, te qui comitavit Oresten,
  Te vocat Ægiden, Euryalumque suum.
Nec patriam magis ille suam desiderat, et quæ
  Plurima cum patria sentit abesse sua;
Quam vultus, oculosque tuos, o dulcior illo
  Melle, quod in ceris Attica ponit apis!
Sæpe etiam mœrens tempus reminiscitur illud,
  Quod non præventum morte fuisse dolet.

efferi. Neque putat iram Dei futuram sibi æternam, cum sciat flagitium abesse a suo errore. Frequenter memorat, quanta sit Dei clementia; in cujus exemplis consuevit se etiam recensere. Namque dicit *se obtinere dono ejus, quod habeat divitias paternas, quod nomina civis, denique quod vita fruatur. Ille tamen, si aliquam mihi fidem habes, o dilecte præ omnibus, habet te semper in toto corde. Teque appellat Menœtiaden, te qui comitatus est Oresten, te Ægiden, atque Euryalum suum. Neque ille plus optat patriam suam, et quæ multa sentit procul esse cum patria sua, quam faciem atque oculos tuos, o suavior illo melle, quod apis Attica digerit in ceris! Crebro etiam flens revolvit illud tempus, quod dolet non fuisse præventum*

VII. 35. *Causa querenda* Strozz. *Burm.*—19 P. *Sæpe r. quæ tanta D. clem.* Leid. *Sæpe r. secum sit quanta clem.* et Lov. *D. patientia: cuj.*—20 Arund. *connumerare sol.*—21 Nonnulli meliores, teste Heins. *Jam* pro *Nam.*—23 *Carior* Heins. dedit ex melioribus pro vulg. *carius.* R. *carius illo;* Leid. Be. et Serv. *illi;* duo *illo.*—25 *Comitavit* ex Fragm. V. vulg. *comitatus;* nonnulli etiam *comitatur.*—28 *Sua* Heins. recepit ex vett. pro vulg. *sibi.*—32 Lov.

NOTÆ

17 *Numinis*] Augusti.

25 *Menœtiaden*] Amicissimum: qualem Patroclus Menœtii filius sese adversus Achillem præbuit.

Qui comitavit] Pylades est, de quo supra; qui Orestem suum, utcumque furentem, nunquam destituit.

26 *Ægiden*] Theseum, Ægei filium, qui Pirithoum ad Inferos usque comitatus est.

Euryalum] Nisi atque Euryali egregium amorem, Virgiliano carmine celeberrimum, vidimus etiam in superioribus.

27 *Nec patriam*] Amicorum vero atque propinquorum causa patria cuique carissima.

30 *Attica*] Quæ in Hymetto Atticæ regionis monte mellificat. Laudatissimum autem fuit mel illud.

31 *Illud*] Quo amicus Poëtæ clade non exterritus neque illi veritus est

Digitized by Google

Cumque alii fugerent subitæ contagia cladis,
  Nec vellent ictæ limen adire domus;
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem:
  Si paucos aliquis tresve duosve vocat.
Quamvis attonitus, sensit tamen omnia: nec te
  Se minus adversis indoluisse suis.
Verba solet, vultumque tuum, gemitusque referre:
  Et te flente suos immaduisse sinus.
Quam sibi præstiteris, qua consolatus amicum
  Sis ope; solandus cum simul ipse fores.
Pro quibus affirmat fore se memoremque piumque;
  Sive diem videat, sive tegatur humo.
Per caput ipse suum solitus jurare tuumque,
  Quod scio non illi vilius esse suo.
Plena tot ac tantis referatur gratia factis:
  Nec sinet ille tuos littus arare boves.

morte. Recordatur etiam te cum paucis, si quis appellat duos aut tres paucos, mansisse sibi fidelem, cum ceteri vitarent contagia repentinæ ruinæ, neque vellent accedere ad limen domus afflictæ. Quanquam attonitus, advertit tamen singula; neque te minus se ingemuisse suis ærumnis. Consuevit reminisci voces, et faciem tuam, et fletus; et te lacrymante suos sinus irrigatos fuisse. Quod auxilium sibi præbueris, quo modo sis consolatus amicum, cum ipse una esses consolandus. Pro quibus asserit se fore memorem et pium; sive fruatur luce, sive condatur terra. Ipse solitus jurare per caput suum et tuum, quod scio non esse illi minus carum suo. Gratia integra reponetur pro tot ac tantis meritis; neque ille patietur tuos juvencos findere

præv. mente fuiss.—33 Pro *cladis* Jun. *pestis;* Leid. *mortis;* Lov. *mentis.*—36 Leid. *duosv. negat.*—37 Pro *sensit* multi *sentit.*—38 Lov. *adv. ingemuisse su.*—40 In Palatino *emaduisse* legebatur. *D. Heins.* Nonnulli, *immaduisse:* at septem aut octo meliores, *emaduisse;* quod verbum elegans, sed rari usus est. *Heins.* Nondum satis auctoritatis video ad recipiendum hoc verbum: quare *immaduisse* rescripsi, quod in septem libris erat, et Ovidio usitatum Trist. 1. 9. 'Credibile est lacrymis immaduisse genas.' et ita alibi. *Burm.* Multi alii *demaduisse.*—43 Medonian. *memoremque tuumque.*—45 Meliores, teste

NOTÆ

suam amicitiam, neglecto Augusti odio, patefacere.

32 *Dolet*] Voluisset Naso ante mori quam in exilium mitteretur.

33 *Contagia*] Periculum nempe maximum erat ne amicitia eorum Augustus offenderetur qui eam exuli palam testificarentur.

34 *Ictæ*] Augusti fulmine atque ira.

37 *Sensit*] Ut virum cordatum decet, qui mentis integer singula cognoscere atque componere, quantum licet, pariter debet.

40 *Immaduisse*] Cum, scilicet, amicus ille in Poëtæ complexibus hærens, fletusque ubertim, lacrymis suis ejus sinus perfunderet.

42 *Solandus*] Cum ipso Nasone non minus doleres.

Digitized by Google

Fac modo constanter profugum tueare. Quod ille,
Qui bene te novit, non rogat; ipsa rogo.

arenam. Fac tantum indesinenter defendas exulem. Ego oro quod ille non orat, qui bene te novit.

Heins. *ips. tuum s. j. suumque.*—47 Ex melioribus *referatur* Heins. dedit pro vulg. *referetur.*—48 Multi scripti *Non sinit ill.* et tum Leid. et Jun. *suos litt.*—49 Vincent. et Gryph. *mod. constantem;* et Be. *constanter illum tuear.*—50 Pro *novit* tres scripti *norat:* Heins. conj. *Cum h. t. norit.*

NOTÆ

48 *Arare*] Frustraque adeo laborare, siquidem arena sit sterilis.

50 *Non rogat*] Quia turpiter ab alio, atque in ejusdem dedecus, quisquam requisierit quod ille ex officio teneatur facere. Inertiæ quippe tacite, atque animi pravi, eo pacto arguitur.

Ipsa rogo] Quam lepide, quamque scite suas partes tueatur hæc epistola, nullus non videat qui in totum cæcus non fuerit.

ELEGIA V.

ARGUMENTUM.

Seipsum hortatur ad celebrandum uxoris natalem, pro qua bene precatur, diemque laudat qui eam elegantissimis moribus in lucem protulit. Et quamvis digna esset feliciori fortuna, eam tamen hortatur ut omnia æquo animo ferat; siquidem ejus virtus non nisi in adversis perspici possit. Demum Deos precatur ut, si nolint sibi parcere, saltem uxori innocenti ignoscant.

Annuus assuetum Dominæ natalis honorem
Exigit: ite manus ad pia sacra meæ.
Sic quondam festum Laërtius egerit heros
Forsan in extremo conjugis orbe diem.

Natalis annuus dominæ expetit honorem assuetum: ite ad pia sacra manus meæ. Ita forte heros Laërtius celebraverit olim diem festum uxoris in ultimo orbe. Lin-

2 Bersm. Ed. *ad mea sacra;* et tum Serv. *piæ.*—3 *Egerit* ex conj. Heins.

NOTÆ

2 *Ite*] Sacrum facite.

3 *Laërtius*] Ulysses Laërtæ filius.

Digitized by Google

Lingua favens adsit, longorum oblita malorum :
  Quæ (puto) dedidicit jam bona verba loqui.
Quæque semel toto vestis mihi sumitur anno,
  Sumatur fatis discolor alba meis.
Araque gramineo viridis de cespite fiat ;
  Et velet tepidos nexa corona focos.
Da mihi thura, puer, pingues facientia flammas,
  Quodque pio fusum stridat in igne merum.
Optime natalis, quamvis procul absumus, opto
  Candidus huc venias, dissimilisque meo.
Sique quod instabat dominæ miserabile vulnus,
  Sit perfuncta meis tempus in omne malis.
Quæque gravi nuper plus quam quassata procella est,
  Quod superest, tutum per mare navis eat.
Illa domo, nataque sua, patriaque fruatur :
  Erepta hæc uni sit satis esse mihi.

gua favens adsit immemor diutinarum ærumnarum, quæ, credo, jam oblita est proferre bona verba. Atque candidus amictus discolor meæ sorti, qui semel a me induitur toto anno, assumatur ; et altare virens struatur de cespite herboso ; et serta texta tegant calidos focos. Præbe mihi, puer, thura facientia flammas pingues, atque vinum, quod fusum crepitet in igne. Optime natalis, tametsi longe sumus, voveo ut huc accedas nitidus, et discolor meo. Sique aliquod triste vulnus impendebat dominæ, sit perfuncta meis malis in omne tempus. Atque navis, quæ nuper plus quam quassata est aspero turbine, feratur quod restat per mare tranquillum. Illa fruatur domo, et filia sua, atque patria : sit satis hæc sublata esse mihi soli.

alii cum vulgatis *egerat*.—4 Leid. et Ms. Bersm. *Forsitan extrem.* et Mor. *externo*.—5 *Longorum* ex Buslidian. vulg. *nostrorum :* et V. dedit *laborum*, quod Ciofanus protulit pro *malorum*.—7 Bersm. Ms. *Quæ semel in tot*.—8 Quidam *decolor* pro *discolor*.—10 *Vera corona* Bernens. et Lovaniensis : annon pro *verna?* Burm.—11 Duo libri *fumos* pro *flammas*.—12 Unus *strideat ign*.—14 Mor. et Jun. *mei* pro *meo*.—15 *Sitque quod instabat* major pars scriptorum : lege *Sique quod instabat ; quod* pro aliquod. *Heins.* Alii cum vulgatis *Si quod et instabat*, et nonnulli *instabit*. Mox P. *miserab. tempus*.—16 Multi Codd. *Sit defuncta m.* Burm. putat utrumque suum locum satis tueri posse.—17 Lov. *nup. postquam pulsata procell*.—20 Be. et tres alii *Ereptam hanc un.*

NOTÆ

5 *Favens*] Bona verba, læta, atque bene precantia in dominæ gratiam proferens.

6 *Dedidicit*] Quia nihil aliud quam querimonias atque dolores suos tamdiu profudit.

8 *Discolor*] Quia fata atra, atque infelicia.

9 *Araque*] Nota ritus, si tanti est, Genio natalem celebrantis. Fœminæ Junoni sacrificabant.

14 *Candidus*] Felix, ad dominam meam.

16 *Perfuncta*] Ut nullo amplius mei causa dolore afficiatur.

18 *Navis*] Pro uxore frequenti hac

Digitized by Google

Quatenus et non est in caro conjuge felix,
  Pars vitæ tristi cetera nube vacet.
Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens:
  Consummetque annos, sed diuturna, suos.
Adjicerem et nostros: sed ne contagia fati
  Corrumpant timeo, quos agit ipsa, mei.
Nil homini certum est. Fieri quis posse putaret,
  Ut facerem in mediis hæc ego sacra Getis?
Aspice, ut aura tamen fumos e thure coortos
  In partes Italas et loca dextra ferat.
Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:
  Consilium fugiunt cetera pæne meum.
Consilio, commune sacrum cum fiat in ara
  Fratribus, alterna qui periere manu,

Siquidem non est etiam beata in dilecto marito, reliqua pars vitæ careat mœsta nebula. Vivat et diligat conjugem absens, quandoquidem ita cogitur; atque evolvat suos annos, sed longæva. Adderem quoque nostros; verum metuo, ne contagia meæ sortis infestent quos ipsa exigit. Nihil est firmum homini. Quis credidisset fieri posse, ut ego celebrarem hæc sacra inter Getas? Vide tamen ut ventus rapiat fumos conglobatos ex thure in partes Italas et loca dextra. Ergo sensus inest fumo, quem ignis excitat: reliqua fere non respondent meo voto. Cum sacrum commune peragatur super altari fratribus qui conciderunt mutuis vulneribus, ipse niger cinis

---

Duo libri *Ereptamque uni.*—24 Vulg. *Consumatque:* Heins. suadet *Consummetque;* quamvis vulg. minime displicet: Serv. *Cōsumetque.* Mox Be. *sic* pro *sed.* —28 *In* abest uno Gallico.—29 Duo libri *Inspice.* Tum Pol. et Strozzæ *ut ara.* Ex V. Ciofanus profert *tamen:* vulg. *tumens:* Be. *levis;* et mox *th. creatos;* alius etiam *creatos:* quatuor *coruscos;* tres *coactos;* duo *cohortes.*—30 Pro *dextra* multi *jussa;* et duo *sacra.*—31 Be. *Sens. adest.* Tum Gottorph. pro *igitur* exhibet *aliquid;* quod Burm. putat positum pro *aliquis.* Mox Be. *quas erigit ign.* et unus Heins. *exerit.*—32 Pro *meum* octo vett. *tuum:* Heins. conj. *suum.*—33 Alii libri *Consilium comm.* Heins. autem præfert *Consilio:* unus

NOTÆ

utitur allegoria.

22 *Nube*] Pro casibus adversis.

30 *Dextra*] Poëtæ respectu, qui sacrificans in ortum obversus.

31 *Sensus*] Quia eo ferebatur fumus quo vota sua dirigebat Naso, illud dicit.

32 *Fugiunt*] Solus quippe fumus idem quod Poëta facere videbatur.

33 *Consilio*] Hæc est fabula. Eteocles et Polynices Œdipi Thebanorum regis filii fuerunt, quos inter alternis annis, illo mortuo, regnare convenerat. Priores partes natu major Eteocles exequitur. Verum fratri suo cum renueret regno cedere, Polynices bellum intulit. Mutuis vulneribus occubuerunt, deinde rogo eidem sunt impositi. Verum, ut cecinit Statius, altero correpto, ‘ Fratris primos ut contigit artus Ignis edax, tremuere rogi, et novus advena bustis Pellitur,

Digitized by Google

Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,
  Scinditur in partes atra favilla duas.
Hoc (memini) quondam fieri non posse loquebar:
  Et me Battiades judice falsus erat.
Omnia nunc credo: cum tu non stultus ab Arcto
  Terga vapor dederis, Ausoniamque petas.
Hæc igitur lux est: quæ si non orta fuisset,
  Nulla fuit misero festa videnda mihi.
Edidit hæc mores illis Heroisin æquos,
  Quis erat Eetion Icariusque pater.

a se dissentiens de industria, quasi imperetur ab illis, dividitur in duas partes. Dicebam olim, recordor, hoc non posse fieri; et Battiades erat falsus me judice. Nunc credo omnia; cum tu, fume prudens, fugeris a Septemtrione, et tendas in Italiam. Hic ergo est dies, qui si non illuxisset, nullus festus fuit videndus mihi infelici. Ille dedit mores similes illis heroinis, quibus Eetion et Icarius erat parens. Hac luce

Med. *Consiliis*, Heins. putat pro *Consilii*.—35 Unus V. *Discolor ipsa sibi, tanq.*—38 *Bacchiades* Be. *Bachiades*. Mor. et pr. ed.—39 Nihili est hæc lectio. Vossianus, *non cultus*. Scribe, *consultus;* verbum in sacrificiis usitatum: καινομάντειαν respicit. Hinc 'Consulere Deos,' 'exta,' 'vates' passim in scriptoribus antiquis. Amphiaraus apud Statium Thebaidos III. 'consulti testor penetralia mundi Et volucrum affatus.' *Heins.* Ego veterem lectionem reduxi: indicat enim ipsum fumum scire et sentire infelicitatem locorum sub Arcto; quare ille non stultus inde fugit, et Italiam versus tendit: et ita Cl. Bentl. ad Horat. Serm. II. 3. 158. censet. *Burm.* Merula ex quibusdam profert *Arcto;* vulg. *alto:* Richel. *Istro*.—40 Mor. *calor* pro *vapor*.—43 Heins. cum Scaligero scribit *Heroisin:* alii cum vulg. *Heroibus:* quidam vett. *Heroidibus*, vel *Herodibus*, vel *erroribus:* Bonon. *Hebroidis*.—44 *Ëëtion* ex uno Pol. alii vett. *Eutychion, Euchion, &c.* Ro. *Eëtion*, et pr. Pol. *Eucation:* olim edebatur

NOTÆ

exundant diviso vertice flammæ, Alternosque apices, abrupta luce, coruscant.' Hinc petitum ignis aut fumi consilium.

35 *Illis*] Eteocle et Polynice fratribus.

38 *Battiades*] Callimachus Poëta Batti filius, qui et hanc retulit fabulam.

39 *Arcto*] Plaga Septemtrionali, in qua erat Naso.

40 *Terga*] Fugeris Italiam versus, ubi Poëtæ conjux.

41 *Hæc*] Natalis dies uxoris.

42 *Nulla*] Namque diem natalem suum minime celebrandum antea dixit Poëta. Sed enim blandius aliquid in uxorem verba ejus sonant; quasi per eam unice, si quid fuit læti, consecutus sit.

43 *Heroisin*] Dativus Græcus, pro *heroidibus:* quam vocem si ex multis veteribus retineas, quatuor syllabis per contractionem efferenda erit.

44 *Eetion*] Qui pater Andromaches, Hectoris uxoris.

Icarius] Hunc habuit patrem Penelope, Ulyssis conjux.

Digitized by Google

Nata pudicitia est, mores, probitasque, fidesque :
  At non sunt ista gaudia nata die :
Sed labor, et curæ, fortunaque moribus impar :
  Justaque de viduo pæne querela toro.
Scilicet adversis probitas exercita rebus
  Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Ulixes ;
  Penelope felix, sed sine laude, foret.
Victor Echionias si vir penetrasset in arces,
  Forsitan Evadnen vix sua nosset humus.
Cum Pelia tot sint genitæ ; cur nobilis una est ?
  Nupta fuit misero nempe quod una viro.

pudicitia orta est, et mores, et probitas, et fides ; at lætitia non est orta : sed labor, et solicitudo, et sors dissimilis moribus et querimonia æqua de lecto fere orbo. Nimirum probitas stimulata rebus adversis habet causam laudis tempore duro. Si fortis Ulysses nihil expertus esset adversi, Penelope esset beata, sed sine laude. Vix forte sua terra cognovisset suam Evadnen, si maritus victor ingressus esset arces Echionias. Cum tot sint ortæ ex Pelia, quamobrem una est celebris ? Quia,

Eurytion.—45 Pro *mores* alii habent *secum :* quidam vett. etiam *moris* vel *morum :* Heins. mallet *et mos*, nisi quod ' moribus' mox sequitur ; conj. etiam *et honor*, vel *honos.*—46 Leid. *gaud. nota fide ;* plurimi etiam scripti *nata fide.*—48 Serv. *vid. pæna querenda tor.* Excerpt. Voss. *querela tuo.*—50 Unus Codex *habes* pro *habet ;* quod et placebat Heins.—51 Be. *nih. infestum dur.* et Leid. *infeste.* Mox Heins. corr. *dur. subiisset U.* Burm. vero minime consentit.—53 V. et Ha. *vir transisset in arc.* Lov. *penetrass. ad arc.* et Be. *ad aras.*—54 Be. *Evannen ;* Jun. et nonnulli alii *Evagnen.*—55 Be. *Pelie genitæ tot sunt :* plurimi etiam *Peliæ...genitæ :* Jun. *Peliæ tot sunt genitæ :* Mor. et Leid.

NOTÆ

47 *Impar*] Quia, ut moribus responderet, fortunam bonam esse decuit.

48 *Pæne*] Quasi prope in incertas nuptias Nasoni collocata fuerit ejus uxor.

49 *Scilicet*] Est quasi refutatio, eaque subtilis, ejus quod insinuaverat, miseram natam esse uxorem. Neque vero abs re in bonum atque in laudem derivat, quod virtuti materiam præbet.

52 *Sed sine laude*] Namque Penelopes pudicitia per 20. annorum spatium quibus abfuit Ulysses maxime patuit : siquidem tamen verum fuit quod de ea finxerunt Poëtæ.

53 *Echionias*] Thebanas. Cadmo enim Echion in condendis Thebis socius fuit.

Vir] Capaneus ; quem fulmine ictum ob impietatem antea vidimus.

54 *Evadnen*] Quæ Capanei uxor in ejus rogum sese immisit ; atque adeo amorem suum ex illius clade patefecit.

55 *Pelia*] Qui Thessaliæ rex fuit, Neptuni ex Tyro nympha filius.

Una] Alcestis, scilicet, quæ pro Admeto viro sese morti opponere non dubitavit.

56 *Misero*] Cui nempe excedendum,

Digitized by Google

Effice, ut Iliacas tangat prior alter arenas;
Laodamia nihil cur referatur erit.
Et tua, quod mallem, pietas ignota maneret,
Implessent venti si mea vela sui.
Di tamen, et Cæsar Dis accessure, sed olim,
Æquarint Pylios cum tua fata dies;
Non mihi, qui pœnam fateor meruisse, sed illi
Parcite, quæ nullo digna dolore dolet.

nimirum una fuit juncta marito infelici. Fac ut alius primus tangat littus Trojanum, nihil erit quamobrem Laodamia celebretur. Tua quoque pietas, quod præoptarem, maneret incognita, si sua aura inflasset mea carbasa. Dii tamen, et Cæsar Deos aditure, sed post longum tempus, cum tua fata æquaverint dies Pylios, ignoscite non mihi, qui agnosco meruisse supplicium, sed illi, quæ mæret nullo mœrore digna.

Pelia...natæ. Deinde multi vett. *cur cognita nobis?*—57 Jun. et tres alii *prius* pro *prior.*—58 Lov. et sex alii *habet* pro *erit.*—59 *Mallem* pr. Pol. opt. Med. cum Excerpt. Voss. alii *malles.* Mox alii editi et scripti *ignota fuisset.*—64 Excerpt. Voss. et Lov. *dign. labore dol.*

NOTÆ

nisi aliquis, qui pro eo mortem oppeteret, reperiretur.

57 *Tangat prior*] Fuit in fatis, ut quisquis primus littus Trojanum tangeret ex Græcis qui illuc belli causa accederent interficeretur. Protesilaus ergo ea causa mactatus ab Hectore. Illius fata postquam rescisset Laodamia conjux Acasti filia, hoc a Diis solatium postulavit ut defuncti umbram intueri liceret. Quod concessum ubi esset in amplexibus ejus expiravit. Atque exinde laus ejus.

59 *Quod mallem*] Quia neque ipse neque uxor miseri essent.

60 *Implessent venti*] Si res meæ secundæ fuissent. Metaph. a navigantibus.

62 *Pylios*] Longos, quales fuerunt Nestoris Pylii, quem sæpius jam tres ætates implesse vidimus.

Digitized by Google

ELEGIA VI.

ARGUMENTUM.

QUERITUR se ab amico destitui: hortaturque illum ut constanter in amicitia persistat quam primo coluerat.

Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum,
  Qui mihi confugium, qui mihi portus eras;
Tu modo suscepti causam dimittis amici,
  Officiique pium tam cito ponis onus?
Sarcina sum, fateor; quam si tu tempore duro
  Depositurus eras, non subeunda fuit.
Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis?
  Ne fuge; neve tua sit minor arte fides.

Tu etiam olim præsidium nostrarum opum, qui eras mihi perfugium, qui eras portus, tu etiam abjicis curam sodalis admissi, et deponis tam cito pium onus officii? Pondus sum, agnosco; quod si tu eras depositurus tempore adverso, non fuit recipiendum. Deseris navem in mediis undis, Palinure? Ne fugias, neve fides tua sit

2 Mor. *consilium* pro *confugium*.—3 Multi scripti cum Edd. *Tu quoque suscept.* 'Illud *quoque* ex primo versu repetitum puto: nam Putean. Vossii et octo alii, *Tu modo suscepti*, quod prætuli: nam hic amicus videtur prius exulis causam suscepisse, deinde iterum leviter deseruisse; ut ex tota Elegia patet, et ex sequenti versu, 'tam cito ponis onus.' Vid. et vs. 15. Pro *curam* quoque *causam* recepi, cum Combiano libro, quia melius respondet τῷ *suscepti*. Ex Pont. II. 2. 45. 'Mandatique mei legatus suscipe causam.' 'Causa' vero et 'cura' millies a librariis confusa apud Nasonem, Virgilium et alios: et ita 'suscipere causam' sæpe Quintilianus et alii.' *Burm.*—4 Leid. Lov. et alius *pii* pro *pium*. Mox etiam P. et Mor. *pon. opus*.—5 Pr. Pol. et tres alii *si non tempore nostro*; et tres *nunc* pro *non*: sed plerique *tempore duro*, quod et Ciofano probatum; unus *nec t. multo*; Lov. *nunc t. in isto*, quod Burm. putat pro *t. mœsto*: plurimi etiam *modo t.*—6 Excerpt. Voss. *foret*

NOTÆ

4 *Officii*] Quo omni cura, opera, diligentia, gratia, quantum denique et quibus rebus possit, amicus amicum juvat.

5 *Sarcina*] Oneri atque molestiæ.

7 *Palinure*] Aut illi Palinuro similis, de quo Virgilius, qui amicum destituis in rebus adversis, sicuti ille suum Æneam in mediis fluctibus.

8 *Neve*] Id est, Cum possis arte tua me adjuvare, ne desit voluntas aut fides. Neque alius est sensus.

Digitized by Google

Numquid Achilleos inter fera prælia fidi
Deseruit levitas Automedontis equos?
Quem semel excepit, numquid Podalirius ægro
Promissam medicæ non tulit artis opem?
Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.
Quæ patuit, dextræ firma sit ara meæ.
Nil, nisi me solum, primo tutatus es: at nunc
Me pariter serva, judiciumque tuum.
Si modo non aliqua est in me nova culpa, tuamque
Mutarunt subito crimina nostra fidem.
Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
Quod cupio, membris exeat ante meis;
Quam tua delicto stringantur pectora nostro;
Et videar merito vilior esse tibi.

minor arte tua. Numquid levitas certi Automedontis destituit equos Achilleos inter fera certamina? Numquid Podalirius non præbuit auxilium promissum artis medicæ ægroto, quem semel admisit? Hospes turpius expellitur, quam non recipitur. Altare quod concessum est manui meæ sit certum. Nihil defendisti primo præter me solum: at nunc absolve me simul atque judicium tuum. Si saltem non est in me aliquod novum peccatum, et flagitia nostra moverunt repente tuam fidem. Hæc anima, quam male trahimus aëre Scythico, prius destituat meos artus, quod opto, quam tuum cor leviter lædatur nostro peccato, et jure videar tibi esse vilior. Non

pro *fuit*.—9 Ed. Bersm. *A. dura inter præl.*—10 Excerpt. Voss. *Deser. pietas A.*—11 Duo libri *Quam sem.* Tum Lov. et Ed. Bersm. *accepit.* Ex Comb. Heins. dedit *numquid* pro vulg. *nunquam.*—14 R. *Qua pat.* Deinde idem in voc. *meæ* pro var. lect. exhibet *tuæ;* quod etiam Lov. exhibet: Leid. *ara viæ.*—15 Pro *tutatus* P. *sectatus:* unus etiam *tutatus amicum,* et alius *amicus.*—18 Be. *carmina* pro *crimina.*—19 Tres libri *ben. duximus aur.* quinque *ducimus ora.*—21 In voc. *delicto* pro var. lect. R. habet *dejectu.* Tum Leid. et Be. *frangantur pect.* et alius *tingantur.*—22 Be. *ess. meo.*—23 *Toti* ex conj. Naugerii: alii cum vulg.

NOTÆ

10 *Automedontis*] Achillis auriga; cujus exemplo constantiam amico inculcat Poëta.

1 *Excepit*] Sanandum atque curandum admisit.

Podalirius] Æsculapii filius, qui cum Machaone fratre ad Trojam multam gloriam inter Græcos arte medica consecutus est.

14 *Ara*] De amico loquitur, apud quem præsidium tanquam ad aram quæsierat.

15 *Nil, nisi*] Verissima atque ingeniosissima ratione utitur; ex qua maxime quanti sit illud Flacci pateat, 'Qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem.'

16 *Judicium*] Cum primo me ab obtrectatoribus defendisti.

21 *Stringantur*] Vel levissime lædantur.

Digitized by Google

Non adeo toti fatis urgemur iniquis,
Ut mea sit longis mens quoque mota malis.
Finge tamen motam: quoties Agamemnone natum
Dixisse in Pyladen verba proterva putas?
Nec procul a vero est, quod vel pulsarit amicum:
Mansit in officiis non minus ille suis.
Hoc est cum miseris solum commune beatis,
Ambobus tribui quod solet obsequium.
Ceditur et cæcis, et quos prætexta verendos,
Virgaque cum verbis imperiosa, facit.
Si mihi non parcis, fortunæ parcere debes.
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige nostrorum minimum minimumque laborum:
Isto, quo reris, grandius illud erit.

adeo toti premimur fatis adversis, ut meus animus sit etiam mutatus diutinis ærumnis. Pone tamen mutatum: quoties credis filium Agamemnonis effutiisse voces asperas in Pyladen? Neque longe est a vero, quod etiam appetiverit amicum. Ille non minus stetit in suis officiis. Hoc solum est commune beatis cum miseris, quod officium solet præstari utrisque. Ceditur et cæcis, et iis *quos prætexta et virga imperiosa cum vocibus facit tremendos. Si mihi non ignoscis, debes ignoscere fortunæ. Nullius ira habet locum in nobis. Elige minimum de parte nostrorum laborum; illud erit majus eo quod autumas. Quam fossæ humidæ sunt consitæ fre-*

totis. Tum Heins. volebat *fat. agitamur iniq.*—26 Plurimi *P. improba verba put.* duo *tristia verba;* Be. et alius *impia;* alius *aspera.*—27 In vulgatis *quod vel pulsavit amic.* plerique *quod non;* unde Heins. *ne non pulsarit;* Comb. *quia non pulsarit.*—28 Excerpt. Voss. et duo libri *nec* pro *non:* Heins. malebat *num.* Be. *nec minus ipse meis.*—34 Leid. *nob. jam nova plaga locum;* quod repetitum videtur ex ultimo vs. Ponticorum. Pro vulg. *ullius* Cod. Gallicus *unius;* Gottorph. *vulneris.*—35 Leid. *nostr. parvum nimiumque lab.* in nonnullis

NOTÆ

25 *Agamemnone natum*] Orestem, scilicet, de cujus furore jam sæpius.

30 *Ambobus*] Beatis quidem propter auctoritatem spemque beneficiorum; miseris vero ex humanitate atque misericordia.

31 *Quos prætexta*] Magistratus, scilicet.

32 *Virga*] Lictoris, qua ille obvios ex via summovebat.

33 *Parcis*] Callidissime admodum Poëta quasi in se mutati aut parum firmi amici causam derivat, ejusque misericordiam ex fortuna solicitat; ut, quod maxime opus fuit, illius negligentiam dissimularet. Fides semel in omne tempus deperditur; quam languentem prudenter excitare licet: dilapsam autem aperte accusare nemo sanus aggressus sit.

Fortunæ] Meæ infelicissimæ.

34 *Ira*] Ea vero delinita Poëtæ nihil opus fuit. Verum ita opus esse quodammodo fingere videtur; ne infidelitatis amicum arguere intelligatur. Quanquam autem hujusmodi

Digitized by Google

Quam multa madidæ celebrantur arundine fossæ,
  Florida quam multas Hybla tuetur apes;
Quam multæ gracili terrena sub horrea ferre
  Limite formicæ grana reperta solent;
Tam me circumstant densorum turba malorum.
  Crede mihi; vero est nostra querela minor.
His qui contentus non est; in littus arenas,
  In segetem spicas, in mare fundat aquas.
Intempestivos igitur compesce timores;
  Vela nec in medio desere nostra mari.

quentibus cannis, quam Hybla florida habet plurimas apes, quam multæ formicæ solent trahere parvo calle sub granaria terrena grana inventa, tam agmen spissorum malorum me cingunt. Fidem mihi habe; nostra querimonia est levior vero. Qui non expletur his mittat arenas in littus, spicas in segetem, aquas in mare. Coërce ergo metus inopportunos; neque relinque nostra carbasa in æquore patenti.

---

minimum, Be. *minimam*, *de parte lab.* Tum Jun. et sex alii *malorum*; et P. *dolorum*.—37 *Multæ madida* plurimi scripti. *Celebrantur* Zinzerling. profert ex Erfurt. vulg. *celantur*: Excerpt. Voss. *velantur*.—41 *Circumstant* primæ Editiones, et multi ex scriptis, quod mutari non debet; [nam vulg. *circumstat*:] pr. Pal. et Arund. *circumdant*; pr. Pal. pr. V. et tres alii *circumdat*. Heins. Tum pr. Pal. *fossorum turb.* et Lov. *pæna malor.*—42 Jun. habet *non* pro *vero*.—44 Be. *mar. fundit aq.*—45 *Timores* Heins. dedit ex scriptis pro vulg. *furores*: Ciofanus ex Antverpiano Cod. profert *tumores*, quod ille quidem veram lectionem censet.—46 P. *med. desine nostr.*

NOTÆ

prudentia deficientem animum ad officia vix satis retrahas, ne infensus sit saltem, quod maxime avertendum, cavetur.

38 *Hybla*] Mons fuit Siciliæ, thymi copia, atque adeo apibus et optimo melle, celebratus. Ibidem urbs fuit ejusdem nominis.

45 *Intempestivos*] Omnino, siquidem maximis amicus urgeatur calamitatibus.

Timores] Sibi vero cavebant Poëtæ sodales; ne si forte aperte nimis Nasonis causam defenderent, in Augusti offensionem incurrerent.

Digitized by Google

ELEGIA VII.

ARGUMENTUM.

AMICO quærenti quid ageret in Scythia, respondet breviter Ovidius, se miserum esse. Postmodum Tomitanæ regionis incolarum mores describit. Deinde dicit studiis poëticis animum detineri, ac pasci, et se carminibus mala sua oblivisci.

QUAM legis, ex illa tibi venit epistola terra,
Latus ubi æquoreis additur Ister aquis.
Si tibi contingit cum dulci vita salute;
Candida Fortunæ pars manet una meæ.
Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quæris:
Quamvis hoc vel me scire tacente potes.
Sum miser: hæc brevis est nostrorum summa malorum:
Quisquis et offenso Cæsare vivet, erit.
Turba Tomitanæ quæ sit regionis, et inter
Quos habitem mores, discere cura tibi est?

Literæ quas legis tibi adsunt ex illa terra, ubi vastus Danubius adjicitur aquis marinis. Si vita tibi obtingit cum grata salute, pars una meæ sortis est læta. Nimirum, ut semper petis, quid faciam, dilectissime: potes hoc intelligere me etiam non indicante. Sum infelix. Hæc est brevis summa nostrorum malorum: et quisquis vivet Cæsare læso, erit. Cupis cognoscere quis sit grex plagæ Tomita-

1 Pro *ex illa* tres libri habent *a Scythia;* et sic edidere Vincent. et Gryph.—2 *Additur* Heins. recepit ex pr. Pol. pr. V. pr. Pal. et multis ex melioribus pro vulg. *jungitur;* unus *labitur:* nonnulli cum pr. Edd. *Ister aditur aq.*—3 Pro *contingit* multi *contigerit;* Serv. *continget;* Leid. et alius *contingat,* et sic Ed. Gryph.—4 Duo scripti *erit* pro *manet:* et Leid. *ima meæ.*—7 Comb. *et* pro *hæc.* Mox scripti et editi nonnulli *summ. laborum.* —8 Versus parum appositus. *Heins.* Ms. Bersm. *vivat;* Vatic. et qua-

NOTÆ

2 *Latus*] Danubium fluvium esse Europæ maximum, atque in Pontum Euxinum defluere juxta Tomos, frustra illis repetiverimus qui superiora legerint.

3 *Si tibi*] Si vivis et vales.

4 *Candida*] Beatus sum una ex parte; siquidem amicitia tibi ita sum junctus, ut tui pars esse videar.

9 *Turba*] Populi.

Digitized by Google

Mixta sit hæc quamvis inter Graiosque Getasque,
A male pacatis plus trahit ora Getis.
Sarmaticæ major Geticæque frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque vias.
In quibus est nemo, qui non coryton, et arcum,
Telaque vipereo lurida felle gerat.
Vox fera, trux vultus, verissima Martis imago:
Non coma, non ulla barba resecta manu.
Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro,
Quem vinctum lateri barbarus omnis habet.
Vivit in his eheu! tenerorum oblitus amorum;
Hos videt, hos vates audit, amice, tuus!
Atque utinam vivat, sed non moriatur in illis!
Absit ab invisis et tamen umbra locis!

næ, et inter quos mores degam? Quamvis hæc regio sit mista inter Græcos et Getas, plus ducit a Getis male lenitis. Major turba nationis Sarmaticæ atque Geticæ et æat et remeat in equis per medias vias. In quibus nullus est qui non ferat pharetram et arcum, et missilia fusca felle vipereo. Sonus ferox, facies terribilis, verissima species Martis; non capilli, non barba abscissa ulla manu. Dextra non tarda ad infligendus plagas impacto pugione, quem omnis barbarus habet aptatum lateri. Heu, amice, tuus poëta vitam trahit inter hos, immemor mollium amorum; hos intuetur, hos audit! Atque utinam vitam trahas, neque fato funga-

tuor alii *vivit*.—10 Mor. et pr. Ed. *Dicere cura mihi est:* Jun. etiam et Leid. *dicere; est* quoque omiss.—11 Comb. *Graiosq.* alii *Græcosque*.—12 Ms. Bersm. *De mal.* Tum Gryph. *placatis plus*.—13 Unus liber *maj. Scythicæque freq.* At. P. *Geticæq. potentia gent*.—15 Alii scribunt *goryton*.—16 Leid. et duo alii cum Ms. Bersm. *viper. livida fell.* V. *lubrica*.—17 Unus liber *vult. justissima M.* Tum *Martis* est ex emend. Heins. vulg. *mortis*.—18 Strozzæ Cod. *docta* pro *ulla*.—19 In aliis *stricto* pro *fixo*. Mox Ms. Bersm. *vuln. ferro*.—20 Fr. Pal. et plurimi alii *junctum* pro *vinctum*. Multi etiam *barb. hostis hab*.—21 Versus haud dubie mendosus. prim. Polit. et prim. Pal. *V. in his heu nullus o. a.* alter, *V. in his nullus horum heu o. a.* prim. Vatic. et Combianus codex, *V. in his nullus eorum o. a.* Multi, *V. in his igitur tenerorum o. a.* alii aliter. Lego, *Virit in his eheu tenerorum oblitus amorum*. Heins. Servii codex, *V. in his heu me tenerorum doctor a.* in quatuor aliis, *V. in his Naso tenerorum lusor a.* Lovan. duo alii *V. in his igitur vestrorum o. a.* Bern. alius, *V. in his vates*, (*Naso* Moret.) *suorum o. a.* Burm.—23 Heins. malebat *vivas...moriaris* cum

NOTÆ

11 *Graios*] Eorum coloniam fuisse Tomos supra vidimus.

12 *Plus trahit*] Est similior Getis.

15 *Coryton*] Pro pharetra, quomodo Silius et Virgilius usurparunt: quanquam arcus solius sit theca.

19 *Cultro*] Pro sica, aut ejusmodi aliquo telo.

23 *Vivat*] 'Vivit in his' dixerat, tanquam de summo malo. Jam illud ipsum *vivere*, atque malum, ingeniosus Poëta, quasi bonum aliquod, ut miser

Digitized by Google

Carmina quod pleno saltari nostra Theatro,
Versibus et plaudi scribis, amice, meis:
Nil equidem feci (tu scis hoc ipse) theatris:
Musa nec in plausus ambitiosa mea est.
Nec tamen ingratum est, quodcumque oblivia nostri
Impedit, et profugi nomen in ora refert.
Quamvis interdum, quæ me læsisse recordor,
Carmina devoveo, Pieridasque meas:
Cum bene devovi, nequeo tamen esse sine illis:
Vulneribusque meis tela cruenta sequor.
Quæque modo Euboicis lacerata est fluctibus, audet
Graia Capharеam currere puppis aquam.

ris inter illos! Et tamen Manes sint procul ab odiosis locis! Quod scribis nostros versus saltari pleno theatro, et plaudi nostris carminibus, nihil equidem scripsi theatris, tu ipse hoc scis; neque Musa mea est ambitiosa in plausus. Neque tamen displicet quicquid prohibet oblivia nostri, et refert nomen exulis in ora. Tametsi nonnunquam male precor versibus, quos memini perdidisse me, atque meis Musis; postquam multum devovi, non possum tamen esse sine illis, et faveo telis sanguinolentis meis vulneribus. Et quæ navis Græca nuper fracta est undis Euboicis, non veretur sulcare aquam Caphaream. Neque tamen vigilo, ut laudibus

Richel. vel, *vivat, non et moriatur.* Pro *vivat* in pr. V. *vidues.* Burm. etiam conjicit *sed si mor.* et in seq. vs. *ut* pro *et:* vel retinet vulg. *sed non,* et tum legit *et procul umbr.* nonnulli etiam *hæc tamen umbr.* et sic Bersm. cujus et alius *nomen et umbr.*—25 *Pleno* Ciofanus profert ex optimis et vett. vulg. *vestro.* Heins. suspicabatur hinc novam inchoandam Elegiam.—28 Leid. Jun. et multi alii *nec est plaus. amb. mea:* Be. *in plausu;* et Excerpt. Voss. *in plausus amb. fuit.*—30 Duo scripti *et populi nom.* Tum pr. Ed. *in ore ref.* et tres scripti et Ed. Mycill. *in urbe.*—32 P. *Carm. devoveam,* P. Multi *Pieridesque.*—35 Jun. *Quæ modo in Eub.*—36 Unus Bonon. et Arund. *Nostra* pro *Graia.*

NOTÆ

maxime videatur, cui mala sint vice boni, sibi votis deposcit. Ceterum ea causa, quod malum videbatur, vovebat, ne inter Getas fato fungeretur.

24 *Et tamen*] Siquidem in Getis moriar, attamen Umbra absit ab invisis locis.

27 *Nil equidem*] Ad theatra sese scripsisse negat Naso: quanquam hujus non fuit semper memor, ut ex ipso aliquando patebit.

29 *Nec tamen*] Quia pronum erat ut illi poëtæ veniam ab Augusto peterent quibus ejus carmina grata essent.

32 *Pieridas*] Musas, hoc est, studium poëticum.

34 *Sequor*] Illis me insuper objicio, dum versus scribere non omitto. Neque certe longe a vero, nisi me animus fallit, abiit Poëta; quanquam alio ejus spectat oratio. Namque eundem esse semper deliciarum amatorem satis superque ex istis etiam Tristibus patet.

35 *Euboicis*] Eubœam Ægæi maris

Digitized by Google

Nec tamen ut lauder vigilo, curamque futuri
Nominis, utilius quod latuisset, ago.
Detineo studiis animum, falloque dolores:
Experior curis et dare verba meis.
Quid potius faciam solis desertus in oris,
Quamve malis aliam quærere coner opem?
Sive locum specto; locus est inamabilis; et quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.
Sive homines; vix sunt homines hoc nomine digni:
Quamque lupi, sævæ plus feritatis habent.

evehar, et curam habeo famæ futuræ, quæ melius latuisset. Moror animum, et decipio ærumnas studiis, atque conor imponere meis curis. Quid prius agam destitutus in regionibus solis, quodve lenimentum nitar invenire ærumnis? Seu intueor locum, locus est odiosus, et quo nihil potest esse lugubrius in toto mundo. Seu homines; vix sunt homines digni hoc titulo: atque habent plus crudelis ferociæ quam

Tum pr. V. Comb. Ro. et multi alii cum vett. Edd. *Caphaream...aquam*, quod et Heins. rescripsit pro vulg. *Capharea...aqua.*—37 Alii *Non tamen.*—39 Plerique meliores, teste Heins. *dolores;* vulg. *labores.*—40 Be. *verb. malis.*—41 Olim legebatur *fac. desertis solus in oris;* Serv. Cod. dedit *solis desertus:* R. *deserto solus in orbe:* Jun. *lapsus in oris.*—42 R. et plurimi alii *cogar* pro *coner.*—45 Mss. Bersm. et Leid. *Sive homines specto; vix sunt hoc nom.*—46 Be.

NOTÆ

insulam alluentibus. In illis vero Græcorum plurimi, Troja diruta, redeuntes, Nauplii dolo perierunt. Namque ille rex insulæ, cum Ulyssis præsertim perfidia, omniumque prope injustitia, Palamedem filium interemtum didicisset, ut ejus mortem ulcisceretur, facem illis ex Caphareo monte editissimo noctu accendit, ut portus fidem faceret: quo cum accessissent, inter scopulos, qui ibi frequentes, crebrosque undarum vortices, plerique lacerati sunt. Ad illud autem nunc de se loquens alludit Naso.

38 *Utilius*] Quia nulla fama aut invidiam aut Cæsaris iram in se derivasset, neque exulasset.

39 *Detineo*] O omnes istud si possent intelligere, aut omnibus luberet exquirere, quod tamen est tam aperta in luce positum, *Nos id unum nobis esse quod cogitamus, cuique mentem nostram concredimus,* quam facilem, quamque beatam in æternis vitam ducerent, qui tantis conatibus in malam rem sese totos per quisquilias suas protrahere consueverunt!

40 *Dare verba*] Absit vero, ille ut sibi imponat, qui gratissima boni specie, jucundissimaque veri fruitione, (quæ non aliter quam longe a terra atque sensibus consequi licet, meditando,) cœlestem præsumit vitam, et sese emeritorum immiscet choro. Falli putant eos plerique Christiani, qui ita, seorsum a corporeis, ætatem agunt. Homo vero Ethnicus vel ipsas curas atque ærumnas suas isthoc pacto decipere se posse autumat. Quod verum.

Digitized by Google

Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum;
Victaque pugnaci jura sub ense jacent.
Pellibus et laxis arcent male frigora braccis;
Oraque sunt longis horrida tecta comis.
In paucis remanent Graiæ vestigia linguæ:
Hæc quoque jam Getico barbara facta sono.
Unus in hoc populo nemo est, qui forte Latine
Quælibet e medio reddere verba queat.
Ille ego Romanus vates (ignoscite, Musæ,)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
En pudet, et fateor; jam desuetudine longa
Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.
Nec dubito, quin sint et in hoc non pauca libello
Barbara. Non homini culpa, sed ista loci.
Ne tamen Ausoniæ perdam commercia linguæ,
Et fiat patrio vox mea muta sono;

lupi. Non verentur leges, sed justum cedit robori; et jura subjecta protrita sunt sub gladio bellicoso. Male etiam depellunt frigus pellibus et amplis subligaculis; et vultus sunt hispidi velati prolixis capillis. Indicia linguæ Græcæ supersunt in paucis; atque hæc jam facta barbara voce Getica. Vix ullus est in hac turba, qui forte possit exponere Latine quaslibet voces ex vulgato sermone. Ego ille Poëta Romanus (Musæ, parcite) teneor proferre multa ex usu Sarmatico. Et pudet, et agnosco; vix jam mihi ipsi occurrunt voces Latinæ diutina desuetudine. Neque dubito, quin sint etiam multa barbara in hoc libello. Hic non est error hominis, sed loci. Ne tamen mihi excidat usus linguæ Latinæ, et mea vox fiat muta patrio

Quamve. Leid. *Quamque lupæ*, et Pol. cum duobus aliis *lupus.*—47 Nonnulli *Nec* pro *Non*, quod et Heins. malebat; et mox *et* pro *sed.*—48 Serv. *ens. tacent.*—49 Heins. reposuit *male;* olim legebatur *mala.*—50 Excerpt. Voss. *latis* pro *longis.* Tum R. *horr. facta com.*—51 Edd. pr. *pauc. extant G.* et Be. *constant:* Leid. exhibet *remanent.* Alii etiam *Græcæ vest.*—52 Leid. *barb. lingua son.*—53 Pro *Unus* Heins. cum uno Bonon. mallet *Ullus:* et mox *vix* pro *nemo* cum opt. Med. et pr. Pol. Serv. *Est etiam hoc pop. nemo, qui:* plurimi editi *Unus in hoc non est pop.* Nostram lectionem Burm. dedit ex scriptis multis, et quibusdam Edd.—55 Alii *Ipse ego.*—56 Fr. *Surmatica...voce,* non invenuste, judice Burm.—57 *En* Heins. dedit ex multis vett. alii *Et.* Mox P. *desuet. linguæ.*—62 Pro *muta* unus V. *missa;* Serv. *mixta.*—64 Tres

NOTÆ

54 *E medio*] Ex vulgari Tomitanorum sermone quotidiana et maxime trita.

56 *Cogor*] Quia vix aliter cum Barbaris rem poterat habere.

61 *Ausoniæ*] Latinæ, Italis familiaris, qui olim Ausones dicti.

62 *Et fiat*] Sim illis mutus qui patrio more loquuntur. Sonus pro lingua, aut iis qui ea utuntur, positus.

Digitized by Google

Ipse loquor mecum, desuetaque verba retracto;
Et studii repeto signa sinistra mei.
Sic animum tempusque traho: meque ipse reduco
A contemplatu, summoveoque, mali.
Carminibus quæro miserarum oblivia rerum.
Præmia si studio consequor ista, sat est.

sono, ego loquor mecum, et repeto voces obliteratas; atque recolo signa infelicia mei studii. Ita decipio animum et tempus; et ipse me revoco atque retraho ab intuitu calamitatis. Consector oblivionem rerum miserarum versibus. Abunde est si reporto istam mercedem studio.

libri *signa ministra;* et unus *verba sinistra:* Heins. conj. *sacra sinistra.*—65 Liber V. *me sicque,* multi *mecumque,* Med. *mœstusque reduco.*—66 Ms. Bersm. *A contemplato summoveoque:* alii *semoveoque* vel *dimoveoque;* at meliores, teste Heins. *summoveoque.* Tum Pol. et septem alii *malo.*—68 *Consequor* Heins. recepit ex pr. V. et uno Med. pro vulg. *consequar.*

NOTÆ

64 *Signa*] Voces, scilicet.
Sinistra] Quia propter voces aut versus exilio pulsus.
65 *Animum tempusque*] Curas atque temporis tædium decipio.
68 *Sat est*] Namque aliud bene sanus quid possit ex universo mundo consequi?

ELEGIA VIII.

ARGUMENTUM.

INIMICUM sibi insultantem monet, ut, memor fortunæ variæ, minime lætetur ejus exilio et ruina: quandoquidem possit accidere ut in patriam redeat, illumque videat graviore aliqua causa fugatum.

Non adeo cecidi, quamvis dejectus, ut infra
Te quoque sim: inferius quo nihil esse potest.

Non adeo sum depressus, quamvis prostratus, ut sim etiam infra te; quo nihil

NOTÆ

1 *Cecidi*] Sum prostratus atque protritus meo exilio.

Digitized by Google

Quæ tibi res animos in me facit, improbe? curve
  Casibus insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mitem placidumve jacenti
  Nostra, quibus possint illacrymare feræ?
Nec metuis dubio Fortunæ stantis in orbe
  Numen, et exosæ verba superba Deæ?
Exiget ah dignas ultrix Rhamnusia pœnas!
  Imposito calcas quid mea fata pede?
Vidi ego naufragiumque viros et in æquore mergi:
  Et, Nunquam, dixi, justior unda fuit.

potest esse humilius. Quid tibi addit animos in me, sceleste? vel quamobrem insultas calamitati, qua ipse potes premi? Neque ærumnæ nostræ, quibus feræ possint dolere, faciunt te lenem et placidum erga prostratum? Neque times potentiam fortunæ stantis in orbe incerto, et voces elatas Deæ aversæ? Ah! Rhamnusia vindex repetet pœnas quas meritus es! Quamobrem urges mea fata pede impresso? Ego adverti mari extingui qui irriserat naufragum: atque inquam, Nunquam fluctus

1 Multi Codd. *quamv. projectus.*—3 Duo libri *dedit* pro *facit.*—5 Serv. *redd. humilem placidumque jac.* Plurimi etiam scripti et editi *placidumque.*—8 *Possint* ex Gottorph. placet Heins. præ vulg. *possunt:* duo alii *possent.*—9. 10 *A dignis* prim. Pal. prim. Vatic. opt. Medic. aliique nonnulli: duo, *ad dignas: ac dignas* Arundel. In nonnullis etiam, *Exigit.* Lege, *Exigit ah dignas.* Sequenti versu pro *quod* prim. Polit. *qui;* reliqui, majori ex parte, *quid.* Heins. Monendum membranas nostras et edit. Vicent. habere *cur;* hanc etiam *cur mea facta.* Istuc *ah,* hac quidem in re, non satis placet. Tum abruptius sequi videtur in editione Heinsii, *imposito calcas quid, &c.* Nescio an melius sic legere possimus, *Exigit at d. u. R. pœnas, I. calces qui mea fata pede.* Auct. Eleet. Etonens. Fr. *Exigit at justas u.* et mox tres scripti *mea colla pede.*—11. Numeri turbati satis evincunt versum esse mendosum. Optimus Mediceus *naufragioque.* Rottendorphianus pro diversa lectione *navifragoque.* Scribe, *Vidi ego navifrago piratas æquore mergi:* nisi mavis, *navifragum qui riserat,* vel, *navifragum ridentes.* Sed prima lectio verior: duo libri, *Naufragium nautas et in æquore mergi.* Heins. Bersm. Ed. *naufragiumque virosque sub æq.* Auctor Elect. Etonens. conj. *Vidi ego naufragium rapturos æq.* 'Nihil varietatis in scriptis præter ea, quæ indicata sunt, reperi: neque tamen conjec-

NOTÆ

4 *Potes*] Feri est hominis communibus, quæque singulis momentis quemlibet possint dejicere, non tangi; neque aliorum calamitate moveri.

7 *Dubio*] Ubi omnia dubia atque incerta.

Stantis] Ita tamen ut, 'Vel retro quærenda tibi fortuna, vel ante; Nam summum dubio sub pede semper habet.'

8 *Superba*] Namque, ut cecinit Flaccus, 'Fortuna sævo læta negotio, et Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna.'

9 *Rhamnusia*] Nemesis est, scelerum ultrix, et remuneratrix virtutum, quæ a Rhamnunte, Atticæ oppido, ubi templum habuit, illud nomen consecuta est.

12 *Nunquam justior*] Quia merito plectitur qui malo gaudet alieno.

Digitized by Google

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
  Nunc mendicato pascitur ipse cibo.
Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
  Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modo læta manet, vultus modo sumit acerbos;
  Et tantum constans in levitate sua est.
Nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus;
  Flammaque de stipula nostra brevisque fuit.
Neve tamen tota capias fera gaudia mente;
  Non est placandi spes mihi nulla Dei.
Vel quia peccavi citra scelus; utque pudore
  Non caret, invidia sic mea culpa caret:

fuit æquior. Qui olim non præbuerat tenuem cibum egenis, nunc ipse alitur stipe coacta. Mobilis fortuna vagatur gressibus incertis, neque stat firma et constans in ullo loco. Verum nunc est favens, nunc induit faciem sævam; et est tantum certa in sua mobilitate. Nos etiam viguimus, sed vigor ille erat fluxus; et splendor noster fuit de culmo atque brevis. Neve tamen fruaris sæva lætitia toto animo, non mihi excidit spes omnis Dei leniendi. Vel quia erravi sine flagitio: et sicuti error

turæ doctorum virorum satisfaciunt, licet secunda Heinsii sententiam faciat satis aptam. *Naufragium rapere* mihi insolentior locutio videtur: neque hic de rapacitate, sed de immiti et duro hominis animo queritur. Quare forte legi posset, *Vidi ego navifrago quot duros æquore mergi?* vel, *Vidi ego navifrago duros tot in æquore mergi:* vel, *Vidi ego navifragum qui læserat, æquore mergi:* si ageretur de prodita amicitia, posset et legi, *perjuros æquore mergi.* Sed relinquamus potius locum male affectum felicioribus ingeniis sanandum. Ridiculum vero est, quod Merula in pentametro conjungat illa *nunquam dixi*, quasi Ovidius se laudaret, quod nunquam malo alieno gavisus fuisset, cum puero pateat *nunquam* referri debere ad *justior:* unde videmus quam utile sit distinguere apte verba. *In æquora* est etiam in multis.' *Burm.*—13 Pro *negarat* Jun. et P. *negabat;* Leid. *negaret;* Lov. *negavit.*—14 Alii *ille* pro *ipse.*—15 Jun. *F. volutilis err.*—17 Pro *manet* Heins. conj. *venit;* Anctor. Elector. Etonens. *movet;* et Burm. *favet.* Mox Jun. *sum. amaros.*—19 Alii *fuit* pro *erat.*

NOTÆ

15 *Ambiguis*] Quippe quæ hodie favet, cras ea, quæ maxime auxerat, subvertit.

20 *Flamma*] Decus, Splendor.

21 *Fera*] Illa vero fera sunt gaudia, atque adeo homine indigna, quæ ex aliena calamitate nascuntur.

22 *Dei*] Augusti: ut supra sæpius.

23 *Utque pudore*] Nihil hic ad rem Commentator. Hic est sensus, ni fallor. Se quidem peccasse fatetur Naso; at non ita ut pudorem aut verecundum animum deposuerit: quod quibus evenit ad omne nefas projecti videntur. Illud est quod dixit sæpius, se per errorem, non mala mente, cespitasse. Ignoscitur autem illis præsertim quorum fortuna magis quam consilium peccavit. Possis et *pudorem* exponere quod in Poëtæ culpa pudendum quidem, at flagitiosum non fuit.

24 *Invidia*] Tempore senescunt peccata, scilicet, quæ invidiam non exas-

Digitized by Google

Vel quia nil ingens ad finem Solis ab ortu,
  Illo, cui paret, mitius orbis habet.
Scilicet ut non est per vim superabilis ulli,
  Molle cor ad timidas sic habet ille preces.
Exemploque Deum, quibus accessurus et ipse est,
  [Cum pœnæ venia plura roganda petam.]
Si numeres anno Soles et nubila toto,
  Invenïes nitidum sæpius isse diem.
Ergo, ne nostra nimium lætere ruina,
  Restitui quondam me quoque posse puta.
Posse puta fieri, lenito Principe, vultus
  Ut videas media tristis in Urbe meos:
Utque ego te videam causa graviore fugatum.
  Hæc sunt a primis proxima vota mihi.

non est sine pudore, ita est sine invidia: vel quia vastus mundus nihil habet lenius ab ortu Solis ad occasum illo, cui obsequitur. Nimirum ut non est domabilis per vim ab ullo, ita ille habet cor facile ad preces humiles. Atque more Deorum, ad quos ille etiam est venturus, conferet plura petenda cum remissione peccati. Si recenseas dies Sole illustratos, et nubilos toto anno, reperies sæpius fuisse puros. Ne igitur nimium gaudeas nostro exitio, crede me etiam aliquando posse redintegrari. Crede posse fieri, ut, Principe placato, mœstus spectes meam faciem in Urbe media; utque aspiciam te ejectum causa atrociore. Hæc sunt mea desideria proxima a primis.

—30 *Neganda* Combianus: duo, *cum venia pœnæ*. Aut desunt hic nonnulla, aut versus est mendosus. Putabam aliquando, *Cum p. v. plura ferenda putat*. Tanaquillus Faber lib. 1. Ep. 67, *Cum p. v. plura petenda dabit*. Commodo sensu, nisi quod causam haud video cur *petenda* pro *roganda* velit reponi. *Heins.* Forte scripserit, *plura roganda feram*, pro obtinebo, ut ita *ferre* passim occurrit: *petam* et *feram* etiam confuderunt librarii Ex Pont. 1. 5. 30. et alibi. *Petenda* edit. Bersm. et Pontani. *Burm.*—32 Be. *Inven. nitidis sæp.*—38 Mor. *prim. vota secunda*. Ex conj. Heins. Burm. recepit *mihi*: olim legebatur *meis*: Pol. pr. *mea est*; quinque alii *mea*.

NOTÆ

perant, neque flagitiose admissa fuerunt.

28 *Sic habet*] Optime: namque iidem qui generosissimi, et minus sunt injuriæ obnoxii, et facilius ignoscunt.

30 *Cum pœnæ*] Scilicet mendosus est hic versus, nisi aliquid deest. Adeoque pro *petam* lege *dabit* quod voluit clarissa. ille Tan. Faber; aut quoquo pacto emenda.

32 *Nitidum*] Ut, sicuti Jupiter informes hyemes summovet, ita et Naso nis calamitatem Augustus ad lætiora transferat.

38 *Hæc*] Ut ob flagitia exilio mulctetur ille malevolus.

Primis] Quibus reditum suum in Urbem accelerabat.

Digitized by Google

ELEGIA IX.

ARGUMENTUM.

LAUDAT amici fidem, fateturque ejus beneficio se vitam ducere, simulque gratias agit. Postremo dicit se libenter ejus beneficia nota omnibus facturum fuisse, si ille suis se scriptis nominari pateretur.

O TUA si sineres in nostris nomina poni
Carminibus, positus quam mihi sæpe fores!
Te solum meriti canerem memor; inque libellis
Crevisset sine te pagina nulla meis.
Quid tibi deberem tota sciretur in Urbe:
Exul in amissa si tamen Urbe legor.
Te præsens mitem, te nosset serior ætas:
Scripta vetustatem si modo nostra ferent.
Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector;
Hic tibi servato vate maneret honor.
Cæsaris est primum munus, quod ducimus auras:
Gratia post magnos est tibi habenda Deos.
Ille dedit vitam; tu, quam dedit ille, tueris:
Et facis accepto munere posse frui.
Cumque perhorruerit casus pars maxima nostros,
Pars etiam credi pertimuisse velit,

O si concederes tua nomina inseri nostris versibus, quam sæpe esses a me insertus! Recordans beneficiorum te unum laudarem; neque ulla pagina aucta esset in meis libellis sine te. Cognosceretur in tota Urbe quid tibi deberem; si tamen profugus legor in Urbe amissa. Hoc sæculum sciret te beneficum, novissimum te nosset; si saltem nostra scripta patientur vetustatem. Neque doctus lector desineret tibi bene precari: hic honor tibi maneret Poëta servato. Primum est beneficium Cæsaris quod vita fruimur: gratia est tibi habenda post magnos Deos. Ille præbuit vitam; tu defendis quam ille largitus est: et facis ut liceat frui dono accepto. Et cum pars maxima horruerit infortunia nostra, pars quoque velit existimari

5 Excerpt. Voss. et tres scripti *toto...orbe.*—6 Multi *legar* pro *legor.*—8 *Ferent* Heins. dedit ex quinque vett. pro vulg. *ferunt.*—10 Alii *te* pro *tibi.*—11 Lov. *quod duximus aur.* et tres libri *auram.*—13 Ex V. et Ed. Plantin. Ciofanus profert *quam...ille;* vulg. *quam...ipse;* P. *quod...ille;* Lov. *cui...ille.*—15 *Perhorruerit* ex septem melioribus reposuit Heins. pro vulg. *perhorreret.*

NOTÆ

10 *Vate*] Me Ovidio. 16 *Velit*] Ut hoc modo male fidum

Digitized by Google

Naufragiumque meum tumulo spectarit ab alto,
Nec dederit nanti per freta sæva manum;
Seminecem Stygia revocasti solus ab unda.
Hoc quoque, quod memores possumus esse, tuum est.
Di tibi se tribuant cum Cæsare semper amicos:
Non potuit votum plenius esse meum.
Hæc meus argutis, si tu paterere, libellis
Poneret in multa luce videnda labor.
Se quoque nunc, quamvis est jussa quiescere, quin te
Nominet invitum, vix mea Musa tenet.
Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ
Luctantem frustra copula dura tenet;
Utque fores nondum reserati carceris acer
Nunc pede, nunc ipsa fronte, lacessit equus;

metuisse, et aspexerit meum naufragium ab excelso colle, neque porrexerit manum natanti per aspera maria, solus reduxisti seminecem ex fluctibus infernis. Hoc etiam, quod possumus esse grati, est tuum. Dii præbeant se semper tibi faventes cum Cæsare: votum meum non potuit esse amplius. Meum studium poneret hæc spectandâ in aperta luce, si tu sineres, in libellis eruditis. Ægre etiam mea Musa se nunc cohibet, quamvis est jussa silere, quin indicet te nolentem. Et sicuti aspera catena coërcet canem nactum vestigia cervæ timidæ nequicquam obnitentem; et sicuti generosus equus impetit nunc pede, nunc ipsa fronte portas carceris nondum

—16 Burm. mallet *prætimuisse.*—17 *Spectarit* pro vulg. *spectaret* reponit Heins. nam Pat. habet *spectavit.*—18 Quinque libri *longa* pro *sæva;* et duo *summa.* Tum Jun. *manus.*—21 Leid. *semp. amico.*—23 Pro *argutis* Heins. olim conjecerat *ah gratis.*—25 Sic Heins. corrigit: in vulgatis erat *Nunc quoque quamvis est tam juss.* Naugerius ex vett. suadet *Nunc quoque se quamvis est juss.* Dan. Heins. *Nunc quoq. jam quamv. est juss.* Scripti variant; unus V. et Pal. *Quæ quoq. nunc quamv. est juss.* et pr. Edd. *Nunc quoq. jam quamv. est juss.* Douza legebat *Nunc quoq. quantumvis jam juss.*—27 Be. *timidæ* pro *pavidæ.*—28 Plurimi *Latrantem frustr.*—30 Leid. *nunc pressa front.*—31 Heins. conj. *leg. rata*

NOTÆ

animum tegerent.

17 *Tumulo*] Unde secure spectari posset.

19 *Stygia*] Infernali, a Styge Inferorum palude: hoc est ex altissimo mœrore.

20 *Tuum*] Quia vitæ defensor, sine qua nullus gratus et memor esse possit.

23 *Hæc*] Tum beneficia tua, tum vota quæ in tui gratiam concipio.

Argutis] Subtili atque erudito stylo exaratis.

28 *Copula*] Funis est aut catena qua canes bini alligantur.

29 *Carceris*] Repaguli, quo equi, donec currendi signum datum sit, coërcentur.

Digitized by Google

Sic mea, lege data vincta atque inclusa, Thalia
  Per titulum vetiti nominis ire cupit.
Ne tamen officio memoris lædaris amici,
  Parebo jussis (parce timere) tuis.
At non parerem, nisi si meminisse putares.
  Hoc quod non prohibet vox tua; gratus ero.
Dumque (quod o breve sit!) lumen solare videbo,
  Serviet officio spiritus iste tuo.

aperti; ita mea Musa, retenta atque repressa lege imposita, optat sequi laudes vominis prohibiti. Ne tamen male mulcteris officio grati amici, noli metuere, obtemperabo mandatis tuis. At non obsequerer, nisi si crederes me memorem esse. Ero memor, quod jussum tuum non vetat. Et quamdiu aspiciam lumen Solis, quod o breve sit! ista anima devota erit servitio tuo.

vinct. Tres etiam *inclus. Camœna;* et Pal. et V. *voluntas.*—35 *Nisi si* ex Heins. emend. vulg. *si non.* Multi ex scriptis *nisi non* vel *nisi me;* duo *nisi:* et unus *meruisse put.* 'Broukhusius malebat, *Si non meminisse vetares:* forte, *At n. p. nisi te meruisse putarem:* vel, *At n. p. nisi me memorasse putarem, Si quo non p. lex tua, gratus, eo.* Si sine nomine eo usque tui meminissem, gratus pro tot beneficiis, quo lex tua me progredi non prohibet.' *Burm.*—37 In vulgatis *lum. vitale videbo;* tres libri *natale,* et Richel. *solare, videbo:* Edd. pr. *solare,* et octo scripti *vitale, tenebo:* unus etiam *docebo.* Heins. conj. *lum. solare tuebor.*—38 V. et Ma. *spir. ipse meo;* et plurimi *ipse duo.*

NOTÆ

31 *Thalia*] Quæ Musarum est una.

32 *Vetiti*] Tui, scilicet, quod prohibes libellis inserere.

33 *Officio*] Si tuas laudes aperte, prolatoque nomine, prædicaverim.

Lædaris] Jam sæpe dixi, periculum fuit ne in Cæsaris offensionem incurreret quisquis Nasoni exuli nimis aperte faveret.

34 *Timere*] Ne forte nomen tuum proferam.

35 *Meminisse*] Memorem esse. Vix enim generosus quisquam beneficium a quoquam velit accipere, quod quasi perditum et absorptum ab ingrato videatur.

37 *Breve*] Optime adeoque sensit Poëta, homini non licere, pro libidine, locum et stationem suam deserere, aut mortem oppetere.

Digitized by Google

ELEGIA X.

ARGUMENTUM.

TRES annos se egisse scribit Poëta, eos tamen sibi decem videri, idque loci asperitate, et difficultatibus, quas deinde subjungit.

UT sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister:
Facta est Euxini dura ter unda maris.
At mihi jam videor patria procul esse tot annis,
Dardana quot Graio Troja sub hoste fuit.
Stare putes; adeo procedunt tempora tarde:
Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert:
Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura novata est;
Cumque meis curis omnia longa facit.

Ex quo tempore sumus in Ponto Danubius ter concretus est frigore; fluctus Ponti Euxini ter diriguit. At mihi videor jam esse longe a patria tot annis, quot Troja Dardana fuit sub hoste Græco. Credas tempora consistere, adeo lente fluunt, et annus absolvit spatium tardis gressibus. Neque solstitium mihi quicquam detrahit de noctibus; neque hyems mihi reddit dies breves. Nimirum natura rerum mutata est in nobis, et reddit omnia prolixa cum meis solicitudinibus. Anne tempora communia absolvunt ordinarios cursus, atque potius tempora vitæ meæ

2 Unus liber *Fracta est.* Serv. *Fracta quoque E. est.*—3 Leid. *At tibi jam.*—4 Duo libri *terra* pro *Troja.*—7 Leid. *Non mih.*—8 Serv. *Effugit aug.* et in voc. *augustos* pro var. lect. Leid. exhibet *argutos.*—9 P. *nat. morata est.*—

NOTÆ

1 *Ter*] Illic adeoque tres annos circiter commoratus erat Poëta.

3 *Videor*] Quia illis longum tempus videtur, qui re aliqua dura premuntur.

4 *Dardana*] A Dardano rege.

Quot] Decem autem duravit annos obsidio Trojana.

7 *Solstitium*] Duo sunt, quæ ita appellantur quod eo tempore stare Sol videatur: quanquam hybernum Bruma fere appellatur. Hic autem de æstivo loquitur, quod in octavum Kalendas Julii incidit; quo tempore noctes sunt brevissimæ. Longissimæ tamen Nasoni videbantur, qui insomnes ducebat, gravissimis curis confectus, scilicet.

8 *Bruma*] Qua tamen dies sunt brevissimi, Solstitio præsertim, seu octavo Kalendas Januarii; quod quidem Solstitium per Brumam intelligendum.

9 *Novata*] Mutatam dicit rerum naturam, quia omnia longa et diutus

Digitized by Google

Num peragunt solitos communia tempora motus,
  Suntque magis vitæ tempora dura meæ?
Quem tenet Euxini mendax cognomine littus,
  Et Scythici vere terra sinistra freti.
Innumeræ circa gentes fera bella minantur;
  Quæ sibi non rapto vivere turpe putant.
Nil extra tutum est: tumulus defenditur ægre
  Mœnibus exiguis, ingenioque loci.
Cum minime credas; ut aves, densissimus hostis
  Advolat, et prædam vix bene visus agit.
Sæpe intra muros clausis venientia portis
  Per medias legimus noxia tela vias.

sunt aspera? quem littus Euxini falsum cognomine, et terra vere sinistra maris Scythici, habet. Nationes innumeræ circa intentant sæva certamina, quæ sibi in dedecus rapiunt non ali furto et præda. Nihil extra est securum. Collis vix servatur parvis muris, et conditione loci. Cum minime verearis, hostis confertissimus advolat tanquam alites, et nondum satis conspectus aufert rapinam. Frequenter tollimus intra mœnia per medias vias spicula hostilia immissa obseratis portis. Adeo-

11 Variant libri in hoc disticho. *Non peragunt* quinque; *dum peragunt* unus; *an* et *nunc* alii codices. Pro *motus*, *cursus* quatuor habent. Deinde, in pentametro, *tempora longa* Francof. et quatuor alii: offendit autem bis illud repetitum *tempora*, et *longa* etiam modo præcessit. Forte scripserit, *Non peragunt s. c. sidera motus, Suntque m. v. t. lenta meæ:* in quibus nihil mutamus, nisi voces perpetuo confundi solitas, ut *sĭdera* et *tempora:* vid. II. ex Pont. 4. 25. *longa* et *lenta* passim: vid. II. Fast. 722. quamvis et *longa* retineri posset. *Communia* autem sidera dicuntur, ut *sol communis*, lib. VI. Met. 350. Illa ergo mihi etiam communem usum præstare deberent, ut celeriter labi viderentur, sed hoc mihi præcipue evenire video, ut magis lenta tempora labantur mihi, quam aliis. *Burm.*—13 Serv. *Quæ ten.* unus *Me:* Mor. et pr. Ed. *Quam.* Mox Jun. *mend. cum nomine litt.* Multi scripti et editi *cognomine pontus;* Fr. *portus;* sex libri *tellus.*—15 Bersm. var. lect. *Innumeras circ.* et nonnulli scripti et editi *circum.* Jun. *In numen gentes tutum fer.*—16 Sic V. et meliores omnes; vulg. *Quæ nisi de rapt.* pr. V. et tres alii *raptu:* Be. *Et nisi de rapto vivere posse put.*—17 Pro *tumulus* duo libri *turris;* unus *cumulus.* Multi etiam vett. *ægræ*, quod Burm. reponit pro vulg. *ipse.*—19 Pro *Cum* Be. Gryph. et aliæ Edd. *Quod;* unus *Quæ.* Richel. *Cum bene vix cred.* Ex

NOTÆ

manentia videbantur.

12 *Magis*] Pro *potius.* Causam enim dicit quamobrem sibi tempus longum videatur.

13 *Quem*] Nasonem, scilicet.

Mendax] Quia *Euxinus* atque *hospitalis*, cum potius *inhospitalis* dici mereatur.

14 *Vere*] Namque ut in sinistra parte sita Euxini, Italorum habita ratione qui illuc oculos convertant, ita et aspera atque infelix.

16 *Quæ*] Immo, si Herodoto credis, *Quæ nisi de rapto vivere turpe putant.*

17 *Extra*] Paulo a mœnibus remotius.

18 *Ingenio*] Situ, scilicet, et difficili aditu.

Digitized by Google

Est igitur rarus, qui rus colere audeat: isque
  Hac arat infelix, hac tenet arma manu.
Sub galea pastor junctis pice cantat avenis;
  Proque lupo pavidæ bella verentur oves.
Vix ope castelli defendimur: et tamen intus
  Mixta facit Graiis barbara turba metum.
Quippe simul nobis habitat discrimine nullo
  Barbarus: et tecti plus quoque parte tenet.
Quos ut non timeas, possis odisse videndo
  Pellibus et longa tempora tecta coma.
Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,
  Pro patrio cultu Persica bracca tegit.
Exercent illi sociæ commercia linguæ.
  Per gestum res est significanda mihi.
Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli:
  Et rident stolidi verba Latina Getæ.

que pauci sunt, qui non dubitent subigere agros; atque illi miseri proscindunt terram altera manu, altera tractant tela. Opilio sub casside canit calamis copulatis pice, et oves timidæ metuunt certamina potius quam lupum. Ægre defendimur beneficio arcis; et tamen agmen barbarum junctum Græcis incutit timorem intus. Nempe barbarus promiscue nobiscum degit, et possidet plus media *etiam parte domuum. Quos quamvis non reformides possis odio habere spectando tempora velata pellibus et prolixis capillis. Femoralia Persica, pro amictu patrio, velant etiam eos qui putantur orti ex urbe Græca. Illi utuntur lingua communi. Res est mihi indicanda per gestum. Ego hic sum barbarus; quia non intelligor ab ullo; et*

scriptis nonnullis et pr. Edd. Heins. recepit *aves* pro vulg. *avis*.—22 Voss. *Martia* pro *noxia*: et Gottorph. pro var. lect. *tela nociva*.—23 Olim legebatur *qui jam colere*; Heins. reponendum *rus* monuit, quæ vox ob cognationem posterioris syllabæ exciderat: quam conjecturam postea in Cod. Medoniano confirmatam deprehendit, in quo *rus qui colere*: Serv. *qui jam colere agros aud.* —26 Leid. *Proq. lupi pav. fraude ver.* Heins. pro *bella* conj. *tela*.—28 Duo Codd. *lingua* pro *turba*.—29 Multi scripti et olim editi *Quipp. nobiscum hab.* male: ita enim millies veteres locuti sunt; vid. ad Fast. I. 567. [Not. Var.] *Heins.*—30 Tres libri *part. capit.*—31 Pr. Pal. V. et quinque alii *Quorum ut.* —32 *Tempora* Heins. profert ex uno Bonon. et vett. Edd. vulg. *corpora*: quidam vett. etiam *pectora*.—33 Serv. *G. panduntur ab.* Heins. conj. *produntur*.—34 Sex Codd. *cult. barbara bracc.*—35 Pro *sociæ* tres libri *patriæ*; quatuor *Scythicæ*; unus *Geticæ*.—36 P. *est testificanda mih.*—37 Quinque vett. *qui* pro *quia*. Heins. conj. *qui non intelligar*.—38 Ex V. Ciofanus profert *Et*

NOTÆ

25 *Galea*] Atque adeo nullus non timet.

28 *Barbara*] Quia Getæ promiscue cum Græcis Tomos incolebant.

34 *Patrio*] Qui Græcorum cultus est civilior.

Persica] Cujusmodi etiam utuntur Persæ.

35 *Illi*] Græci, scilicet.

Sociæ] Geticæ gentis, cui se addi-

Digitized by Google

Meque palam de me tuto mala sæpe loquuntur:
  Forsitan objiciunt exiliumque mihi.
Utque fit, in me aliquid, si quid dicentibus illis
  Abnuerim quoties annuerimque, putant.
Adde, quod injustum rigido jus dicitur ense:
  Dantur et in medio vulnera sæpe foro.
O duram Lachesin, quæ tam grave sidus habenti
  Fila dedit vitæ non breviora meæ!
Quod patriæ vultu, vestroque caremus, amici;
  Quodque hic in Scythicis finibus esse queror;

insulsi Getæ irrident voces Latinas. Frequenter etiam male prædicant de me secure in conspectu meo; et forte mihi exprobrant fugam. Et, ut fit, si quid abnuerim, et quoties annuerim, dum loquuntur, cogitant aliquid adversum me. Adde quod jus iniquum exercetur fero gladio, et plagæ inuruntur sæpe in medio foro. O sævam Lachesin, quæ non præbuit stamina breviora vitæ meæ mihi *habenti astrum tam asperum. Quod orbi sumus facie patriæ, vestraque, amici; et quod doleo hic esse in*

rident: vulg. *Derident.*—39 *Male* cum primis editionibus, primo Vatic. et sex aliis. *Heins. Mala* plerique scripti et olim editi, quod cur mutari debeat nescio: nam *mala* sunt convicia, maledicta, ut Terent. ‘ mala ingerere multa’ Andr. IV. 1. 16. et ita ‘ mala verba’ apud Tibullum II. 5. 101. codex Mattii, ut ‘ mala verba’ idem dixit I. 11. 57. *Burm.*—41 *Utque fit* veteres plerique: [vulg. *sit.*] Sed distichon etiam hoc commentitium est et fictum. *Heins.* Corruptum fateor distichon, sed ab Ovidii tamen manu profectum credo: forte scripserit, *Utque fit, in me aliquid sævi, dicentibus illis Annuerim q. abnuerimque, parant:* si non ex eorum sententia videor abnuere vel annuere, et meos gestus et signa perverse interpretantur, et parant in me aliquid sævi: vel, *Utque fit, a me aliquid dici de gentibus illis, Abnuerim quoties annuerimve, putant. Puto* Bonon. *Burm.*—43 Plurimi *jus ducitur ens.*—44 R. *sæp. choro.*—45 Mor. Serv. et alius Cod. *O diram L.*—47 Jun. *Qui patr.* et tres scripti *patrio.*—48 In plurimis editis *Quod sic in S. gentibus est.* ‘ Rectius *Quidque hic* reponas: *finibus* etiam bene nonnulli scripti. Sed et hoc distichon spurium est. Omnia enim, quæ hic dicuntur, proxime præcedenti disticho jam erat complexus, argute tamen et breviter, quod obtusi captus librarios offendit. *Heins.* Sed si deleatur, quo referas illud, ‘ utraque pœna?’ quæ respicit, et quod careat amicis, et quod non meliore loco exul vivat. Variant vero admodum codices: quidam *meque quod in:* alii *atque quod:* præterea, *utque hæc, atque hæc,* (ut editi etiam quidam) *atque hic, utque habitem in, &c.* Junianus etiam *in Geticis partibus: at quoque in Geticis*

NOTÆ

derunt.

41 *Utque*] Spurium hoc distichon.

45 *Lachesin*] Una est ex tribus Parcis, quæ fatis præesse hominum, illisque bona et mala assignare, finguntur.

Tam grave] Tam infelici sidere nato: tamque adeo misero.

47 *Quod patriæ*] Spurium hoc distichon quamobrem crediderit clariss. Heinsius non assecutus sum primo: at paulo attentius cogitanti subiit ultro male huc inculcatum, ut ex sequenti nota patebit.

Digitized by Google

Utraque pœna gravis: merui tamen Urbe carere;
Non merui tali forsitan esse loco.
Quid loquor ah demens? ipsam quoque perdere vitam
Cæsaris offenso numine dignus eram.

terra Scythica, utrumque supplicium est durum. Dignus tamen Urbe exulare; forte non sum dignus esse in ejusmodi loco. Quid aio, ah insanus? Merui etiam amittere vitam numine Cæsaris læso.

(vel *Scythicis*) *finibus* Leid. forte, *cogor et in Scythicis partibus* (vel *finibus*) *esse, queror.* Burm.—51 Duo scripti *Quid queror ah.*

NOTÆ

49 *Utraque*] Non illæ quas superius obtrudit distichon; sed quia *grave sidus* atque *longa vita:* ex quibus duobus Lachesin increpavit.

50 *Forsitan*] Hæc vox addita, ne Cæsarem, absolute loquendo, Naso læderet, aut injustitiæ coargueret.

ELEGIA XI.

ARGUMENTUM.

DOLET Poëta uxorem ab inimico jurgiis lacessitam, exulisque uxorem appellatam. Eamque hortatur ut omnia patiatur; quandoquidem Augustus se non exulem, sed relegatum, nominavit.

QUOD te nescio quis per jurgia dixerit esse
Exulis uxorem, litera questa tua est.
Indolui; non tam mea quod fortuna male audit,
Qui jam consuevi fortiter esse miser:

Epistola tua questa est, quod nescio quis dixerit inter rixas te esse conjugem exulis. Molestum fuit; non tam quod sors mea male audit, qui jam consuevi esse

NOTÆ

1 *Nescio quis*] Scilicet illum et indicaverat Nasonis conjux, et ipse noverat: verum ut solemus per contemtum, et quia non deerant aliæ rationes, nominare eum dedignatus est.

Digitized by Google

Quam quia, cui minime vellem, sim causa pudoris;
  Teque rear nostris erubuisse malis.
Perfer, et obdura: multo graviora tulisti,
  Cum me surripuit Principis ira tibi.
Fallitur iste tamen, quo judice nominor exul.
  Mollior est culpam pœna secuta meam.
Maxima pœna mihi est, ipsum offendisse: priusque
  Venisset mallem funeris hora mihi.
Quassa tamen nostra est, non fracta, nec obruta puppis:
  Utque caret portu; sic tamen extat aquis.
Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit;
  Quæ merui vitio perdere cuncta meo.

infelix strenue; quam quod sim causa ruboris cui minime vellem, et credam te pudore suffusam ex nostris infortuniis. Perfer et obdura: passa es multo duriora, cum ira Cæsaris abstulit me tibi. Iste tamen, cujus arbitrio dicor exul, decipitur. Pœna levior addita est peccato meo. Supplicium est mihi asperrimum ipsum læsisse; et mallem ante hora meæ mortis incidisset. Navis tamen nostra est quassa, non fracta, neque mersa; et sicuti destituta est portu, ita tamen eminet super aquas. Neque sustulit mihi vitam, neque facultates, neque jus civis, quæ omnia merui amit-

5 *Quia...sim* Heins. rescripsit ex melioribus pro vulg. *quod...sum:* unde etiam in seq. versu etiam legit *rear* pro *reor.* Tredecim libri *caus. doloris.*—6 Leid. *nostr. indoluisse mal.*—7 Pro *multo* quidam Codd. *multum;* Ms. Bersm. *nimium.* Tum Be. *pejora tul.*—8 *Cum me surripuit* ex uno Cod. edidit Heins. pro vulg. *Eripuit cum me.* Tum Jun. *Cæsaris ira;* et pr. Pol. et opt. Med. *judicis:* Heins. suadet *vindicis.*—9 Be. cum duobus aliis *ille* pro *iste.*—13 In vulgatis scribebatur, *Q. tamen nostra est, nec mersa, nec obruta navis.* Scripti *non mersa:* sex etiam, *puppis:* bene etiam prim. Pal. *non fracta;* ne bis idem dicat: sed et τὸ *tamen* suspectum est, cum id mox versu sequenti repetatur. Scribe, *Q. mari nostra est, non fracta, nec obruta puppis:* vel, *Q. salo;* ut omissa prior syllaba in *salo,* quæ ultima erat vocis proxime præcedentis, solenni librariorum errore, occasionem loco dederit corrumpendo. *Heins.* Forte, *Q. quidem nostra est.* Nam minus est 'quassa,' quam 'fracta,' et 'obruta' fluctibus: 'Quassæ' enim refici possunt; ut Horat. Od. 1. 1. dicit; sed fractæ et obrutæ penitus perierunt. *Burm.*—15 Unus liber *ademit posse reverti;* quod Burm. putat librarium cepisse ex Pont. 1. 7. 47.—16 *Quæ* Heins. protulit ex libris quatuor; vulg. *Qui:* pr. Pal. *Quam.*—

NOTÆ

5 *Cui*] Uxori, scilicet, optime meritæ.

7 *Graviora*] Adeoque et leviora potes ferre: quæ ferenda esse amor conjugalis suadet.

10 *Mollior*] Quia non exul, sed relegatus, dictus.

11 *Prius*] Antequam Cæsarem offendissem.

13 *Quassa*] Optime exponit hæc comparatio quid exulem inter et relegatum intercedat.

Non fracta] Quia in patriam redire possit relegatus.

Nec obruta] Quia non interemtus Poëta.

14 *Caret*] Namque maximis calamitatibus in Ponto jactabatur Poëta.

Digitized by Google

Sed quia peccato facinus non affuit illi,
Nil nisi me patriis jussit abesse focis.
Utque aliis, numerum quorum comprendere non est,
Cæsareum numen, sic mihi, mite fuit.
Ipse relegati, non exulis, utitur in me
Nomine: tuta suo judice causa mea est.
Jure igitur laudes, Cæsar, pro parte virili
Carmina nostra tuas qualiacumque canunt.
Jure Deos, ut adhuc cœli tibi limina claudant,
Teque velint sine se, comprecor, esse Deum.
Optat idem populus. Sed ut in mare flumina vastum,
Sic solet exiguæ currere rivus aquæ.
At tu fortunam, cujus vocor exul ab ore,
Nomine mendaci parce gravare meam.

tere culpa mea. Verum quia flagitium non fuit conjunctum illi peccato, nihil imperavit nisi me carere domo patria. Et sicuti numen Cæsareum fuit lene aliis, quorum non datur assignare numerum, ita mihi fuit. Ipse utitur nomine relegati, non exulis erga me: causa mea est secura suo judice. Adeoque versus nostri qualescumque prædicant merito tuas laudes pro viribus, Cæsar. Merito veneror Deos, ut adhuc tibi negent aditus cœli, et velint te esse Deum sine se. Plebs idem vovet: verum sicuti fluvii solent festinare in magnum mare, ita et rivus parvæ aquæ. At tu, ex cujus ore dicor exul, noli premere meam sortem falso nomine.

17 *Illi* ex octo melioribus; alii cum vulgatis *illum*.—18 Fr. et tres alii *juss. abire foc.* et septem alii *locis*.—19 Fr. *quor. componere non*; Mor. *deprendere*; alius *contingere*.—20 Hamburg. *venit* pro *fuit*.—25 Pro *limina* nonnulli edunt *lumina*.—26 Comb. et nonnulli vett. *esse diu*; quod et Naugerius rectum putat.—27 Jun. *flumina currunt*.—30. Non damno, sed neque displicet quod in uno Codice extat *mordaci* [pro *mendaci*]. Burm.

NOTÆ

18 *Focis*] Pro domo.

25 *Adhuc*] Quamdiu viget ætas, et donec senio confecto ad ipsos Deos accedendi tempus sit.

26 *Sine se*] Atque adeo in terris, dum illi in cœlis agunt.

28 *Rivus*] Preces suas cum rivo confert, qui, nihilo minus quam vasta flumina, in mare decurrat; ut et illas cœlum penetrare Cæsar intelligat.

29 *Tu*] Inimicum compellat.

Digitized by Google

ELEGIA XII.

ARGUMENTUM.

AMICO hortanti ut aliquid scriberet respondet Poëta; causasque assignat cur id sibi facere non liceat. Demum ostendit se non posse teneri, quin semper aliquid componat, composita vero igni comburat.

SCRIBIS, ut oblectem studio lacrymabile tempus,
Ne pereant turpi pectora nostra situ.
Difficile est, quod, amice, mones: quia carmina lætum
Sunt opus, et pacem mentis habere volunt.
Nostra per adversas agitur Fortuna procellas:
Sorte nec ulla mea tristior esse potest.
Exigis, ut Priamus natorum funere ludat,
Et Niobe festos ducat ut orba choros.

Scribis, ut leniam tempus luctuosum studio, ne noster spiritus vanescat indecoro otio. Quod horteris est arduum, amice: quia versus sunt opus festivum, et volunt habere otium animi. Nostra sors jactatur per adversas tempestates, neque fortuna ulla potest esse mœstior mea. Postulas, ut Priamus lætetur morte filiorum, et ut

1 Duo et Ms. Bersm. *stud. miserabile temp.*—2 Unus liber *Nec* pro *Ne.* Multi etiam scripti *turp. tempora nostr.* et unus *corpora.*—3 Tres scripti *petis* pro *mones;* et unus *rogas.*—5 Leid. *adv. fertur F.*—7 *Plaudat* recte vetustæ editiones cum prim. Pal. prim. Vatic. et quatuor aliis melioris notæ. *Heins.* Ego reduxi, *ludat;* quod et Francofurtensis habebat, et melius respondet sequenti, 'ducat choros:' ludere enim est saltare, ut Metam. III. 685. vide Græv. Lect. Hesiod. cap. 21. et alios: 'plaudere' et 'ludere' etiam alibi confusa docere possunt notæ ad Metam. IV. 342. et Remed. 380. Unus etiam codex habebat, *cantet;* non male. Mallem etiam, licet vulgatam non damnem, *natorum in funere* cum Lovaniensi, ut Remed. 127. 'Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati Flere vetet.' *Burm.*—8 R. Leid. et duo alii *duc.*

NOTÆ

1 *Lacrymabile*] Quo exul, aut procul a patria, languebat.

2 *Pereant*] Certe vero ignavia et desidia non minus depravatur ingenium, quam situ aut quiete corrumpuntur corpora vel durissima.

3 *Difficile*] Quia nempe in diversas partes cura atque ægritudo mentem trahunt, quæ tamen, nisi sui compos, et in sese collecta, vix quicquam componere accurate aut eleganter valeat.

8 *Niobe*] Quam Tantali filiam liberis ab Apolline et Diana privatam, ob superbiam, deinde in saxum mutatam, ob convicia, supra vidimus.

Ducat choros] Cantet, saltet, et

Digitized by Google

Luctibus, an studio videor debere teneri,
Solus in extremos jussus abire Getas?
Des licet hic valido pectus mihi robore fultum,
Fama refert Anyti quale fuisse reo;
Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ.
Plus valet humanis viribus ira Dei.
Ille senex dictus sapiens ab Apolline, nullum
Scribere in hoc casu sustinuisset opus.
Ut patriæ veniant, veniant oblivia vestri;
Omnis ut admissi sensus abesse queat;
At timor officio fungi vetat ipse quieto.
Cinctus ab innumero me tenet hoste locus.

Niobe orba agitet lætas choreas. Videorne debere teneri fletibus an studio jussus discedere solus in ultimos Getas? Quamvis mihi hic præbeas cor sustentatum firmis viribus, quale fama narrat fuisse reo Anyti; sapientia afflicta pondere tanti exitii jacebit. Ira Dei plus potest robore humano. Ille senex appellatus sapiens ab Apolline, non potuisset ducere ullum opus in hac clade. Quamvis suboriantur oblivia patriæ, et nostri, quamvis omnis sensus peccati possit extingui; at metus ipse prohibet exequi munus quietum. Locus me habet clausus ab hoste innumero. Adjice,

---

in orbe ch.—9 In Leid. erat *aut* pro *an*; unde Burm. conj. *Luctib. haud stud.* In uno V. *studiis*; et Heins. conj. *Lusibus an studii vid.*—11 In vulgatis erat *lic. invalido pect.* Marg. Mycill. et aliarum Edd. *ut valido*: Heins. suadet *hic valido.*—12 *Reo* Heins. reposuit ex pr. V. Comb. et Ro. pro vulg. *rei.*—13 Leid. *cadit* pro *cadet*; et pr. Ed. *cadat*. *Vestri* Burm. recepit ex plurimis scriptis pro vulg. *nostri.*—18 In vulgatis erat *ut amissi sens.* 'Lege *ut admissi sens.* cum nonnullis. Ne quid tamen dissimulem, distichon hoc vix genuinum mihi videtur. Nisi tollis, scribe *vetet* pro *vetat* versu proximo.' *Heins.* Pentametrum corruptum esse puto: forte, *Ut laris amissi sensus abesse queat.* Sic alibi vidimus illum jungere patriam, domum, et amicos, quibus carere se toties queritur. In Regio erat, *a casu* pro *admissi*; unde legi possit, *Omnis ut a casu sensus abesse queat.* Burm.—19 *Quietum* omnes fere libri: sex, *fungi vetat: esse quietum Cinctus, &c.* prim.

NOTÆ

genio indulgeat.

12 *Anyti reo*] Socrati, quem Anytus, Melitus, et Lycon accusaverunt. Fortitudinem autem atque animi constantiam illi Philosopho maximam fuisse nullus non novit.

14 *Plus valet*] Ignoscat mihi vir tantus. Quem parum appositum ac proinde suspectum versum habuit clariss. Heinsius, illum ego ut pulcherrimum, ita et maxime causæ servientem, amplector.

15 *Ille*] Socrates, quem sapientissimum Apollinis oraculum judicavit.

16 *Sustinuisset*] Quanquam ob patientissimum animum, non sine causa, maxime fuit commendatus.

17 *Ut*] Quamvis, inquit, neque me patriæ desiderium, neque pristini status recordatio, neque ipse peccati dolor solicitum, minusque versibus scribendis aptum, habeant, metus tamen, &c.

19 *Timor*] Ab hostibus subinde

Digitized by Google

Adde, quod ingenium longa rubigine læsum
  Torpet: et est multo, quam fuit ante, minus.
Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
  Nil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.
Tempore qui longo steterit, male curret, et inter
  Carceribus missos ultimus ibit equos.
Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,
  Si qua diu solitis cymba vacarit aquis.
Me quoque despero, fuerim cum parvus et ante,
  Illi, qui fueram, posse redire parem.
Contudit ingenium patientia longa laborum:
  Et pars antiqui magna vigoris abest.

quod ingenium obtusum diutina rubigine languescit, et est multo minus quam fuit prius. Campus ferax, si non renovetur indefesso aratro, nihil proferet præter herbas cum spinis. Equus qui torpuerit longo spatio male curret, et incedet ultimus inter eos qui emissi fuerint ex repagulis. Si quæ navis aut linter diu fuit extra aquas solitas, mutatur in friabilem cariem, atque aperitur rimis. Despero etiam, quamquam et fuerim tenuis antea, me posse fieri æqualem illi qui fueram. Diutina tolerantia laborum hebetavit ingenium, et magna pars pristini vigoris desideratur. Frequenter

---

Edit. et quidam scripti; et *vetat hoste* duo: forte, *At t. o. f. vetat; esse quietum C. ab inn. me vetat hoste locus:* ut bis repetat idem verbum, sicut sæpe solet. *Burm.*—21 P. *multa* pro *longa*. Tum Arund. *rubig. plenum;* Heins. conj. *rosum.*—25 Nonnulli libri *cum* pro *qui*. Mox scripti et editi multi *mal. currit, et.*—26 Alii *ibit equus.*—27 Non placet hoc epitheton [*teneram*]: *tetram* conjecerant Heinsius et Francius. ego aliud adhuc quæro: an *tenuem?* quæ vox sæpe cum alia commutata reperitur. Hamb. *scabiem.* Burm.—28 Alii *cymb. vacabit* vel *vacavit:* P. *negatur;* et Serv. *carebit.*—29 *Despero* Heins. recepit ex pr. Pal. et quatuor aliis pro vulg. *despera.*—31 Scripti nonnulli *laborum;* vulg. *dolorum:* et Be. *majorum.*—32 Quidam

NOTÆ

irruentibus.

22 *Minus*] Nihil vero tantum a scribendo animum deterret quam tenuitatis conscientia. Non sine conatu fœtus suos aut concipit aut emittit mens nostra, qui ubi frustraneus est, vel minus idoneus, ita maxime cordatissimum quemque ab incepto demovet.

23 *Fertilis*] Comparatio elegans; sicuti enim ager dum vertitur ad ferendos fructus mitiores componitur, ita ingenium in partes omnes versando fœcundatur.

25 *Tempore*] Aptissima alia comparatio; quæ magis adhuc rem ipsam oculis subjicit, ut facile patebit attendenti.

27 *Vertitur*] Vere dicit: at non ita respondet ingenii naturæ ista comparatio; nisi ejus cariem dixeris vitia quibus per otium corrumpitur, quæque catervatim, cum nihil agit, ingruunt.

29 *Parvus*] Tenuis ingenii. Invidiam ex superbia declinat.

Ante] Priusquam calamitatibus obrutus.

Digitized by Google

Sæpe tamen nobis, ut nunc quoque, sumta tabella est;
  Inque suos volui cogere verba pedes:
Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis;
  Digna sui domini tempore, digna loco.
Denique non parvas animo dat gloria vires;
  Et fœcunda facit pectora laudis amor.
Nominis et famæ quondam fulgore trahebar,
  Dum tulit antennas aura secunda meas.
Non adeo est bene nunc, ut sit mihi gloria curæ:
  Si liceat, nulli cognitus esse velim.
An, quia cesserunt primo bene carmina, suades
  Scribere, successus ut sequar ipse meos?
Pace, novem, vestra liceat dixisse, Sorores;
  Vos estis nostræ maxima causa fugæ.

tamen tabula correpta est a nobis, uti nunc, atque cupivi ordinare voces in suos numeros: nulli versus sunt a me exarati, aut quales aspicis, digni tempore sui domini, digni loco. Denique laus non præbet exiguas vires animo; et desiderium famæ præstat ingenia felicia. Ducebar olim splendore laudis et gloriæ, dum ventus propitius impulit meas antennas. Non tam bene est nunc, ut fama moveat animum: siquidem concedatur, optem nemini esse cognitus. An consulis scribere, quia versus primo bene cesserunt, ut ego sequar meos successus? Detur mihi *profiteri sine vestra offensa, novem sorores; vos estis potissima causa nostri exilii. Et quemad-*

---

nulla pro *magna*.—33 Lov. *ut quondam sunt*.—35 Vox *scripta* suspecta est Zinzerlingo in Diatrib. pr. Burm. conj. *cæpta*. In Excerpt. Voss. erat *Carmina tunc equidem non digna, sed aspera scribo*.—38 Alii *Et facunda fac*. —40 Lov. *aur. sera*, (Burm. conj. pro *serena*) *meas*.—41 Octo libri *Non adeo nunc est bene, sit mihi*: Mor. *stat* pro *nunc*. Excerpt. Voss. *ut sint mihi carmina curæ*.—45 Mor. *vestr. licet hoc dix.* Jun. *liceat modo dicere Musæ*.

NOTÆ

35 *Qualia*] Tenui stylo. Quanquam elegantissima sunt.

36 *Tempore*] Infelici atque ærumnoso.

Loco] Barbaro.

37 *Dat*] Neque immerito: multisque de causis ineptissimos coargueris veræ gloriæ contemtores, qui dum superbiæ crimen effugere nituntur, suam insuper produnt inscitiam. Sed jam diu invaluit hic mos apud plerosque nostros agyrtas, ut per humilitatem Christianam, de qua pessime sentiunt, tamen veram laudem aliorum protritum eant; ne non ex libidine, scilicet, luxuriari possit superbia atque invidia sua. At enim quis illis modum faciat?

40 *Antennas*] Antenna lignum est supremo malo alligatum, ex quo vela pendent, quod hic pro navi, sicuti navis pro vita aut Poëtæ statu, ponitur.

42 *Si liceat*] Magis istud ex arte quam ex vero petitum.

43 *An, quia*] Ironice loquitur. Namque jam sæpius carmina atque studia sua devovit.

Digitized by Google

Utque dedit justas tauri fabricator aëni,
  Sic ego do pœnas artibus ipse meis.
Nil mihi debuerat cum versibus amplius esse;
  Sed fugerem merito naufragus omne fretum.
At puto, si demens studium fatale retentem,
  Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,
  Verbaque significent quid mea norit, adest.
Omnia barbariæ loca sunt, vocisque ferinæ,
  Omnia sunt Getici plena timore soni.
Ipse mihi videor jam dedidicisse Latine:
  Jam didici Getice Sarmaticeque loqui.
Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri
  A componendo carmine Musa potest.
Scribimus, et scriptos absumimus igne libellos.
  Exitus est studii parva favilla mei.

modum artifex tauri ærei luit justas pœnas, ita ego ipse luo artibus meis. Nihil mihi debuerat esse amplius cum carminibus; sed naufragus jure aversarer omne mare. At, credo, si insanus denuo experiar studium fatale, hic locus mihi obtulerit instrumenta versuum. Nullus hic est liber, nullus qui mihi præbeat aurem, et intelligat quid mea verba exprimant. Omnia loca sunt obsita barbarie, et sonis ferinis, atque plena metu vocis Geticæ. Ipse mihi videor jam esse oblitus Latinæ linguæ; jam didici verba facere Getice et Sarmatice. Neque tamen, ut agnoscam verum, Musa nostra potest abstinere a scribendo versu. Componimus, et corrumpimus igne libellos compositos. Exiguus cinis est fructus studii mei. Neque possum, et opto

---

—47 Mor. *pœnas* pro *justas*.—48 P. et duo alii *pœn. versibus ips.*—49 Alii *mihi debebat cum*.—50 Quidam vett. *Si*, vel *Cum fuger*. Marg. Gryph. et aliorum *Sic*.—54 R. et pr. Ed. *Verbaq. si recitem, qui mea*.—55 Pr. Pol. *Omn. barbariea;* unde Heins. *barbaricæ*, scil. vocis.—56 Alii *Omn. quæ possunt*, vel *possint plen.* aut *Omn. barbarici*, vel *Sarmatici*. Quædam vett. edd. *Omn. quæ possunt plen. t. sonant:* et R. *Omn. quæ possunt plen. t. loqui*.—59 P. *ver. fateamur nostr.* Tum alter Pol. et multi alii *levari;* tres *vacare*, et quatuor *revelli*.—60 R. *carmina* pro *carmine*.—61 Lov. *script. absumsimus ign.* Excerpt. Voss. *combussimus;* unus liber *consumimus*.—62 *Tò parva* non placet. An *studiis atra f. meis?* sic Met. XIII. ‘ atra favilla volat.’ *Heins.* Burm. conj.

NOTÆ

45 *Novem*] Totidem, scilicet, recensentur Musæ, quarum nomina passim, in primis etiam puerorum elementis, conspiciuntur.

47 *Fabricator*] Perillus, de quo in superioribus, primus, tyranni jussu, in taurum suum conjectus.

50 *Fretum*] Hoc est, versus quibus perii, sicuti naufragus aquam ubi periclitatus est.

51 *Puto*] Ironice.

52 *Hic*] A Barbaris obsessus.

Arma] Libros, et quæ subjungit.

Digitized by Google

Nec possum, et cupio non ullos ducere versus.
Ponitur idcirco noster in igne labor.
Nec nisi pars casu flammis erepta, dolove,
Ad vos ingenii pervenit ulla mei.
Sic utinam, quæ nil metuentem tale magistrum
Perdidit, in cineres Ars mea versa foret.

non scribere ullos versus. Ideoque noster labor injicitur in ignem. Neque pars ulla ingenii mei nisi subtracta igni fortuna aut arte ad vos accedit. Utinam Ars mea, quæ prodidit dominum nihil simile timentem, esset mutata in favillas.

cana.—63 Distichon inficetum, nec Nasonianæ, si quid video, venæ. *Heins.* Non quidem hoc distichon accedit ad nitorem illum quem in amatoriis versibus Ovidius exhibebat: sed cum plura similis notæ sint in his libris, scriberem, *Nec possum, ut cupio, molles deducere versus:* nam in quibusdam codicibus est, *non nullos.* Posset et, *non multos ducere versus;* ut magnam copiam se vel invitum effundere versuum dicat; unde accidit, ut pars casu vel dolo flammis eripiatur. *Dicere* etiam Moreti: *ntere versus* Leidens. quod quid velit nescio. 'Ducere carmen' etiam dixit ex Pont. I. 5. 7. ubi et vers. 13. 'deducere versum.' Vide Salmas. ad Simmiæ ovum pag. 166. *Burm.*—65 In nonnullis erat *Hinc* pro *Nec;* et seq. vs. *ingen. non venit ull.* Jun. habet *flamm. subtracta dolove.*

NOTÆ

63 *Nec possum*] Non immerito inspurios rejecit istos versus clariss. Heinsius.

65 *Pars ingenii*] Pro versibus ingenio exaratis. Metonym.

68 *Ars*] Amandi, scilicet.

ELEGIA XIII.

ARGUMENTUM.

AMICUM hortatur ut, quandoquidem amoris multa olim pignora sibi dederit, nunc verbis et literis ne parcat. Quod si emendarit, dicit nihil ab ejus amicitia amplius desiderandum esse.

HANC tuus e Getico mittit tibi Naso salutem:
Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.

Naso tuus mittit tibi e littore Getico hanc salutem, si quis potest mittere rem qua

1 Dan. Heins. ita distichon legendum putat *Hanc t. e G. m. t. N. libellum*

Digitized by Google

Æger enim traxi contagia corpore mentis,
  Libera tormento pars mihi ne qua vacet.
Perque dies multos lateris cruciatibus uror,
  Sed quod non modico frigore læsit hyems.
Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus:
  Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.
Qui mihi cum dederis ingentia pignora, cumque
  Per numeros omnes hoc tueare caput;
Quod tua me raro solatur epistola, peccas:
  Remque piam præstas, ni mihi verba neges.
Hoc, precor, emenda: quod si correxeris unum,
  Nullus in egregio corpore nævus erit.

ipse caret. Namque, ne qua pars immunis sit mihi, et sine dolore, male sanus traxi contagia animi corpore: et torqueor doloribus lateris per multos dies, sed quod bruma afflixit non pauco frigore. Si tamen tu vales, nos valemus aliqua parte: quippe mea clades est sustentata tuis humeris. Qui cum mihi exhibueris maxima pignora, cumque defendas hoc caput omnibus modis, deerras quod tuæ literæ me raro consolantur; et perficis rem piam, nisi mihi recuses verba. Corrige hoc, quæso; quod unum si emendaveris, nulla macula erit in pulchro tuo *corpore. Ar-*

[salutem?] Littore, si quisquam quo caret i. p. Alii etiam in posteriori habent *Mittere si quisquam quo;* et Medonian. *quicquam.* Burm. lectio est ex Leid. Mor. et alio Cod.—4 Mor. et novem alii *ne q. foret.*—6 In Ma. cum vulgatis erat *Me quoque non modico frig.* ' *Ut quid* Hamburgensis. *Et quod* Buslidianus. Lege, *Id quod.* Putabam aliquando, *Quod fera non modico.* Heins. Variant admodum codices: quidam scripti et editi, *Sed quod in immodico;* alii, *Sic quoque non modico,* ut et minor editio Gryphii et Bersmanni; quod non displicet; uror lateris cruciatibus, neque hoc sufficit; sed debile illud et cruciatum latus læsit præterea hyems. Vossii Excerpta, *Et quæ non modico: Sed quem non* duo: *Me quia non* tres: *Sed quia non* duo: *Quod me non* Moreti codex. *Burm.*—8 Quatuor libri *fult. carina tuis.*—9 *Quid mihi* Francof. et Moreti: quod si recipimus, per interrogationem sunt accipienda. *Quid (mihi cum, &c.) peccas?* deinde *ingentia pectora* Lovan. et Leidens. *Burm.*—12 In vulgatis erat *Remq. p. p. et m. v. negas:* Dan. Heins. conj. *sed m. v. negas.* ' *Si mihi* multi veteres, et *ni mihi,* vel *sed neges* etiam nonnulli. Forte, *Remq. piam haud præstas, qui m. v. neges;* vel *Remq. tuam:* nam *tuam* est in Buslidiano. *Heins. Remq. male præstas, sed m. v. negas* Leidensis: *Remq. malam præstas, ni m. v. legas* alius: *quodque pium præstas* duo: *verba legas* totidem. Ego hic, ut sæpe, *res* et *verba* opponi puto, et velle Nasonem, rebus quidem satisfacere officio amicum, sed verba, id est epistolas, non præstare: ideoque legerem, *Remq. male haud præstas, sed m. v. negas?* non male præstas rem, sed negas verba: tueris meam causam optime, sed non scribis: vel, *Remq. quidem præstas, sed,* &c. Burm.—14 Lov.

NOTÆ

1 *Getico*] Littore, scil.

6 *Non modico*] Ne tantum ex mentis contagio contractum morbum intelligas.

9 *Pignora*] Quibus Amor cognoscitur.

10 *Hoc*] Meum, scil. Nasonis.

12 *Piam*] Qui me amicum usque defendis.

Verba] Dum raro scribis.

Digitized by Google

Pluribus accusem; fieri nisi possit, ut ad me
  Litera non veniat; missa sit illa tamen.
Di faciant, ut sit temeraria nostra querela;
  Teque putem falso non meminisse mei.
Quod precor, esse liquet. Neque enim mutabile robur
  Credere me fas est pectoris esse tui.
Cana prius gelido desint absinthia Ponto,
  Et careat dulci Trinacris Hybla thymo;
Immemorem quam te quisquam convincat amici.
  Non ita sunt fati stamina nigra mei.
Tu tamen, ut falsæ possis quoque pellere culpæ
  Crimina; quod non es, ne videare, cave:
Utque solebamus consumere longa loquendo
  Tempora, sermonem deficiente die;

guerem te *pluribus, nisi possit fieri, ut epistola non perveniat ad me, illa tamen sit missa. Dii velint, ut nostra querimonia sit temeraria, et credam falso te esse mei immemorem. Apparet esse quod opto: neque enim licet me credere constantiam animi tui esse mutabilem. Alba absinthia potius desiderentur in Ponto frigido, et Trinacris Hybla destituatur suavi thymo, quam ullus probet te oblitum amici: fila sortis meæ non sunt adeo atra. Tu tamen, ut possis etiam avertere exprobrationem falsi peccati, vide ne appareas quod non es. Et sicuti consueveramus terere longa tempora confabulando, die destituente colloquia, ita nunc epistolæ ferunt atque*

in exiguo tempore næv. duo alii etiam *exiguo corpore*, quod Heins. positum credebat pro *eximio*.—15 Alii *nis. posset, ut*.—16 Mor. et quatuor alii *sit ipsa licet*.—21 *Gelida* Mediceus; ut *Pontus*, tanquam regionis nomen, fœminino casu ponatur. Vix tamen audeo probare, cum toties *Pontus* masculini generis in his libris occurrat. *Burm.*—22 Lov. *T. hora th.* quod pro *ora* positum Burm. putat.—25 Pro *pellere* pr. Edd. *tollere;* Excerpt. Voss. *fallere*.—27 Alii habent *long. loquendi*.—28 *Sermonem* reponit Heins. ex Ro. et P. pro vulg. *ser-*

NOTÆ

13 *Hoc*] Atque adeo frequentes epistolas transmitte.

14 *Nullus*] Nihil quod reprehendi possit in amicitia tua.

19 *Robur*] Constantiam, atque animi firmitudinem, quam in tuendis amicis præsertim approbasti.

21 *Cana*] Alba vero sunt altera ex parte folia absinthii; laudatum insuper Ponticum.

22 *Trinacris*] Eo nomine a forma triangula dicta est Sicilia.

Hybla] Mons est Siciliæ thymo, apibus, et optimo melle abundans.

24 *Stamina*] Jam sæpius pro ipsis fatis, aut hominum sorte fato præstituta, Parcarum fila habuimus, quorum candor aut nigrities fausta infaustaque significent.

25 *Cave*] Quanquam enim singulis satis esse debet suo functos esse officio, illud ipsum ex officio est, de aliena opinione quod satis sit solicitos esse. Quod quidem viro bono inprimis notandum.

Digitized by Google

Sic ferat ac referat tacitas nunc litera voces:
Et peragant linguæ charta manusque vices:
Quod fore ne nimium videar diffidere, sitque
Versibus hic paucis admonuisse satis;
Accipe, quo semper finitur epistola verbo,
Aque meis distent ut tua fata, Vale.

referant verba silentia; et charta et manus fungantur officio linguæ. Quod futurum esse ne videar nimis dubitare, et sufficiat hic indicasse paucis versibus, Accipe verbum, quo literæ semper absolvuntur, et ut tua sors differat a mea, Vale.

moni: pr. V. *sermone.*—29 Mor. *tua* pro *nunc;* et Serv. *jam.*—31 *Face ne* unus; *tibi ne* duo cum Editionibus quibusdam. Sed *diffidere* quartum casum regere posse non puto, quia exempla non novi. *Burm.*—32 *Hic* ex uno Gallico Heins. reposuit; vulg. *hoc.*—34 *Aque* Heins. scribendum censet cum Strozzæ Cod. vulg. *Atque.*

NOTÆ

34 *Distent*] Ne et tu, qui mei pars es altera, sis infelix.

ELEGIA XIV.

ARGUMENTUM.

In hac ultima elegia uxori immortalitatem pollicetur Poëta: dicitque multas fore quæ, quamvis eam miseram esse existiment, illi tamen invideant, et felicem appellent. Simulque ostendit nihil a se majus præstari potuisse. Quod cum ita sit, eam hortatur ut in fide permaneat, ne a quoquam jure accusari queat. Exemplisque etiam probat ejusmodi fidem erga maritos nullo unquam ævo taceri solitam.

Quanta tibi dederint nostri monumenta libelli,
O mihi me conjux carior, ipsa vides.
Detrahat auctori multum Fortuna licebit;
Tu tamen ingenio clara ferere meo.

Agnoscis ipsa, o uxor mihi carior me ipso, quantam gloriam libelli nostri tibi pepererint. Fieri poterit ut fortuna multum deroget auctori; tu tamen celebris

1 Sic Heins. emend. ex Hamburg. et uno V. alii *Quanta tibi dederim nostris monum. libellis.*—3 Pro *multum* unus Gallicus *nimium;* R. *vultum.*—4 Jun

Digitized by Google

Dumque legar, mecum pariter tua fama legetur:
Nec potes in mœstos omnis abire rogos.
Cumque viri casu possis miseranda videri;
Invenies aliquas, quæ, quod es, esse velint:
Quæ te, nostrorum cum sis in parte malorum,
Felicem dicant, invideantque tibi.
Non ego divitias dando tibi plura dedissem:
Nil feret ad manes divitis umbra suos.
Perpetui fructum donavi nominis: idque
Quo dare nil potui munere majus, habes.
Adde, quod, ut rerum sola es tutela mearum,
Ad te non parvi venit honoris onus.
Quod nunquam vox est de te mea muta, tuique
Judiciis debes esse superba viri.
Quæ ne quis possit temeraria dicere, præsta:
Et pariter serva meque piamque fidem.
Nam tua, dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
Et laudem probitas irreprehensa tulit.

eris meo ingenio. Et quamdiu legar, laus tua simul legetur mecum; neque tota potes venire in busta tristia. Et cum possis videri lugenda cladi mariti, reperies nonnullas, quæ cupiant esse quod es: quæ, cum sis in parte nostrorum malorum, dicant te beatam, et tibi æmulentur. Ego non præbuissem tibi plura, præbendo opes; umbra locupletis nihil feret ad manes suos. Præbui munus æternæ laudis; et habes illud donum, quo nihil potui præbere majus. Adde quod, ut sola es præsidium rerum mearum, accedit tibi onus non exiguæ gloriæ. Debes gloriari arbitrio tui mariti, quod nunquam vox mea silet de te. Quæ ne cui liceat dicere esse vana, persevera, et custodito simul et me, et tuam fidem. Nam tua probitas stetit sine

---

Vel tam. et mox *multa* pro *clara.*—5 Mor. *tua facta legentur.*—6 Multi scripti et editi *Non potes.*—9 In aliis *part. laborum.*—14 Duo libri *maj. habe.*—15 *Ut* ex Heins. corr. vulg. *et:* Jun. *es rer. sol. et tutel.* Pol. pr. et duo alii *solum tutel.*—19 Burm. dedit *præsta* ex octo scriptis pro vulg. *persta.*—22 Alii

NOTÆ

4 *Ferere*] Quæ ab omnibus laudaberis, sicuti ego te laudavi.

8 *Quod es*] Ut pariter laudibus eveherentur.

11 *Non ego*] Merito suspectum distichon.

18 *Superba*] Bene de te sentiens; quæ voluptas est non parva. In bonam partem posita est illa vox.

20 *Meque piamque*] Virtus ergo maxima, Ethnici hominis judicio, cum alieno commodo est conjuncta. Quod discere si vellent plerique Christiani, et sese ex factis suis exercere, tam expediti in damnandis illis non essent, quamdiu verbis, non rebus, sese Christo mancipari volunt.

21 *Stetimus*] In Urbe floruimus.

Digitized by Google

Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina.
  Conspicuum virtus hic tua ponat opus.
Esse bonam facile est, ubi, quod vetet esse, remotum est;
  Et nihil officio nupta quod obstet habet.
Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo,
  Id demum pietas, id socialis amor.
Rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet;
  Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pede:

turpi crimine, et laus famæ fuit inculpata. Eadem est nunc facta sibi æqualis nostra clade. Virtus tua hic statuat opus conspicuum. Pronum est esse bonam, ubi quod prohibeat esse longe est; et conjux nihil habet quod repugnet officio. Non fugere tempestatem, cum Deus intonuit, illud denique pietas, illud amor conjugalis. Rara quidem virtus, quam fortuna non regat, quæ stet firmo pede, cum illa recedit.

legunt, *Et tantum*. Maffei lib. *Et tanta*. Neutra lectio emendata est. Tu vero ex uno Vatican. lege, *Et semper*. Ciofan. *Et tandem* primæ editiones: *Et tanta* prim. Pol. prim. Pal. et multi alii: duo, *tua nunc:* alius, *tanti:* Rich. et Bonon. *tantæ:* scribe, *Et famæ probitas irr. fuit*. Heins. An Latine dicatur, *famæ probitas*, vehementer dubito; certe elegantius foret, *Et vitæ probitas:* ego, cum *fuit* et *tulit* millies permutentur in Mss. legerem, *Et laudem probitas irr. tulit*. *Laudem* latuit in *tandem* quod primæ editiones exhibent: sic lib. I. ex Pont. 4. 24. ' Quam laudem a sera posteritate ferat:' sic apud Sil. VI. 610. pro *tandem laudem* volebat Heinsius. *Probitas* est castitas; ut sæpe *proba* mulier in Arte amatoria, et alibi, et apud Terentium, et alios: *Et semper probitas* Ms. Bersm. *Burm.*—23 Olim legebatur, *Par ea de nostra non est tibi facta ruina.* ' *Par eadem*, et *nunc est* multi veteres: præterea, *sibi* unus Medic. et Moreti codex. ‚Lege *Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina:* vel, *Par eadem ut nostra nunc est sibi facta ruina:* vel, *Par ea post nostram...ruinam:* vel, *post nostræ...fata ruinæ:* nam *nostræ* erat in Gottorphiano.' *Heins.* Vide ad Epist. XX. 62. [Not. Var.] Versus est corruptissimus, neque sensum video in correctione Heinsiana commodum: forte melius fuerit legere, *Par veterum nostra si nunc tibi fama ruina:* si per nostram calamitatem fama tibi nunc est par veterum heroidum, quas mox memorabit, ponat tua virtus hic conspicuum opus: vel, *Parta tibi nostra si nunc est fama ruina*. Per *opus conspicuum*, intelligo monumentum insigne, ut tropæum, quod virtus poneret: nam *poni* proprie de eo dicitur. Epist. IV. 66. ' Ponite de nostra bina tropæa domo.' *Burm.* —24 Pro *ponat* Heins. mallet *tollat*, vel *prodat*.—25 Fortassis *Esse bonæ* reponendum. *Heins.* Dein Heins. ex melioribus rescripsit *vetet* pro vulg. *vetat*. —26 Pol. pr. et duo alii *nih. officii nupt. q. optet hab.* novem etiam *officii;* et quinque *officiis*.—29 *Gubernet* cum melioribus. *Heins.* Burm. mallet *guber-*

NOTÆ

23 *Par*] Quæ in adversis, sicuti olim in prosperis, emicuit.

24 *Conspicuum*] Ex constantia vero, cum præsertim adversa ingruunt, virtuti fulgor novissimus.

25 *Facile*] Atque adeo vulgare; ut Poëta noster ex ejus adversis famam sibi conciliare non vulgarem sit reliquum.

27 *Cum Deus*] Hæc est res omnibus altiori meditatione digna.

29 *Rara*] Quo enim se fortuna, eo et favor hominum inclinat: quia, scilicet, pauci virtuti student.

Digitized by Google

Si qua tamen pretii sibi merces ipsa petiti,
  Inque parum lætis ardua rebus adest;
Ut tempus numeres, per sæcula nulla tacetur,
  Et loca mirantur, qua patet orbis iter.
Aspicis, ut longo maneat laudabilis ævo
  Nomen inextinctum, Penelopæa fides?
Cernis, ut Admeti cantetur, ut Hectoris uxor,
  Ausaque in accensos Iphias ire rogos?
Ut vivat fama conjux Phylaceia, cujus
  Iliacam celeri vir pede pressit humum?

Si qua tamen ipsa sibi merces præmii quæsiti, atque difficilis adest in rebus parum secundis, quanquam recenseas tempora, per nulla sæcula oblivioni traditur, et loca mirantur, qua iter orbis apertum est. Vides, ut fides Penelopæa gloriosa longo sæculo permaneat nomen immortale? Vides, ut conjux Admeti, ut Hectoris laudetur, atque Iphias non verita se immittere in pyras ardentes? Ut uxor Phylaceia, cujus maritus calcavit terram Trojanam veloci pede, sit celebris? Nihil opus est

---

nat; et mox *Quæque manet stab.*—31 Pr. V. et Ro. *pretium...petitum.* Pr. Edd. pr. Pol. et vett. plerique *pretii...petiti est;* quidam *petita est;* Buslidianus *petenti:* unde omnino Heins. hoc distichon sic refingit: *Sic tamen et pretii s. m. i. petiti est, Si qua parum, &c.* Nescio quomodo non placeat illud, *merces pretii:* quare hæreo, neque quo illud *ardua* referam video, nam ' arduam mercedem' recte hic dici non putem. In Lovan. *Si qua tamen pretii est ac vinces ipsa petenti:* in Regio codice erat, *Si tamen est pretium cui virtus ipsa petitum;* et ita editi quidam. Forte ita ex vestigiis codicum et editionum variarum fingi possent hi versus: *Si qua tamen pretium virtus fert ipsa petenti, Lausque parum lætis ardua rebus inest; Si tempus numeres, per sæcula nulla tacetur, Si loca, transgreditur, qua patet orbis, honor. Transgreditur* in quindecim libris et Ms. Bersm. est. *Burm.*—33 Alii *Si temp.*—34 Unus V. *loc. narrantur;* Heins. conj. *rimatur.*—35 *Maneat* ex uno V. alii cum vulg. *teneat.*—39 Heins.

NOTÆ

31 *Ipsa*] Mercedem ampliorem nunquam vel cogitando invenire quisquam possit quam bene fecisse, et sui bene merentis, Deoque placentis, conscium esse. Ceterum ita rem sese habere vix millesimus ex iis quas videmus hominum larvis odorari possit; in tantum sunt quisquiliis occæcati, et procul a se Deoque projecti.

32 *Ardua*] Celsa atque erecta, neque ad fortunam inclinata.

33 *Nulla tacetur*] Quippe ' intaminatis fulget honoribus,' ut locutus est Flaccus.

36 *Penelopæa*] Penelopes quippe illibata in Ulyssem mansit fides, quanquam per viginti annorum spatium desideraretur.

37 *Admeti*] Alcestis, scil. quam paulo ante vidimus mortem pro marito oppetentem.

Hectoris] Andromache est, Eetionis Thebarum, in Cilicia, regis filia, Hectori suo fidissima.

38 *Iphias*] Evadnen dicit, Iphidis filiam, quam supra in Capanei mariti rogum sese injicientem habuimus.

39 *Conjux*] Laodamiam intellige,

Digitized by Google

Nil opus est leto pro me, sed amore fideque.
Non ex difficili fama petenda tibi est.
Nec te credideris, quia non facis, ista moneri.
Vela damus, quamvis remige puppis eat.
Qui monet, ut facias, quod jam facis, ille monendo
Laudat, et hortatu comprobat acta suo.

morte mei causa, sed amore et fide. Laus non est tibi invenienda ex arduo. Neque existimaveris te perduci ad ista, quod non præstes. Addimus carbasa, quanquam navis currat remige. Qui hortatur ut agas quod jam agis, ille hortando probat, et celebrat facta sua admonitione.

malit *vir. famæ conj.*—40 Pro *celeri* unus V. et alter Pal. *primo.*—41 Pro *leto* quidam habent *morte*, ultima syllaba producta, more Græcorum. Alii *Morte nihil opus est:* Dan. Heins. conj. *Ac nece nil opus est.*—44 Pro *puppis* alii *navis:* quidam etiam *puppis erat.*

NOTÆ

Protesilai uxorem, cui a Protesilai avo, Phylace, aut ejusdem nominis urbe in Pthiotica Thessaliæ regione, illud datum nomen. Quemadmodum autem in defuncti mariti amplexu obierit supra dictum.

40 *Celeri*] Nimium quidem, cum ea causa, quodque primus terram tetigisset Iliacam, ex fati præscripto, mactatus sit.

41 *Leto*] Quod aliæ, Alcestis puta, Evadne, Laodamia, conjugali amore quæsiverunt.

44 *Quamvis*] Hoc est, Ex tete officio tuo fungaris.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

EX PONTO

LIBRI QUATUOR.

EJUSDEM

IBIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

EX PONTO

LIBER I.

EPISTOLA I.

BRUTO.

ARGUMENTUM.

Ad Brutum Romanum scribens Ovidius e Tomitana urbe, et Pontica regione, ubi exulabat, a qua opus de Ponto appellavit, primo rogat ut librum suum excipiat: deinde quid in eo contineatur, exponit.

Naso, Tomitanæ jam non novus incola terræ,
Hoc tibi de Getico littore mittit opus.

Naso, nunc non recens accola soli Tomitani, mittit tibi hoc opus ex ora Getica.

In quibusdam Edd. hæc Epistola inscripta fuit *Ad Brutum*: at meliores

NOTÆ

1 *Non novus*] Quartum enim tum annum in Ponto agebat, ut ex octava Elegia mox patebit: qui septem omnino illic vixisse videtur.

Digitized by Google

Si vacat, hospitio peregrinos, Brute, libellos
  Excipe, dumque aliquo, quolibet abde loco.
Publica non audent inter monumenta venire,
  Ne suus hoc illis clauserit auctor iter.
Ah quoties dixi, Certe nil turpe docetis!
  Ite: patet castis versibus ille locus.
Non tamen accedunt: sed, ut aspicis ipse, latere
  Sub Lare privato tutius esse putant.
Quæris, ubi hos possis nullo componere læso?
  Qua steterant Artes, pars vacat illa tibi.
Quid veniant, novitate roges fortasse sub ipsa.
  Accipe, quodcumque est, dummodo non sit amor.
Invenies, quamvis non est miserabilis index,
  Non minus hoc illo triste, quod ante dedi.

Si per otium licet, Brute, excipe hospitio libellos advenas, et repone quolibet loco, modo aliquo. Metuunt accedere ad publica monumenta, ne suus auctor illis obstruxerit hanc viam. Ah quoties dixi, Profecto nihil obscœnum inculcatis! Discedite: illæ sedes sunt apertæ puris carminibus. Non tamen accedunt; sed, ut ipse vides, arbitrantur tutius esse latitare in domo privata. Petis, ubi possis hos collocare, nullo offenso? Ille locus tibi est vacuus ubi Artes erant. Forte requiras in ipso aditu quamobrem accedant. Excipe quodcumque est, dummodo ne sit Amor. Quanquam titulus non est luctuosus, reperies hoc opus *non minus lugubre illo quod prius*

scripti, teste Heins. *Bruto.*—4 Sa. *aliq. quoslibet abde modo;* P. Dan. etiam *modo.* Jun. et multi alii *adde* pro *abde.*—6 Fr. *Nam suus...clauserat:* plurimi etiam alii *Nam.* Pol. et Barb. *Quod.*—7 Sa. *At quot.*—8 Ed. Gryph. et recentiores *cast. vestibus i.* nonnulli etiam *ipse loc.*—9 *Non* Heins. dedit ex scriptis pro vulg. *Nec.*—10 Serv. *esse puto.*—11 Jun. *Quær. ut hos:* Ed. Gryph. *ubi hoc;* et R. *hæc.*—13 In nonnullis *Qui ven.*—14 Leid. et duo alli *Acc. quicquid id est.*—15 *Est* ex plerisque vett. recepit Heins. pro vulg. *sit.*—

NOTÆ

3 *Peregrinos*] Utpote ex Scythica regione venientes.

6 *Suus*] Naso, scilicet, quem libelli de Arte suspectum fecerunt.

7 *Docetis*] Vos, supple, libelli ex Ponto, seu ad Amicos Epistolæ.

8 *Ille*] Romam intellige aut Palatinam Bibliothecam.

10 *Lare*] Apuleius Lares ipsas animas esse parentum existimavit; qui, quod olim in ipsa domo sepulturæ mandati essent, familiam suam semper curare putabantur. Adeoque non sine causa pro ipsa domo sæpe ponuntur.

11 *Læso*] Offenso. Citra cujusquam offensionem.

12 *Vacat*] Quia inde exturbati libelli de Arte.

13 *Quid veniant*] Quodnam sit argumentum. Cur scripti, &c.

15 *Miserabilis*] Aut inscriptus 'de Tristibus.'

16 *Illo*] De Tristibus.

Digitized by Google

Rebus idem, titulo differt, et epistola cui sit
Non occultato nomine missa docet.
Nec vos hoc vultis, sed nec prohibere potestis:
Musaque ad invitos officiosa venit.
Quicquid id est, adjunge meis. Nihil impedit ortos
Exule, servatis legibus, Urbe frui.
Quod metuas non est. Antoni scripta leguntur:
Doctus et in promtu scrinia Brutus habet.
Nec me nominibus furiosus confero tantis.
Sæva Deos contra non tamen arma tuli.
Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,
Non caret e nostris ullus honore liber.
Si dubitas de me; laudes admitte Deorum:
Et carmen demto nomine sume meum.

vulgavi. Idem rebus, diversum est indice; et epistola missa indicat ad quem spectet non dissimulato nomine. Neque vos hoc expetitis, sed neque potestis impedire; et Musa officiosa venit ad nolentes. Quicquid id est, adde meis. Nihil prohibet procreatos ab exule frui Urbe, legibus servatis. Non est quod timeas. Scripta Antonii leguntur: et eruditus Brutus habet thecas in promtu. Neque vesanus me comparo tantis nominibus: non tamen gessi fera arma adversus Deos. Denique nullus liber ex nostris caret laude Cæsaris, quod ipse non optat. Si incertus es de me, excipe laudes Deorum, et admitte carmen meum nomine sublato. Ramus olivæ

16 Pro *hoc* Heins. mallet *hic*. Mox Serv. *ant. fuit*.—18 Barthius ex suis membranis *miss. refert*.—19 *Nec* pro vulg. *non* ex scriptis multis restituit Heins.—24 *Scrinia* ex Twisden. Comb. Boxhorn. et P. a pr. man. placet Heins. præ vulg. *carmina*; Thuan. *crimina*. Leid. *carmina nostra leget*; vel *Brutus agit*, vel *habet*.—25 Nonnulli *nom. furiosis conf.* Sa. *furiosis consere*. Serv. *comparo tant.*—26 Barth. Cod. *arm. dedi*.—28 P. Dan. *in* pro *e*.—

NOTÆ

17 *Epistola*] Adeoque et superior liber fuit Epistolaris, sicuti vidimus.

18 *Non occultato*] Suppresserat autem religiose amicorum nomen in Tristibus.

19 *Nec vos*] Istud in amicorum gratiam, si forte ob epistolas in Cæsaris offensionem incurrissent.

Hoc] Vestra nomina in meis libellis legi.

23 *Leguntur*] Utcumque Augusto infensus Antonius fuerit, ejus scripta leguntur tamen: potiori igitur ratione Nasonis legi possint, qui illi maxime favet.

24 *In promtu*] Palam, et in aperto, unde cum opus est petantur.

Scrinia] Quibus, scilicet, asservantur.

Brutus] Ille vero, qui Julium Cæsarem occidit, vir fuit omni laudis et scientiarum genere inclytus.

26 *Deos*] Julium et Augustum Cæsares.

27 *Non desiderat*] Ut si cuiquam irasci velit Augustus, quod illi aut de illo scripserim, sibi ipse injurius videatur, quem, nolente eodem, passim laudavero.

29 *De me*] Mea causa hos libellos

Digitized by Google

Adjuvat in bello pacatæ ramus olivæ :
  Proderit Auctorem Pacis habere nihil ?
Cum foret Æneæ cervix subjecta parenti,
  Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.
Fert liber Æneaden : et non iter omne patebit ?
  At patriæ pater hic ; ipsius ille fuit.
Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire
  Jactantem Pharia tinnula sistra manu ?
Ante Deum Matrem cornu tibicen adunco
  Cum canit, exiguæ quis stipis æra neget ?

pacificæ prodest in bello: nihil conferet habere Auctorem Pacis? Cum collum Æneæ esset suppositum patri, ipsa flamma dicitur cessisse viro. Liber fert Æneaden, et omnis via non erit aperta? At hic Pater Patriæ, ille fuit ipsius. Ecquis est ita temerarius, ut cogat domo excedere agitantem sistra tinnientia manu Pharia? Cum tibicen canit cornu recurvo ante matrem Deorum, quis recuset æs parvæ mo-

31 Cod. Barth. et unus Heins. *bello baccatæ ram.*—33 Unus liber *cerv. onerata par.*—34 Mor. *locum* pro *viam.*—36 Quo referas illud *ipsius* non video: an ad Augustum? ut sit, Augustus fuit pater patriæ, ille (Æneas) pater ipsius (Augusti). In Francof. erat *unicus ille fuit;* forte, pro *unius ille fuit.* Hic, scilicet Augustus, est pater patriæ, qui est Æneades ille quem fert meus hic liber; ille vero, Æneas, pater fuit non communis patriæ, et omnium civium, sed unius Julii, cui tamen iter patuit per ferrum et ignes. Pessime vero, vel per summam negligentiam, vel ignorantiam, Merula dicit: *ille Æneas fuit solum pater Anchisæ:* cum Anchisen Æneæ fuisse patrem, vel pueri sciant; nisi pro *Ascanio Anchisen* operæ posuerunt. *Burm.*—37 R. P. Dan. et Bersm. *Et quis;* P. *Quod quis.* Mox idem *ut limite cog.*—38 Ms. Bersm. *Jacturum P.* pr. Ed. *Gestantem.*—39 Arg. *tibic. abunco;* Heins. conj.

NOTÆ

excipere.

Deorum] Augusti in gratiam istud dicitur.

30 *Nomine*] Meo, scilicet.

31 *Pacatæ*] Pacem significantis. Namque signum pacis erat in bello prætendere olivæ ramum.

32 *Auctorem*] Quisquis ille denique fuerit, meque adeo Nasonem qui pacis cum Augusto, per meos libellos, quaque licet, sum auctor.

Habere] Argumentum est a minori. Siquidem, inquit, in bello hostem juvet ramus olivæ, multo potiori jure non pacis signum sed ejus auctor adjuvare debeat. Atque adeo mei libelli non olivam prætendentes, sed pacis auctorem habentes, debent excipi.

33 *Parenti*] Anchisæ, quem humeris suis Æneas ex incendio Trojano abstulit.

35 *Æneaden*] Augustum, scil. cujus laudes in suis libellis prædicat Naso. Ille enim genus suum ad Iulum seu Ascanium, Æneæ filium, quia a Julio Cæsare adoptatus, referebat.

36 *Hic*] Augustus.

Ille] Anchises, qui Æneæ tantum, non patriæ fuit pater: ut adeoque magis omnia ferenti Augustum quam Anchisen cedere debeant.

38 *Pharia*] Ægyptia; a Pharo, ejus regionis, ad ostia Nili, insula.

Digitized by Google

Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ :
Unde tamen vivat vaticinator habet.
Ipsa movent animos Superorum numina nostros ;
Turpe nec est tali credulitate capi.
En ego, pro sistro, Phrygiique foramine buxi,
Gentis Iuleæ nomina sancta fero.
Vaticinor, moneoque ; locum date sacra ferenti :
Non mihi, sed magno poscitur ille Deo.
Nec, quia vel merui, vel sensi Principis iram,
A nobis ipsum nolle putate coli.
Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.

netæ? Scimus nihil hujusmodi fieri jussu Dianæ ; ceterum vates habet unde vescatur. Ipsa numina Deorum movent nostras mentes; neque est indecorum duci hujusmodi credulitate. Ecce ego gero pro sistro et foramine buxi Phrygii nomina veneranda gentis Iuleæ. Vaticinor et hortor, præstate viam gerenti sacra ; illa non petitur pro me, sed pro magno Deo. Neque, quia vel dignus fui, vel expertus sum iram Principis, existimate illum nolle coli a nobis. Ego vidi agnoscentem se *temerasse numen Isidis linigeræ, sedere pro aris Isidis. Alius orbus oculis propter pec-*

---

obunco.—40 Scripti nonnulli et pr. Ed. *Dum can.*—41 Pro *Dianæ* Tanaq. Faber reponit *Cybeles;* Serv. *Deorum.*—43 P. et Mor. *Ips. monent anim.* Tum vett. nonnulli *S. nomina nostr.* et duo libri *carmina.*—46 Pro *nomina* Ed. pr. *numina.* Tum Serv. et Edd. quædam *sacra*, et P. *magna fer.* Arg. *feram.*—47 P. Dan. *Vat. moveoque.* Mox Serv. et Bersm. et Excerpt. Voss. *loc. dare sacr.*—50 Ed. Gryph. *ips. nolo putare col.*—51 Aliqui scribunt *ego Niligenæ*

NOTÆ

Sistra] Quibus Isidis sacerdotes sacra ejus frequentabant, ut alibi dictum.

39 *Deum Matrem*] Cybele est, cujus sacra tympanorum, fistularum, et tibiarum strepitu, inconditoque ululatu peragebantur.

40 *Stipis*] Nummi parvi, cujusmodi cogebant Isidis sacerdotes.

41 *Tale*] Ut pecuniam seu stipem exigat sacerdos suus ab iis qui illam de re quapiam consulunt.

42 *Vaticinator*] Eundem Aricini nemoris regem in superioribus vidimus ; unde majorem illius notitiam, si tanti est, licet repetere.

43 *Numina*] Cum illorum causa sacerdotibus decedimus, stipem præbemus, &c.

44 *Credulitate*] Qua sacerdotibus, Deorum causa, favemus.

45 *Phrygii*] Quia Phryges tibiæ buxeæ inventores.

46 *Iuleæ*] Ab Iulo Æneæ filio derivatæ. Augusto assentatur, quasi Deus esset.

47 *Vaticinor, moneoque*] Hoc est, Vatis atque Sacerdotis, cui propter numen sit decedendum, vices tueor.

48 *Magno*] Augusto.

49 *Nec*] Maximum hic est artificium.

51 *Linigeræ*] Quia Sacerdotes lineis vestibus sacra ejus peragebant. De

Digitized by Google

Alter, ob huic similem privatus lumine culpam,
  Clamabat media, se meruisse, via.
Talia cœlestes fieri præconia gaudent,
  Ut, sua quid valeant numina, teste probent.
Sæpe levant pœnas, ereptaque lumina reddunt;
  Cum bene peccati pœnituisse vident.
Pœnitet o, (si quid miserorum creditur ulli,)
  Pœnitet, et facto torqueor ipse meo!
Cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
  Estque pati pœnas, quam meruisse, minus.
Ut mihi Di faveant, quibus est manifestior ipse;
  Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certe, ne sim, cum venerit, exul:
  Ne non peccarim, mors quoque non faciet.

calum æquale huic vociferabatur media via, se dignum esse. Dii lætantur hujusmodi præconia fieri; ut demonstrent testibus, quid sua numina possint. Sæpenumero minuunt pœnas, et restituunt oculos sublatos, cum advertunt bene pœnituisse culpæ. Pœnitet o, (si quid creditur cuiquam infelicium,) pœnitet, et ipse crucior meo facinore! Et cum fuga sit mihi dolori, peccatum est magis: et minus est luere pœnas quam dignum fuisse. Tametsi Dii, quibus ipse est magis conspicuus, mihi sint propitii; supplicium potest tolli, culpa erit æterna. Sane mors præstabit ne sim exul, cum advenerit; mors non præstabit etiam ne non deliquerim. Nihil

num. Sæpius in hac Elegia *numen*, et *numina* occurrunt: quare dubito an non hic ex auctoritate Leid. Farnes. Francof. et Vossiani codicum legam, *templum violasse:* ut ita 'templum violare Jovis' Ibide 313. et 'templi violator' II. Pont. 2. 27. [Not. Var.] Amm. Marcel. XIX. 1. 'Hinc quasi in sacrilegos violati sæviens templi:' et passim. *Burm.*—52 Ms. Bersm. *ant. jacere foc.*—53 Leid. *hanc* pro *hxic.* Mox in quibusdam Codd. *priv. lumine culp.* R. Arg. et alius *lumine causam.*—56 Francius volebat *Et sua...probant.*—60 Ms. Bersm. *et fato torq.*—61 Ita vett. constanter: Heins. tamen scribendum censet *Quamque...es:* nam 'est' in proximo vs. sequitur; ubi etiam cum Arg. malit *pœnas* quam vulg. *pœnam.*—63 Mor. *Utque Dei fav.* Tum Fr. et Excerpt. Voss. *quorum est:* et Gottorph. *mansuetior ipse.*—65 Leid. *vere* pro *certe.*—66 Barth.

NOTÆ

quibus sæpius in superioribus.

52 *Sedere*] Sacrificandi causa cum accessisset.

53 *Priratus*] Lumine seu oculis privari numinis ira credebantur qui falso per Isidem juravissent.

54 *Clamabat*] Ut ita Deæ iram delinirent.

61 *Sit*] Dolori, scil.

Magis] Atque hæc vera est pœnitentia, multoque sapientior videtur jam Naso quam antea.

63 *Manifestior*] Quia Augustus, qui vivens etiam divinis fruebatur honoribus, oculis omnium erat conspiciendus: sed magis quia ejus potentia maxime sentiebatur.

64 *Perennis*] Istud vero a peccando mortalem maxime deberet retrahere, quod peccati macula nunquam in to-

Digitized by Google

Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta
De nive manantis more liquescit aquæ.
Estur ut occulta vitiata teredine navis;
Æquorei scopulos ut cavat unda salis;
Roditur ut scabra positum rubigine ferrum;
Conditus ut tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quam vita, relinquent:
Quique dolet citius, quam dolor, ipse cadet.
Hoc mihi si Superi, quorum sumus omnia, credent;
Forsitan exigua dignus habebor ope:
Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.
Plus isto, duri, si precer, oris ero.

mirum ergo, si animus postquam mihi elanguit, diffluit in modum aquæ exudantis de nive. Sicut navis obsoleta roditur teredine secreta; ut fluctus salis marini perfodit cautes; quemadmodum ferrum quietum editur aspera rubigine; ut liber sepositus roditur rostro tineæ, ita meum cor conficitur assiduis morsibus solicitudinum, quibus semper uratur. Neque hi aculei ante mittent animum quam vita; et qui æger est prius peribit quam ægritudo. Si Dii, quorum sumus omnia, hoc mihi credent, forte videbor dignus aliquo auxilio. Et transferar in sedes immunes arcus Scythici. Fuero impudens, si rogem plus isto.

Cod. *quoq. nulla facit:* Burm. conj. *mea non faciet.*—67 Alii *Non i. m. est, si m. mea tab.* Tum Sa. et alius *facto*, unde Heins. *fracto.*—68 Sa. *Denique man.*—69 P. *occult. violata ter.* Alii etiam *vitiata putredine nav.*—69 Lege cum castigatioribus scriptis *Æquorei salis*, non *Æquoreos scopulos.* Heins.—75 Sa. *vit. relinquet;* et duo *relinquant;* Jun. *relinquunt.*—76 Duo scripti *ipse cadat.*—77 Pro *sumus* Tanaq. Faber legit *sunt*, improbante Heins. Tum plurimi *omn. credant;* et octo *credunt.*—79 V. *Scythica...ab Arcto:* Pol. *Scythico...ab hoste.*—80 Meliores, teste Heins. *precer:* ceteri *precor.*

NOTÆ

tum ita possit elui, quin aliquam saltem recordatio ejus afferat vituperationem.

76 *Qui dolet*] De seipso Poëta loquitur.

77 *Quorum*] Sententia egregia, si modo ad solum et verum Deum referas.

80 *Isto*] Ut alio transferat, et longe a gente Scytharum barbara.

Digitized by Google

EPISTOLA II.

MAXIMO.

ARGUMENTUM.

In hac epistola primo captat benevolentiam a Fabii persona, eum laudando. Deinde illum attentum reddit, cum docet ea de quibus dicturus sit: hoc est, velle propria mala ingemiscere et exponere, quæ multa esse narrat, hostium scilicet periculum, faciem loci, dolorem ex his rebus maximum, adeo ut cupiat mutari in aliquam aliam formam. Colligit postremo, se clementiæ Cæsaris confidere, ut exilii locum mutare liceat. Petitque a Maximo ut id solum, nec aliud, tentet.

Maxime, qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus;
Qui nasci ut posses, quamvis cecidere trecenti,
Non omnes Fabios abstulit una dies;
Forsitan, hæc a quo mittatur epistola, quæras;
Quique loquar tecum, certior esse velis.

Maxime, qui æquas modum tanti nominis, et auges genus nobilitate mentis; qui ut posses exoriri, una dies non rapuit cunctos Fabios, quanquam trecenti perempti sunt; forte petas a quo hæ literæ scriptæ sint, et cupias cognoscere quis te compel-

In Servii Codice hæc Epistola inscripta fuit *Ad Q. Maximum Fabium:* in Moreti *Maximo, amico suo.*—1 *Virtutem* [pro *mensuram*] ex exesis senio membranis scribebat Barthius; nec tamen persuadere poterit alicui, qui in Nasone legendo multus est. Ita Sappho Epist. xv. 33. 'Nomen quod terras impleat omnes Est mihi, mensuram nominis ipsa fero.' Fast. I. 603. 'Magne, tuum nomen rerum mensura tuarum est.' Et quid quæso est 'virtus nominis?' aut quid, 'implere virtutem nominis?' hoc puto potius glossam Monachalem olere, quam quod vulgo legitur. *Burm.*—5 Leid. Jun. et alii *epist. quæris.*—6 Alii *Quisque*

NOTÆ

1 *Tanti*] Seu vocem seu gentis gloriam spectes. Fuit namque Fabiorum amplissima; qui non modo olim adversus assiduos et anniversarios Romanorum hostes privatum bellum gesserunt, sed plurimis fortissimis viris deinde urbem Romam nobilitaverunt.

4 *Non omnes*] Namque unum ex ea gente domi relictum ob impuberem ætatem volunt, quo tempore ceteri cum Etruscis bellum gesserunt; ex

Digitized by Google

Hei mihi! quid faciam? vereor, ne nomine lecto
Durus, et aversa cetera mente legas.
Viderit hæc si quis; tibi me scripsisse fateri
Audebo, et propriis ingemuisse malis.
Viderit; audebo tibi me scripsisse fateri,
Atque modum culpæ notificare meæ.
Qui, cum me pœna dignum graviore fuisse
Confitear, possum vix graviora pati.
Hostibus in mediis, interque pericula versor:
Tanquam cum patria pax sit ademta mihi.

lem. Hei mihi! quid agam? metuo ne, nomine viso, asper et animo alienato inspicias reliqua. Si quis hæc legerit, non metuam agnoscere me ad te scripsisse, et questum esse proprias ærumnas? Legerit, non metuam agnoscere me ad te scripsisse, atque patefacere mensuram mei peccati. Qui, cum agnoscam me meruisse majus supplicium, vix possum ferre majus. Dego in hostibus mediis et inter discrimina, quasi pax sit mihi rapta cum patria. Qui, ut duplicent causas lethi fera

loq.—7 Nonnulli *Heu mihi.*—8 Multi *et adversa cet.* Et Serv. *aversa cet. fronte leg.*—9 Prius distichon Sarravianus, unus Mediceus, et Boxhornianus non agnoscunt, posterius totidem alii: quatuor duos medios versus omittunt. Ex duobus distichis unum faciendum hoc modo, *Videris: audebo tibi me scripsisse fateri. Audebo propriis ingemuisse malis:* ita enim posterior versus in quibusdam scriptus occurrit, cum vulgati exhibeant, *Audebo et propriis.* Possit et legi, *Videris hoc: siquidem tibi me scripsisse fateri Audebo, et propriis ingemuisse malis.* Nam membranæ nonnullæ, *Viderit hoc si quid:* alter Medonianus, *viderit o si quid.* Qua lectionum diversitate opinor factum, ut sciolus aliquis ansam arripuerit ex duobus versibus versus quatuor procudendi. Certe versus ultimus satis arguit indoctam manum. Quis enim credat Nasonem *notificandi;* aut, quod in aliis extat, *certificandi* verbo usum? præterea plerique pro *modum culpæ* agnoscunt *modum pœnæ:* quæ vox sequenti versu iteratur minus concinne. Τὸ *Videris* elegantissimum est. *Heins.* At vid. Not.

NOTÆ

quo genus propagatum.

Una] Illam dicit qua apud Cremeram cæsi trecenti ex Fabia gente, patricius exercitus; sicuti refert Florus libri primi capite duodecimo.

8 *Durus*] Difficilis, atque iniquo animo.

9 *Viderit*] Interrogative legendum hoc distichon Mycillus censuit, ut sit dubitantis Nasonis num nomine non celato audeat ad Maximum scribere. Verum optime meo judicio clariss. Heinsius, qui non modo ex lectionum diversitate sciolum quempiam quatuor ex duobus versibus procudendi ansam arripuisse credidit, sed elegantissime suas Nasoni sic elegantias asseruit: *Videris: audebo tibi me scripsisse fateri. Audebo propriis ingemuisse malis. Videris* autem pro, prospexeris, consulueris, positum: quomodo, in rebus maxime dubiis, non Ovidius tantum sed et alii loqui amaverunt.

12 *Notificare*] Quis credat, inquit clariss. Heinsius, *notificandi,* aut, quod in aliis extat, *certificandi,* verbo Nasonem esse usum?

Digitized by Google

Qui, mortis sævo geminent ut vulnere causas,
  Omnia vipereo spicula felle linunt.
His eques instructus perterrita mœnia lustrat,
  More lupi clausas circueuntis oves.
At semel intentus nervo levis arcus equino
  Vincula semper habens irresoluta manet.
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,
  Portaque vix firma summovet arma sera.
Adde loci faciem, nec fronde, nec arbore læti;
  Et quod iners hyemi continuatur hyems.
Hic me pugnantem cum frigore, cumque sagittis,
  Cumque meo fato, quarta fatigat hyems.
Fine carent lacrymæ, nisi cum stupor obstitit illis:
  Et similis morti pectora torpor habet.

plaga, tingunt omnia tela felle anguineo. Eques his stipatus obit muros exterritos in modum lupi obeuntis pecudes clausas. At levis arcus semel intentus nervo equino stat semper habens vincula astricta. Tecta horrent quasi septa impactis spiculis, et valvæ ægre depellunt arma dura sera. Adjice faciem loci neque foliis neque arboribus velati; et quod hyems pigra jungitur hyemi. Quarta hyems hic me premit certantem cum frigore, et cum spiculis, et cum mea sorte. Fletus sunt assidui, nisi cum torpor illos impedit, et stupor par morti cor insidet. Beatam Nioben, quan-

Var.—15 Quinque libri *peric. vertor;* unus *nector.*—17 Arg. *Cui m. sævæ gem.* Mor. *morti sæv.* duo alii *sævæ;* et R. *sævas.*—18 In cascis libris Barthius invenit, *sanguine tela linunt:* quod et Francof. et quinque alii habent: vid. lib. IV. 7. 36. *madent* tres: *virent* unus Vossii. Si præcedenti versu *Quis, morti sævas* legas: (nam *cui* est in Argent.) *virent* posset alicui placere, ut Met. II. 777. 'Pectora felle virent.' Ita 'virides colubros' dixit Horatius Od. I. 17. et 'virentem Hydram' Claudian. in Rufin. I. 292. Eadem varietas Art. II. 520. hic tamen nihil muto. Ita 'litæ felle sagittæ' inf. IV. 9. 83. *Burm.*—23 *Siccis* edit. Mycill. quod unde habeat, nescio, et, annon operarum sit vitium, dubito: *jactis* Argent. quod non displicebat olim Heinsio; ut Met. VIII. 389. 'jaciuntque sine ordine tela.' Sed *fixis* hic est, quæ jacta sedent et manent in tectis, et ita speciem valli referunt. Male etiam *velata* Sarravii et quatuor alii: in Leid. erat, *fixas sagittas;* Voss. Excerpt. *tecta rigent urbis.* Epist. XVI. 362. 'Figitur in jusso nostra sagitta loco:' et II. Trist. 7. 17. 'Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro.' *Burm.*—25 *Læti* Burm. rescripsit ex uno V. pro vulg. *tecti;* duo libri *tectam.*—30 Mul-

NOTÆ

17 *Geminent*] Ferro et veneno, scilicet.

21 *Equino*] Ex equorum setis parato.

22 *Vincula*] De arcus nervo intellige, quem nunquam laxent Getæ.

23 *Vallata*] Vallis obsita.

28 *Quarta*] Nasoni adeoque si credas per quatuor annorum spatium hyemem vidit continuam, qua maxime infestatus sit. Næ ille si quid concupivit magnifice potuit verbis consectari.

Digitized by Google

Felicem Nioben, quamvis tot funera vidit,
  Quæ posuit sensum saxea facta mali!
Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
  Cortice velavit populus ora novo!
Ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum:
  Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.
Ipsa Medusa oculis veniat licet obvia nostris,
  Amittat vires ipsa Medusa suas.
Vivimus, ut sensu nunquam careamus amaro:
  Et gravior longa fit mea pœna mora.
Sic inconsumtum Tityi semperque renascens
  Non perit, ut possit sæpe perire, jecur.

quam sensit tot funera, quæ in saxum mutata deposuit sensum mali! Vos etiam beatas, quarum ora citantia fratrem populus obstruxit recenti cortice. Ego sum ille, qui non recipiar in ullum lignum; ego sum ille, qui nequicquam cupiam esse saxum. Quamvis ipsa Medusa occurrat nostris oculis, ipsa Medusa excidat sua potentia. Vivimus, ut nunquam careamus sensu molesto: et meum supplicium fit asperius longo tempore. Eo modo jecur Tityi inconsumtum et semper renascens non

---

tæ Edd. *corpora* pro *pectora*.—32 *Mali* ex P. et Mor. alii *malis*.—33 In Gryphii editione est, *clementia*; sine dubio errore operarum, expressit tamen, ut solet Barth. Vincentius, qui nunquam fere a Gryphiana editione recedit, et tamen has ut raras et utiles editiones animose comparare solent, earum verum pretium ignorantes. In Sarraviano Fragmento itidem *clementia* erat: *lugentia* prim. Edit. et tres scripti. Francius volebat, *lacrymantia*. Burm.—35 *Admittar* Heins. dedit ex Sa. pro vulg. *admittor*.—38 Alii *Amittet vir*. Nonnulli etiam habent *vir. protinus ipsa suas*.—39 Pol. *car. iniquo*.—40 Leid. *Ut*

NOTÆ

31 *Nioben*] De ea Tantali filia, quæ in saxum diriguit, jam sæpius dictum. Fabulam vide in Metam.

Funera] Filiorum septem, totidemque filiarum, Latonæ ira sublatarum.

32 *Posuit*] Atqui, ut neque Nasonem latuit, majora etiam a se impetrare potest mens humana, si modo viribus utatur suis, aut iis uti didicerit.

33 *Vos*] Heliades dicit, quæ Phaëthontis fratris casum tanto luctu prosecutæ, ut denique obstupuerint, atque in alnos, ut placet Virgilio, vel in populos, ex aliorum sententia, mutatæ sint.

37 *Medusa*] Cujus vultus homines in saxa mutabat, ut fuse dictum in Metam.

38 *Amittat*] Quia in saxum mutari nequeam, qui ferendis miseriis natus videor.

41 *Tityi*] Hic, Jovis ex Elara filius, cum Latonæ vim inferre conatus esset, ab Apolline et Diana confixus, atque ad Inferos deturbatus, ibidem jecur semper renascens vulturi præbet exedendum. Quam fabulam satis aperte hic noster, quod et Lucretius aliique fecerunt, de curis atque animi solicitudinibus exponit.

Digitized by Google

At puto, cum requies, medicinaque publica curæ
  Somnus adest, solitis nox venit orba malis.
Somnia me terrent veros imitantia casus,
  Et vigilant sensus in mea damna mei.
Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas,
  Aut dare captivas ad fera vincla manus;
Aut, ubi decipior melioris imagine somni,
  Aspicio patriæ tecta relicta meæ;
Et modo vobiscum, quos sum veneratus, amici,
  Et modo cum cara conjuge, multa loquor.
Sic, ubi percepta est brevis et non vera voluptas,
  Pejor ab admonitu fit status iste boni.
Sive dies igitur caput hoc miserabile cernit,
  Sive pruinosi Noctis aguntur equi:
Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,
  Ignibus admotis ut nova cera solet.

absumitur, ut possit sæpe absumi. At, credo, quando quies, et sopor remedium commune solicitudinis advenit, nox est sine ærumnis consuetis. Species somni exhibentes veras clades me territant, et mei sensus sunt experrecti in mea mala. Vel ego videor effugere spicula Sarmatica; vel præbere manus captivas sævis catenis. Vel cum fallor specie lætioris somni, video domos amissas meæ patriæ. Et nunc plurima consero vobiscum, amici, quos colui, et nunc cum dilecta uxore. Ita postquam fruitus sum brevi et falso gaudio, iste status fit pejor recordatione boni. Seu ergo dies videt hoc caput lamentabile, seu equi pruinosi noctis agitantur, meum cor perinde diffluit assiduis solicitudinibus, ac cera recens solet diffluere *ignibus admotis.*

grav. Multi etiam *sit* pro *fit.*—41 P. *semperq. recrescens.*—44 Ms. Bersm. *nostri* pro *solitis.*—46 Arg. *vig. casus.*—48 Alii *in* pro *ad.*—49 Mor. *Aut ego deceptus mel.*—50 Unus liber *patr. regna beata meæ.*—53 Ex Pat. *est* aberat; unde Heins. *Sic ubi jam percepta brevis nec vera v.* In R. erat *Hæc ubi:* et duo Codd. cum Barth. membranis *concepta est.*—54 Quidam scripti et editi *stat. ille;* et R. *bono.*—56 Heins. ex multis scriptis suadet *pruinosi* pro vulg. *pruinosæ.*—57 *Liquefiunt* Fabricius restituit, cum in plerisque scriptis editisque *liquescunt* legeretur: tres nostri, *liquuntur;* non male: et tum pro *liquet,* versu proximo, cum plurimis membranis *solet* reponatur: *liquantur* Twisdenianus. In Fastis IV. 152. ' mella liquata' habes. *Heins.*—

NOTÆ

43 *Puto*] Pro, Forte. Per objectionem quandam figuram Rhetoricæ, nequidem per somnum vacare curis animum dicit.

46 *Damna*] Siquidem et falsis imaginibus somni torquebatur.

54 *Admonitu*] Pejus enim est *habuisse,* quam *nihil habere.*

56 *Pruinosi*] Quia per noctem congelatur ros, qui tum pruina dicitur.

Digitized by Google

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.
Cum subit, Augusti quæ sit clementia; credo
Mollia naufragiis littora posse dari.
Cum video quam sint mea fata tenacia, frangor;
Spesque levis magno victa timore cadit:
Nec tamen ulterius quicquam sperove precorve,
Quam male mutato posse carere loco.
Aut hoc, aut nihil est, pro me tentare modeste
Gratia quod salvo vestra pudore queat.
Suscipe, Romanæ facundia, Maxime, linguæ,
Difficilis causæ mite patrocinium.
Est mala, confiteor: sed te bona fiet agente.
Lenia pro misera fac modo verba fuga.
Nescit enim Cæsar, quamvis Deus omnia norit,
Ultimus hic qua sit conditione locus.

Sæpe voveo mortem, idem etiam averto precibus mortem; ne terra Sarmatica obruat mea ossa. Cum succurrit, quanta sit clementia Augusti, arbitror littora quieta posse concedi nostris *naufragiis. Cum aspicio quantum mea sors sit pertinax, despondeo animo, et spes levis vanescit superata ingenti metu. Neque tamen aut spero aut rogo quicquam amplius, quam posse carere loco male mutato. Aut hoc, aut nihil est, quod gratia vestra possit experiri verecunde salvo pudore. Maxime, eloquentia linguæ Romanæ, suscipe lenem defensionem asperæ causæ. Est mala, agnosco; verum fiet bona, te defendente. Profer tantum verba mitia in gratiam tristis exilii. Nescit enim Cæsar, quamvis Deus omnia cognoscat, quali statu sit*

60 Serv. *Neu mea.* Mox Excerpt. Voss. *comprimat ossa.*—64 Leid. *brevis* pro *levis.*—66 Pro *mutato* Heins. mallet *mutando:* quidam autem scribunt *me tuto,* improbante Heins.—69 In quibusdam novæ hoc Elegiæ exordium est.—72 Duo libri *pro missa fac;* unde Heins. *jussa.* Serv. *post miseram...fugam.*—

NOTÆ

59 *Deprecor*] Precibus amolior.

62 *Naufragiis*] Metaphorice de exilio suo loquitur.

Littora] Reditum in patriam, aut certe mitius solum quam Scythiam, intelligit.

66 *Male mutato*] Quasi quodlibet solum, modo ne Scythicum, Poëtæ gratum fuerit, hujus tantum mutationem in aliud, utcumque malum, petit.

67 *Hoc*] Loci mutatio.

68 *Vestra*] Eam intelligo qua Maximus ceterique Nasonis amici apud Augustum pollebant.

Pudore] Verecundos esse decet qui aliquid petunt a Principe; ne magis illum offendere, quam amicis prodesse, videantur.

70 *Difficilis*] Quia ab Augusto læso venia impetranda.

Mite] Quod mite requirat ingenium ad Cæsarem demulcendum, dein et mitiget Poëtæ exilium.

71 *Mala*] Propter Cæsarem offen-

Digitized by Google

Magna tenent illud rerum molimina numen:
  Hæc est cœlesti pectore cura minor.
Nec vacat, in qua sint positi regione Tomitæ,
  Quærere, finitimo vix loca nota Getæ:
Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iazyges acres,
  Cultaque Oresteæ Taurica terra Deæ:
Quæque aliæ gentes, ubi frigore constitit Ister,
  Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curant,
  Roma, nec Ausonii militis arma timent.
Dant animos arcus illis, plenæque pharetræ;
  Quamque libet longis cursibus aptus equus:
Quodque sitim didicere diu tolerare famemque:
  Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.

hic locus novissimus. Ingens pondus rerum detinet illud numen: hæc cura est minor mente cœlesti. Neque otium est petere in qua ora Tomitæ sint siti, regio vix cognita Getæ vicino. Vel quid Sauromatæ rerum gerant, quid Iazyges acres, et tellus Taurica culta a Dea Orestea: et aliæ nationes, quæ, postquam Danubius concretus est frigore, discurrunt velocibus equis per rigida terga fluvii. Maxima pars hominum neque tui habent rationem, Roma formosissima; neque reformidant arma militis Itali. Arcus, et pharetræ refertæ, atque equi idonei cursibus quantumvis longis augent illis animos; et quod assueverunt diu pati sitim et famem; et quod

73 Quinque libri cum pr. Ed. *omn. novit.*—77 Alii *Non vac.*—81 P. et tres alii *Quidque al.* Gryph. min. Ed. *Quoque.*—83 Pro *hominum* Heins. conj. *horum;* vel *harum*, scil. gentium. Deinde Heins. reposuit *curant* pro vulg. *curat;* quia in proximo vs. in Pol. Arg. et duobus aliis erat *timent*, quod rectius putat, quam *timet*, quod aliæ Edd. exhibent.—86 In Ms. Fabricii erat *Quamlibet et long.* quod si legitur *Qualibet*, idem putat magis Ovidianum esse.

NOTÆ

sum præsertim.

Bona] Vincibilis.

75 *Molimina*] Pro rebus quæ magno molimine perficiuntur.

76 *Hæc*] Ut cognoscat quæ sit conditio hujus loci.

Minor] Minus digna.

78 *Vix nota*] Propter ignobilitatem.

79 *Iazyges*] Istos jam supra Sarmatiæ Europææ populos vidimus.

80 *Oresteæ*] Diana est, quam Orestes ex Taurica Chersoneso una cum Iphigenia sorore abstulit; ut fuse dictum in præcedentibus.

81 *Aliæ*] Ut sunt Basternæ, Alani, Daci, &c.

82 *Terga*] Glaciem adeoque.

83 *Hominum*] De iis gentibus agit in quibus versabatur, maximo periculo.

87 *Didicere*] Atque equidem istud egregia disciplina docente, istud præstantissimo Magistro Horatio. Pauculis egere maximum adversus tyrannos fuit semper et erit præsidium.

Digitized by Google

Ira Dei mitis non me misisset in istam,
  Si satis hæc illi nota fuisset, humum.
Nec me, nec quenquam Romanum gaudet ab hoste,
  Meque minus, vitam cui dedit ipse, premi.
Noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu:
  Nil opus est ullis in mea fata Getis.
Sed neque, cur morerer, quicquam mihi comperit actum:
  Nec minus infestus, quam fuit, esse potest.
Tum quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coëgi,
  Pæne etiam merito parcior ira meo.
Di faciant igitur, quorum mitissimus ipse est,
  Alma nihil majus Cæsare terra ferat.
Utque diu sub eo sit publica sarcina rerum;
  Perque manus hujus tradita gentis eat.

hostis persequens nullas habebit aquas. Ira lenis Dei non misisset me in istam regionem, si ea fuisset illi satis cognita. Neque me, neque ullum Romanum lætatur opprimi ab hoste; atque me minus, cui ipse præbuit vitam. Noluit me exitio dare, ut poterat minimo nutu. Nihil est opus Getis in meam mortem. Sed neque invenit quicquam patratum a me quamobrem perirem; et potest esse minus infensus quam fuit. Tunc etiam nihil fecit, nisi quod ipse coëgi facere: ira quoque minor meo merito. Dii ergo, quorum ipse est lenissimus, præstent ut alma Tellus nihil ferat majus Cæsare; et ut commune onus rerum sit diu sub eo, et datum vigeat per

---

Mox Leid. *actus* pro *aptus:* et Ms. Bersm. *eques* pro ~~equus.~~—92 Sa. ~~*cui debit ips.*~~ et Pol. Thuan. et duo alii *premi* pro *capi.*—93 Scripti quidam, et pr. Ed. *at poterat;* Jun. *ut poterit;* Mor. *at potuit.* Mox Pat. *me prodere nutu.*—94 P. *sævis* pro *ullis.*—96 Quidam editi *Et min.*—98 P. et duo alii *parc. ipsa meo;* unde Burm. conj. *Pœna e. m. parcior ipsa meo.*—99 Nonnulli *quor. justissimus i.* et in quibusdam etiam *ille* pro *ipse.*—101 Olim legebatur *Utque diu sub eo, sic sit sub Cæsare terra.* ' Alii, *Roma;* sed neutrum bene: certe *terræ* præcedenti versu jam occurrebat. Quatuor, *Utque diu sub eo sit publica sarcina mundi:* quinque, *sit publica sarcina terræ:* quod in Erfurtano etiam invenerat

NOTÆ

92 *Dedit*] Istud acutissime atque ad rem appositissime.

94 *Nil opus*] Namque pro arbitrio Nasonem potuit Augustus occidere. Quanquam et Principes æqui atque decori tenentur leges quasdam observare; nisi penitus una eademque ruina sese cum populis suis festinant perdere.

96 *Nec minus*] Lego *Et minus;* quia, scil. ira deferbuerit.

97 *Fecit*] In me, scil.

Coëgi] Culpa mea, qui carmina scripsi amatoria.

102 *Tradita*] Sensus est, ut imperium quasi per manus traditum ab Augusto suo successori, atque ita deinceps, vigeat et floreat per manus ejus gentis.

Per manus eat] Id est, Ab invicem sibi succedentibus ex Augusti gente terra quasi per manus tradita regatur.

Digitized by Google

At tu tam placido, quam nos quoque sensimus illum,
Judice pro lacrymis ora resolve meis.
Non petito ut bene sit, sed uti male tutius; utque
Exilium sævo distet ab hoste meum.
Quamque dedere mihi præsentia numina vitam,
Non adimat stricto squalidus ense Getes.
Denique, si moriar, subeant pacatius arvum
Ossa, nec a Scythica nostra premantur humo.
Nec male compositos (ut scilicet exule dignum)
Bistonii cineres ungula pulset equi.
Et ne, si superest aliquid post funera sensus,
Terreat hic manes Sarmatis umbra meos.

manus hujus gentis. At tu, arbitro tam leni, quam nos etiam experti sumus illum, aperi os pro meis lacrymis. Ne roges ut bene sit, sed uti male securius, et ut exilium meum sit procul ab hoste fero: et Getes horridus non rapiat gladio nudato vitam quam Dii faventes mihi præbuerunt. Denique, si obeam, nostra ossa imponantur terræ quietiori, neque urgeantur pulvere Scythico: neque ungula equi Bistonii calcet cineres male conditos, ut scilicet dignum profugo: et ne, si reliquum est aliquid sensus post fata, umbra Sarmatica hic pavorem incutiat meis Manibus.

Zinzerlingus Prom. II. 4. unus, *sit publica sarcina curæ.* Moreti liber pro diversa lectione, *sit publica sarcina rerum.* Sarravianus admodum mendose, *Utque diu sub eo, sic sit publicæ saro terræ.* Combianus, *Utque diu sub eis:* alius, *sub eo est.* Locus mirifice turbatus: nam versu proximo pro *eat* plurimi etiam veteres, *eant.* Timide dico, dico tamen, videri reponendum, *Utque diu subsint huic publica pondera rerum:* videtur enim vox una aut altera excidisse.' *Heins.*—103 Mallem, *At tu tam placido, quanquam nos læsimus illum, Judice, &c.* nam *sentire* potius in malam partem, pro gravem, crudelem experiri, sumitur. *Burm.*—105 In quibusdam Edd. *Non petis, ut bene sit.* In libri sui margine notarat Scaliger, *Neve pete ut bene sit.* Eruditissimus juvenis Jacobus Roverius, *Non petimus bene sit, sed uti male tutius.* D. Heins. *Magę* legendum puto, ut sit pleonasmus: nisi *male* sit idem quod parum. *Bersman. Non pete quod* Puteau. Unus Vaticanus *Non petit:* lege, *non petito ut bene sit,* vel, *non petito bene sit.* Scaliger, *neve pete ut bene sit;* etiam non male. Vir Politissimus Christianus Daumius, *Non petito ut bene sit, sed uti mage tutius.* Quod ex scriptis Bersmannianis in ora codicis sui annotavit. *Heins.* Forte, *non peto* (vel *pete*) *quo bene sit, sed uti mihi tutius: quo* pro *ut* centies apud Nasonem: *non potes* Ms. Bersm. *Burm.*—108 Ms. Bersm. et Mor. *ens. Geta.*—109 *Subeant* Heins. dedit ex uno Ha. pro vulg. *subeam;* ut ad τὰ *ossa* referatur.—113 *Aliquid* ex Arg. et uno V. placet Heins. præ vulg. *aliquis.*—114 In vulgatis *Terr.*

NOTÆ

103 *Sensimus*] Quippe qui vitam accoeperimus, cum nos potuisset perdere.

104 *Judice*] Augusto, scil. Cum, inquit, ille sit tam mitis atque placidus.

Pro lacrymis] Hoc est, lacrymosa et misera conditione.

107 *Numina*] Augusti præsertim.

112 *Bistonii*] Pro Getico posuit Bistonium seu Thracium; quia, scilicet, Bistones Thraciæ populi Getis

Digitized by Google

Cæsaris hæc animum poterant audita movere,
  Maxime; movissent si tamen ante tuum.
Vox, precor, Augustas pro me tua molliat aures,
  Auxilio trepidis quæ solet esse reis:
Assuetaque tibi doctæ dulcedine linguæ
  Æquandi Superis pectora flecte viri.
Non tibi Theromedon, crudusve rogabitur Atreus;
  Quique suis homines pabula fecit equis:
Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox:
  Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui vincit semper, victis ut parcere possit;
  Clausit et æterna civica bella sera.

Hæc auribus accepta poterant mollire mentem Cæsaris, Maxime; si tamen tetigissent prius tuam. Vox tua, quæso, quæ consuevit adesse timidis reis, leniat aures Augustas pro me; atque emollito cor viri æquandi Diis suavitate tibi solita linguæ eruditæ. Non Theromedon, vel ferus Atreus, et qui fecit viros escam suis equis, a te rogabitur, sed Princeps tardus ad supplicia, celer ad mercedes; et cui grave est quoties cogitur esse sævus. Qui semper potitus est victoria, ut posset ignoscere debellatis; et coërcuit bella civilia sera inviolabili. Qui reprimit multa formidine

ut man. quidam vett. *et:* duo *Terruerit man.* et totidem *Terreat hic*, quod Heins. sequitur.—116 P. *Movissent animum si tamen.*—118 Unus liber *miseris* pro *trepidis.*—119 Serv. *Assuetaq. diu doct.*—121 Alii legunt *Therodamas;* et Schottus malebat *Therodamon:* Leid. et duo alii *Theremedon.* Tum alii *crudusque.*—125 Sa. et tres alii *vicit...posset.* Sed *vincit* melioris est ominis, quasi pergat vincere semper Cæsar: et ita citat Gerard. Maurisius. *Burm.*—126 Ms. Bersm. *bell. manu.*—127 Aliam lectionem anno-

NOTÆ

finitimi.

114 *Terreat*] Inepte videtur de animarum statu sensisse Poëta. Verum data opera, ut causæ suæ serviret, vulgarem secutus est sententiam.

115 *Hæc*] Quæ ego conqueror et timeo.

116 *Si tamen*] Namque, docente summo Magistro dicendi Horatio, 'Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent Humani vultus. Si vis me flere dolendum est Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.'

120 *Viri*] Augusti, scil.

121 *Theromedon*] Crudelissimus fuit rex Scythiæ qui leones sanguine humano, ut magis sævirent, quotidie alebat.

Atreus] Qui fratri suo Thyestæ ex mactatorum filiorum corporibus epulas apparare non timuit.

122 *Quique*] Diomedes est, ferus rex Thraciæ, qui equos suos humana carne alebat, iisdem denique ab Hercule objectus. Callidissime autem horum tyrannorum hic mentionem facit Poëta, ut ab eadem sævitia tacite Augustum dehortetur.

125 *Parcere*] Ea fuit laus ejus maxima.

126 *Clausit*] Ad Jani templum alludit, quod Augustus, in pacis omnibus

Digitized by Google

Multa metu pœnæ, pœna qui panca coërcet;
Et jacit invita fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator missus ad aures,
Ut propior patriæ sit fuga nostra, roga.
Ille ego sum, qui te colui; quem festa solebat
Inter convivas mensa videre tuos.
Ille ego, qui duxi vestros Hymenæon ad ignes,
Et cecini fausto carmina digna toro.
Cujus te solitum memini laudare libellos,
Exceptis, domino qui nocuere suo.
Cui tua nonnunquam miranti scripta legebas.
Ille ego, de vestra cui data nupta domo.
Hanc probat, et primo dilectam semper ab ævo
Est inter comites Marcia censa suas.
Inque suis habuit matertera Cæsaris ante:
Quarum judicio si qua probata, proba est.

supplicii, pauca supplicio, et mittit rara fulmina manu repugnante. Adeoque orator missus ad aures tam lenes, orato, ut exilium nostrum sit minus remotum a patria. Ego sum ille qui te veneratus sum; quem mensa festa consueverat cernere inter tuos convivas. Ego ille, qui duxi Hymeneum ad vestros amores; et cantavi versus dignos felici lecto. Cujus recordor te consuevisse probare libellos, demtis iis, qui olfuerunt domino suo. Cui admiranti legebas interdum tua scripta. Ego ille, cui uxor concessa de vestra familia. Marcia hanc laudat, et numeravit semper caram a prima ætate inter comites suas. Matertera Cæsaris prius etiam habuit inter suas;

---

tat Merula, sed, ut arbitror, repetitu indignam. *Fabricius.* Illa est, *multa metu prohibet*, ut quidam scripti veterum et editi; *cohibet* etiam Barthii membranæ, Francof. et alii; et *chohibet* multi Heinsio inspecti: *Et qui multa metu, pœna qui pauca coërcet* Junianus et duo alii: Maurisius, *Multa mihi cohibet, qui pœna parva coërcet.* Burm.—128 Edd. quædam *Et facit invit.*— 130 Leid. *vitæ* pro *patriæ.*—133 *Duxi* Fabricius profert ex Pat. et recipit ut magis poëticum quam vulg. *dixi:* Fr. *cecini.*—134 In Jun. *Et cec. medio scripta*

NOTÆ

concessæ signum, clausit.

127 *Metu*] In eo prudentiæ ars summa.

131 *Quem*] Quique adeo fuit tibi carus. Vix autem alia ulla efficacior ratio, quæ amicum ad benefaciendum porro perducat, quam quod antea benefecerit. Fundamentum enim habet in illius laude atque honore, neque caret utilitate etiam.

133 *Hymenæon*] Quia carmen aliquod nuptiale seu epithalamium scripserat Naso in Maximi honorem, dicit istud.

Ignes] Id est, tædas, quæ nubentibus a pueris præferebantur.

136 *Qui nocuere*] De Amatoriis intelligit; ut jam sæpe alibi.

138 *Vestra*] Fuit itaque ex Maximorum familia Nasonis conjux.

139 *Hanc*] Uxorem meam.

140 *Marcia*] Hæc Maximi fuit uxor,

Digitized by Google

Ipsa sua melior fama, laudantibus istis,
Claudia divina non eguisset ope.
Nos quoque præteritos sine labe peregimus annos:
Proxima pars vitæ transilienda meæ.
Sed de me ut sileam, conjux mea sarcina vestra est.
Non potes hanc salva dissimulare fide.
Confugit hæc ad vos: vestras amplectitur aras.
Jure venit cultos ad sibi quisque Deos.
Flensque rogat, precibus lenito Cæsare vestris,
Busta sui fiant ut propiora viri.

quarum judicio si quæ est probata, est proba. Ipsa Claudia castior sua fama non habuisset opus auxilio divino, istis probantibus. Nos etiam duximus annos anteactos sine macula. Proxima pars vitæ meæ omittenda. Verum ut taceam de me, uxor mea est vestrum onus. Non potes hanc negligere integra fide. Hæc confugit ad vos, complectitur vestra altaria. Merito quisque accedit ad Deos quos veneratus est. Atque lacrymans orat, ut, Cæsare placato vestris precibus, sepulcrum sui mariti fiat propius.

canenda toro: et Arg. *fausto carmina dicta toro.*—139 Arg. *ut* pro *et.*—141 Bas. C. *illam.*—143 Pat. *fam. testantibus.* Tum Leid. *illis.*—146 Duo libri *Ultima pars.*—148 Duo libri *Nec pot.* et tum Mor. *hoc salv.*—149 Alii *vestrasque ampl.* Ms. Bersm. et tres *vestras complectitur ar.*—150 Unus V. *notos* pro *cultos.*—150 Versus, nisi fallor, spurius, et quem pro Ovidiano vix admiserim. *Heins.* Cogitabam aliquando, *Pura venit cultos ad sibi sæpe D.* ut *pura* dicatur, quia aberat vir: debebant enim, ut notum est, ' pure et caste Deos adire.' Sed potius legendum puto, *Jure venit cultos ad sibi sæpe D. ad sibi quippe Deos* olim conjecerat Heinsius. Francius magis temere, *Thuraque fert cultos ad sibi rite D.* Burm.—151 Duo libri *prec. lenito:* et tum unus *principe vestris.*—152 Francius ita legere voluit, *Justa suo fiant ut pr. viro.*

NOTÆ

Philippi filia.

141 *Matertera*] Hanc Actiæ, quæ Augusti mater, sororem fuisse volunt, et Marciæ matrem, quam Nasonis uxor puella admodum coluerit.

144 *Claudia*] Vestalis fuit, quæ cum in stupri suspicionem venisset, ut pudicitiam suam comprobaret, Cybeles dicitur simulacrum in Tiberis vadis hærentem, seu potius navem qua vehebatur, cingulo duxisse, quam multa hominum millia trahere nequiverant.

146 *Transilienda*] Propter infamiam ex exilio atque impuris versibus.

147 *Sarcina*] Quia ex Maximorum familia Nasonis uxor, eaque proba.

152 *Busta*] De se quasi de sepulto, non sine arte maxima, et ad misericordiam movendam aptissima, loquitur.

Digitized by Google

EPISTOLA III.

RUFINO.

ARGUMENTUM.

Ex Rufini literis magnam se cepisse voluptatem et spem fatetur Poëta: nec tamen eas, quamvis eloquentes, tantam vim habuisse docet, ut dolorem potuerint amovere. Causam deinde assignat. Tum refellit eorum exempla, quos ipse dixerat forti animo tulisse exilium, ea ratione quod illi tam longe a patria non exulassent. Fatetur tamen postremo, si posset ejus animus leniri, ipsius præcepta et literas elegantissimas id facturas fuisse; quas loco magni muneris se accepisse dicit.

HANC tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem;
Qui miser est, ulli si suus esse potest.
Reddita confusæ nuper solatia menti
Auxilium nostris spemque tulere malis.
Utque Machaoniis Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem;
Sic ego mente jacens, et acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.

Naso tuus, si qui est infelix potest esse suus cuiquam, mittit tibi hanc salutem, Rufine. Oblata a te *consolatio nuper animo turbato attulit spem et opem nostris ærumnis. Et quemadmodum heros Pœantius expertus est auxilium medicum vulnere sanato artibus Machaoniis; ita ego afflictus animo, et vulneratus ictu sævo,*

2 V. *ullus* pro *ulli.*—3 Mor. *solat. mentis.*—4 Multi scripti cum Ursin. et

NOTÆ

2 *Si suus*] 'Tuus' dixerat; jam excipit, quasi nullius esse possit qui miser est.

3 *Solatia*] De literis dicit sibi a Rufino missis, ex quibus solatium percepit.

5 *Machaoniis*] Quæ ex medica arte proveniunt. Fuit nempe Machaon medicus Æsculapii filius, a quo et medici *Machaones* dicti.

Pœantius] Philoctetes est, Pœantis filius, de quo jam sæpius, Metam. præsertim l. XIII.

8 *Admonitu*] Consolationibus, quas ægro animo suggessisti. Siquidem autem proxime suis cogitationibus

Digitized by Google

Et jam deficiens sic ad tua verba revixi,
  Ut solet infuso vena redire mero.
Non tamen exhibuit tantas facundia vires,
  Ut mea sint dictis pectora sana tuis.
Ut multum nostræ demas de gurgite curæ;
  Non minus exhausto, quod superabit, erit.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix:
  Horrent admotas vulnera cruda manus.
Non est in medico semper, relevetur ut æger:
  Interdum docta plus valet arte malum.
Cernis, ut e molli sanguis pulmone remissus
  Ad Stygias certo limite ducat aquas.
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas;
  Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
  Nec formidatis auxiliatur aquis.

cœpi esse firmior tuo admonitu. Atque jam derelictus sic restitutus sum ad tuas voces, ut vena consuevit denuo micare vino affuso. Eloquentia tamen non præbuit tantas vires, ut meum cor convaluerit tuis dictis. Quamvis multum tollas de barathro nostræ solicitudinis, quod restabit non erit minus eo quod demseris. Forte cicatrix claudetur longa mora: plagæ recentes refugiunt manus admotas. Non est semper pœnes medicum, ut ægrotus convalescat. Nonnunquam morbus plus potest arte medica. Aspicis, ut cruor ejectus ex tenero pulmone ducat ad aquas inferas certo calle. Quamvis ipse Epidaurius adhibeat sacra gramina, nullo auxilio levabit vulnera cordis. Medicina nequit fugare podagram nodosum, neque medetur

Ma. *spemq. dedere mal.*—8 P. *A monito cœp.*—10 Twisden. *sol. affuso vena*; alii etiam *effuso*. Pro *vena* nonnulli *flamma* vel *vita*: Heins. conj. *Vesta*. Mor. *surgere vena mero.*—11 Quidam editi et scripti *Nec tamen*. Mox Jun. *tant. fiducia vir.*—13 Sic Heins. ex Arg. et quinque aliis: vulg. *mult. demas nostro de pectore curæ.*—14 Arg. *quam* pro *quod.*—18 Ms. Bersm. *Int. medica pl.*—19 Sex libri *pulm. revulsus*; unus *repulsus*; alius *revulso.*—20 Quidam pro *limite* legit *tramite.* —21 Leid. *siccas* pro *sacras*: et tum duo libri *Podalirius herb.*—22 Duo libri *mentis* pro *cordis.*—23 Mercurialis var. lect. lib. 1. 2. citat *Solvere nodos.*—24 Mor.

NOTÆ

vivat mens nostra, hinc facile est intelligere quantum ad illius valetudinem conferre possint bona verba.

15 *Ducetur*] Id est penitus oblitterabitur dolor, aut exolescet cura. Metaphora est a vulneribus petita, quæ cum sanantur cicatricem ducunt.

20 *Certo*] Lethale est enim vulnus in pulmone.

21 *Sacras*] Seu efficaciam herbarum, seu Æsculapii dignitatem spectes.

Epidaurius] Æsculapius Apollinis filius, idemque medicus insignis, qui primum Epidauri, quæ Peloponnesi urbs fuit, ubi ille natus, pro Deo cultus est, deinde Romam translatus.

24 *Formidatis*] Seu *formidandis* le-

Digitized by Google

Cura quoque interdum nulla medicabilis arte;
  Aut, ut sit, longa est extenuanda mora.
Cum bene firmarunt animum præcepta jacentem,
  Sumtaque sunt nobis pectoris arma tui;
Rursus amor patriæ, ratione valentior omni,
  Quod tua texuerunt scripta, retexit opus.
Sive pium vis hoc, sive hoc muliebre vocari;
  Confiteor misero molle cor esse mihi.
Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
  Fumum de patriis posse videre focis.
Nescio qua natale solum dulcedine captos
  Ducit, et immemores non sinit esse sui.

aquis formidatis. Solicitudo etiam nulla arte quandoque sanabilis; vel, quanquam sit, minuenda est multo tempore. Postquam documenta tua *bene asseruerunt mentem prostratam, et arma tui cordis sunt capta a nobis, rursus amor patriæ potentior omni ratione destruit opus quod tua scripta exstruxerant. Seu vis istud appellare pium, seu fœmineum, agnosco cor esse tenerum mihi misero. Prudentia Ithacensis non est incerta; sed tamen cupit posse cernere fumum de focis patriis. Terra patria agit motos, nescio qua suavitate, neque patitur esse oblitos sui. Quid melius*

---

et quatuor alii *Nec formidandis aux.*—25 Unus V. *non est* pro *nulla.* Tum Barb. *reparabilis;* et Arg. *medicabitur arte.*—26 *Ut* ex plerisque vett. Heins. recepit pro vulg. *si;* et *extenuanda* pro *attenuanda.* Fr. habet *Aut ubi fit long.* quod verum putat Burm.—27 Pol. et sex alii *firmarint;* Leid. et pr. Ed. *formarunt.*—28 Nonnulli *sint* pro *sunt.*—30 *Texuerunt* ex Heins. corr.; nam Pat. et unus Ha. exhibent *texerunt:* at vulg. *fecerunt.*—31 Nonnulli *pium jus hoc.* Tum ex plerisque scriptis Heins. restituit *sive hoc* pro vulg. *seu vis.*—35 *Captos* ex duobus V. placet Heins. præ vulg. *cunctos.*—36 Bersmannus

NOTÆ

gas, et de hydrope accipias, seu ex formidatis aquis rabiem intelligas, utrique morbo, quanquam non sine discrimine maximo, medentur hodierni medici.

26 *Longa*] Non enim continuo suas facit animus rationes bonas quæ offeruntur, quia bonæ sunt. Tempore etiam illi opus est, et frequenti exercitio, ut denique in illis confirmetur et corroboretur.

28 *Arma*] Consilia et rationes quibus Nasonis mentem adversus ægritudinem Rufinus munire studuerat.

30 *Texuerunt*] Metaphora ex lanificio petita, apertior quam ut exponi mereatur.

31 *Muliebre*] Revera est sæpius; aliquando et pium.

33 *Ithaci*] Ulyssis, scilicet: quem in virtutis atque prudentiæ exemplar proposuerunt.

Optat] 'Ithaca,' inquit ille, apud Homerum, 'omnium carissima, occasum versus, aspera quidem sed optima, juventutis altrix, qua ego nihil unquam amœnius vidi.'

Digitized by Google

Quid melius Roma? Scythico quid frigore pejus?
Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.
Cum bene sit clausæ cavea Pandione natæ;
Nititur in sylvas illa redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.
Tu tamen exilii morsus e pectore nostro
Fomentis speras cedere posse tuis.
Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
Talibus ut levius sit caruisse malum.
At, puto, qua fueram genitus, tellure carenti,
In tamen humano contigit esse loco.
Orbis in extremi jaceo desertus arenis,
Fert ubi perpetuas obruta terra nives.
Non ager hic pomum, non dulces educat uvas:
Non salices ripa, robora monte virent.

Roma? quid pejus littore Scythico? Barbarus tamen huc recurrit ex illa urbe. Quanquam bene sit filiæ Pandionis cavea clausæ, illa conatur reverti in sua nemora. Tauri concedunt in saltus solitos; leones in speluncas solitas, neque feritas illis obstat. Tu tamen credis anxietates exilii posse fugari ex nostro corde tuis fomentis. Fac ne vos ipsi sitis mihi tam amabiles, ut minus sit damnum caruisse talibus. At, credo, obtigit mihi *carenti solo* in *quo fueram natus, esse tamen in loco miti. Jaceo destitutus in arenis ultimi orbis, ubi tellus obruta fert nives assiduas. Campus non fert hic pomum, neque mites racemos: salices non virescunt in ripis,* neque *quercus*

notat alios habere *Nectit, et;* alios *Detinet immem.*—37 Cod. Scaliger. *quid littore pej.*—38 Fr. et quinque alii *urbe venit.*—39 Sic Mycillus corrigit ex Aldin. Ed. quæ habet *sit clausa c. P. nata:* vulg. *sint clausæ c. P. natæ.*—40 Pol. *Nit. ad sylvam quæque redire suam.* Vulgatæ Edd. etiam habent *quæque:* ex Arg. et decem aliis Heins. profert *illa:* conj. etiam *usque.*—48 *E pectore* cum melioribus. [Vulg. *a pect.*] Pro *cedere* versu proximo unus Vaticanus *vellere* pro *pellere:* et tum *Te* pro *Tu* sit legendum. *Heins.* Mycill. etiam Gryph. Bersm. et alii *ex pectore.*—44 Fr. *Fomitibus sper.*—45 Bas. *Efficite vos:* V. *Efficite hoc vos.*—46 Unus liber *caruisse malis.*—48 Unus *esse solo.*—49 *In extremis* fere omnes, teste Burm. Tum Fr. *jac. projectus aren.*—51 Arg. et multi alii *educ. herbas.* Burm. *uvas* retinet, quia putat epitheton 'dulces' eis melius convenire, quam herbis.—

NOTÆ

39 *Pandione natæ*] De Philomela agit, Pandionis Athenarum regis filia, quæ in lusciniam mutata, utcumque maxima cura in cavea alatur, vix nulla ibi non moritur, atque in sylvas studet semper evolare.

44 *Fomentis*] Consolationibus, scil.

46 *Talibus*] Fidelibus, amabilibus, &c. Venuste autem atque amabiliter id quod maxime amandum, quodque maxime cor urgeat, indicavit.

48 *Humano*] Facile vero fuisset Romanam urbanitatem alia compensare, si obtigisset. Verum ideo tan-

Digitized by Google

Neve fretum terra laudes magis; æquora semper
  Ventorum rabie, solibus orba, tument.
Quocumque aspicias, campi cultore carentes,
  Vastaque, quæ nemo vindicet, arva jacent.
Hostis adest, dextra lævaque a parte timendus;
  Vicinoque metu terret utrumque latus.
Altera Bistonias pars est sensura sarissas,
  Altera Sarmatica spicula missa manu.
I nunc, et veterum nobis exempla virorum,
  Qui forti casum mente tulere, refer.
Et grave magnanimi robur mirare Rutilî,
  Non usi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus et hostica tellus;
  Pæne minus nullo Smyrna petenda loco.
Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus:
  Legit enim sedes, Attica terra, tuas.

in montibus. Neve probes magis mare quam terram, maria privata solibus tolluntur semper furore ventorum. Quocumque oculos vertas, agri destituti colonis, et vasti campi quos nullus asserat, torpent. Hostis metuendus urget a parte dextra atque sinistra; et terret utrumque latus proximo metu. Altera pars est sensura lanceas Bistonias, altera sagittas impulsas manu Sarmatica. Ito jam, et nobis memora exempla antiquorum virorum, qui toleraverunt clades firmo animo. Atque admirare invictam constantiam magnanimi Rutilii non usi conditione reditus concessi. Smyrna tenuit virum, non Pontus et terra hostilis; Smyrna, inquam, *propemodum nullo loco minus quærenda. Cynicus Sinopeus non ægre tulit longe esse a patria, namque*

54 Duo libri *orb. rigent.*—59 *Sarissas* ex Mss.: vulg. *sagittas;* alii *pharetras.*—60 Nonnulli *mista* pro *missa.*—61 Heins. conj. *exempla reorum.*—62 Ms. Bersm. *casus* pro *casum.*—63 Heins. mallet *I grave.* Deinde nonnulli legunt *Rutuli;* et alii *Rutulli.*—65 Olim legebatur *et hostica terra:* multi libri *et hospita:* Burm. conj. *Pontus, inhospita tellus,* per appositionem, et ut alludat ad

NOTÆ

tum hujus meminit ut nullam esse profiteatur.

51 *Pomum*] Non tam mite quidem, verum nullum non est verisimile.

54 *Solibus*] Calore.

56 *Vindicet*] Tanquam suos excolat atque tueatur.

63 *Rutilî*] Vir fuit doctus atque sanctus, qui per invidiam Roma pulsus, redeundi potestate facta, Smyrnæ maluit consenescere atque obire.

65 *Pontus*] Terra asperrima, si cum Smyrnæa conferas.

66 *Nullo*] Quia Ioniæ urbs præclarissima atque gratissima.

67 *Cynicus*] Diogenem dicit, cui, sicut et ceteris ejusdem sectæ, a canina mordacitate, qua sine discrimine in omnium vitas inquirebant, nomen præsertim datum videtur.

Sinopeus] Sinope, Paphlagoniæ, in

Digitized by Google

Arma Neoclides qui Persica contudit armis,
  Argolica primam sensit in urbe fugam.
Pulsus Aristides patria Lacedæmona fugit:
  Inter quas dubium, quæ prior esset, erat.
Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit,
  Thessaliamque adiit, hospes Achillis, humum.
Exul ab Hæmonia Pirenida cessit ad undam,
  Quo duce trabs Colchas sacra cucurrit aquas.

elegit tuas mansiones, tellus Attica. Neoclides, qui fregit armis arma Persica, sensit primum exilium in urbe Argolica. Aristides ejectus patria fugit Spartam; inter quas incertum erat, utra esset potior. Patroclus puer deseruit Opunta patrato homicidio, et hospes Achillis venit in terram Thessalicam. Ille quo duce navis sacra sulcavit aquas Colchas exul ab Hæmonia venit ad aquam Pirenidem. Cadmus

cognomen 'Axeni.'—67 Excerpt. Voss. *esse remotus.*—70 Cum 'sentire' in malam partem fere capiat Noster, ut modo vs. 39. et alibi dictum, non capio quid sit, *sentire primam fugam*, nisi ex initio exilii grandem jam calamitatem experiri: atqui contrarium vult auctor noster, non fuisse admodum grave exilium, quia statim urbem Argos concessit, quæ vix Athenis concedebat. Quare legendum, *Argolica num quam sensit in urbe fugam?* an se exulem esse sensit Argis? vel, *dic, quam.* Si vulgata retinenda, legenda est per interrogationem, *Argolica an primam?* Burm.—74 *Thessaliamq.* ex quatuor vett.: vulg. *Thessalicamq.*—75 V. *ad urbem.*—76 *Colchas...aquas* ex Heins. emend.; nam unus Med. *Quo duce Colchiacas Argo*

NOTÆ

littore Pontici maris sita, urbe oriundus: cui lucro fuit a Barbaris ad cultissimos homines, Athenienses dico, devenire.

69 *Neoclides*] Themistocles est, Atheniensis, Neoclis filius, cui, quanquam ab illis veniret, difficile non fuit apud Græcos exilium pati.

Contudit] Rem ipsam non pœniteat ex Plutarcho præsertim cognoscere.

70 *Primam*] Namque sæpius pulsus.

71 *Aristides*] Atheniensis fuit Philosophus, maxime Politicus, Themistocli coævus, cui a justitia datum cognomen.

72 *Quas*]. Urbes, scilicet.

Quæ prior] Non minus enim tunc temporis Sparta quam Athenæ florebat.

73 *Cæde*] Patroclus, Menœtii filius, cum astragalis luderet, Aphidamantis filium, Eanen, seu Clisonymum, ut alii vocant, iratus quod sibi aliquos surripuisset, occidit. Qua re in Thessaliam, atque in urbem Phthiam ad Peleum confugit, ubi cum Achille arctissimam necessitudinem contraxit.

Opunta] Ex Opunte Locridis oppido oriundum Patroclum testatur quoque Homerus.

75 *Hæmonia*] Thessalia, cui et illud nomen.

Pirenida] Fontis Pirenes, ad radices Acrocorinthi; ex quo Corinthum urbem intelliges, quo Jason confugit.

76 *Quo duce*] Jason ipse est, qui Peliæ suasu in Colchicam expeditionem navigavit

Trabs] Argo navis est sacra Palladi: illa namque Argonautæ, Jasone

Digitized by Google

Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus,
  Poneret ut muros in meliore loco.
Venit ad Adrastum Tydeus, Calydone fugatus;
  Et Teucrum Veneri grata recepit humus.
Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos
  Exulibus tellus ultima Tybur erat?
Persequar ut cunctos; nulli datus omnibus ævis
  Tam procul a patria est, horridiorve locus.
Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti,
  Qui facit ex dictis non ita multa tuis.

Agenorides deseruit muros Sidonios, ut statueret mœnia in loco potiore. Tydeus pulsus Calydone concessit ad Adrastum; et terra dilecta Veneri excepit Teucrum. Quamobrem recenseam antiquos Romanæ gentis, apud quos Tybur erat terra novissima profugis? Quamvis omnes enumerem, nemini assignatus est ulla ætate locus tam longe a patria, vel asperior. Quare facilius parcat vestra sapientia dolenti, qui

---

cuc. aquas: vulg. *Colcha...aqua.*—80 P. *sacra* pro *grata.*—83 Serv. Barb. et Bersm. *Prosequar ut.* Deinde Ro. pro *ævis* exhibet *ex his,* quod Heins. placet: Arund. *illis.*—86 *Quæ facis* unus Vatic.: at Argentinus *Qui facit;* quomodo Tanaquillus Faber Epist. II. 67. conjicit. Ego olim legebam, *Si facio.* Heins. Sed alibi vulnus est, quod manus poscit: nam quis ferre potest, *non ita multa tuis,* et *posse voire tuis?* Legendum, ni fallor, *Quæ facit ex dictis non ita multa suis.* Auctor. Elect. Eton. *Suis* est in Moreti libro pro var. lect.; sed vellem vir doctus sententiam suæ emendationis nobis explanasset, quæ deberet esse, tua sapientia, quæ ea, quæ dicit, non facit. Atqui hæc esset intempestiva exprobratio, nec conveniret sequentibus. Quare *qui* retinendum; et legendum forte, *Qui capit ex dictis non ita multa tuis:* id est, qui vim consolationis tuæ, et argumentorum, quæ adhibes, non potest præ dolore capere. Vel, *Qui capit ex dictis commoda nulla tuis:* nam *commoda multa* in Barberin. erat.

NOTÆ

duce, Colchos petierunt.

77 *Agenorides*] Fuit vero Cadmus Agenoris Phœniciæ regis filius. Pater, lege impia, ita illum sororem Europam jussit quærere, ut, nisi ea inventa, reverti ne auderet. Ob eam rem exul igitur in Bœotiam venit, ubi Thebas condidit.

Sidonia] Sidonis Phœniciæ urbis, in qua Agenor Cadmi pater regnabat.

78 *Meliore*] Quia Græciam suam Græci plurimi faciebant. Quanquam et Sidon urbs amplissima eademque opulentissima fuit.

79 *Adrastum*] Talaonis fuit filius, rex Argivorum; ad quem Tydeus Œnei, occisis Alcathoo Lycotheoque nepotibus, profugit; ubi et Deiphylen regis filiam uxorem duxit.

80 *Teucrum*] Finito bello Trojano, cum Teucer, ob Ajacis fratris mortem, patri Telamoni invisus esset, neque in regnum reciperetur, sponte in Cyprum, Veneri sacram insulam, contendit, ubi urbem, nomine antiquo patriæ, Salamina condidit.

82 *Tybur*] Quæ 16. lapide tantum distat ab Urbe. Nondum enim Imperii fines propagaverant Romani tunc temporis.

83 *Cunctos*] Exules, scil.

86 *Facit non multa*] Neque potest

Digitized by Google

Nec tamen inficior, si possint nostra coire
  Vulnera, præceptis posse coire tuis.
Sed vereor, ne me frustra servare labores;
  Neu juver admota perditus æger ope.
Nec loquor hæc, quia sit major prudentia nobis;
  Sed sim, quam medico, notior ipse mihi.
Ut tamen hoc ita sit, munus tua grande voluntas
  Ad me pervenit, consuliturque boni.

non ita multa præstat ex dictis tuis. Neque tamen nego, si plagæ nostræ possint coalescere, posse coalescere tuis monitis. Verum timeo, ne incassum tentes mē servare, neve ægrotus deploratus fovear auxilio adhibito. Neque hæc dico, quo major sit nobis sapientia, sed sim ipse notior mihi quam medico. Quamvis tamen hoc ita se habeat, benevolentia tua magnum donum ad me pervenit, et in bonam partem accipitur.

'Dicta' sunt proprie sapientum; quæ mox, 'præcepta' vocat. vid. Tr. III. 3. 62. *Burm.*—87 *Possint* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *possent.*—88 Unus Ha. *Vuln. fomentis poss.*—89 *Servare* Heins. ex scriptis restituit; vulg. *sanare.* Pol. et V. *servare velitis.*—90 *Neu* ex Heins. corr. alii *Nec.* Tum plurimi editi *juvet adm.* et Ms. Bersm. *valet.* Mox alter V. *protinus æq.* Burm. conj. *proditus.*—91 Nonnulli *quin* pro *quia;* et mox in seq. vs. *sum* pro *sim.* Vulg. etiam legebatur *tibi* pro *mihi;* at *mihi* meliores exhibent scripti. In priore vs. P. habet *maj. sapientia nob.*—94 In vulgatis edebatur *consuluique boni.* '*Consuluitque boni* plerique veteres: Argent. et alii nonnulli, *consiliumque dedit* vel *tulit:* duo, *consiliumque boni.* Præterea versu præcedenti quidam, *ut tamen hæc ita sint;* non, *hoc ita sit.* Scribe, *Ut tamen hæc ita sint, m. t. g. v. Ad me pervenit, consuliturque boni.*' Heins. Eandem video et apud Bersmannum conjecturam: sed vereor, ut ita defungi liceat. Nec sane mihi fit credibile Nasonem aurium adeo fastidium contemsisse, ut ista versuum initia continuare potuerit, *Nec loquor hæc* (seu *hoc*) *quia sit... Sed sim quam...Ut tamen hæc ita sint...*At illum si credimus dedisse, *ut tamen hoc sedeat,* sic inficetiarum absolvemus, et ortum glossematis *τοῦ ita sit* a rariore verbi *sedeat* usu agnoscemus. *Auctor Elector. Eton.* Barthius conjiciebat, *consuluitque bene;* quia frigidum credebat, postquam grande munus appellavit, postea dicere se boni consulere. *Burm.*

NOTÆ

dolorem suum deliuire.

93 *Grande*] Optime sane; namque ille omnia fecit qui pro virili sua nos adjuvit.

Digitized by Google

EPISTOLA IV.

UXORI.

ARGUMENTUM.

Ad uxorem scribens Poëta, canum se et languidum factum esse designat; hujusque rei causas duas esse colligit: senectutem scilicet, et dolorem, quo assidue conficitur. Deinde facta collatione Jasonis expeditionis, qui in ea loca pervenit, et sui exilii, docet suum malum majus fuisse illius opere et peregrinatione. Postremo optat ut possit in patriam redire, fruique dulcissimæ conjugis amplexu et colloquio, Cæsaribusque sacrificare.

Jam mihi deterior canis aspergitur ætas,
Jamque meos vultus ruga senilis arat:
Jam vigor, et quasso languent in corpore vires;
Nec, juveni lusus qui placuere, placent.
Nec, si me subito videas, agnoscere possis:
Ætatis facta est tanta ruina meæ.
Confiteor facere hæc annos: sed et altera causa est,
Anxietas animi, continuusque labor.
Nam mea per longos si quis mala digerat annos,
(Crede mihi,) Pylio Nestore major ero.

Ætas sequior jam mihi aspergitur crinibus albis, et ruga senilis jam sulcat meam faciem: jam vigor et vires languent in corpore exhausto; neque lusus, qui grati fuerunt juveni, grati sunt. Neque, si me ex improviso aspicias, possis agnoscere: tanta est facta ruina meæ ætatis. Agnosco tempora facere hæc: sed solicitudo mentis, et labor perpetuus est etiam alia causa. Nam si quis distribuat meas ærumnas per longos annos, crede mihi, ero senior Nestore Pylio. Vides, ut labor

3 Jun. *Nam vig.* Tum Serv. *et quassæ lang.*—4 Leid. *Nec juvenum lus.* Mox *placent* ex uno Thuan. recepit Heins. pro vulg. *juvant.*—5 Alii *vid. cognoscere poss.*—6 Heins. malebat *Ætati fact.*—8 Ursin. *continuusq. dolor.*—9 Mor. *per multos si.* Tum unus liber *computat*, et duo *duxerat ann.*—10 Ms.

NOTÆ

1 *Deterior*] Senilis, scilicet.
Aspergitur] Canescere incipit.
7 *Hæc*] Ut vix sim cognoscendus.
9 *Digerat*] Ita disponat, ut, pro communi hominum sorte, singulis annis suum laborem attribuat.

Digitized by Google

Cernis ut in duris (et quid bove firmius ?) arvis
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare novali,
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Occidet, ad Circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus, ibit equus.
Firma sit illa licet, solvetur in æquore navis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.
Me quoque debilitat series immensa malorum,
Ante meum tempus cogit et esse senem.
Otia corpus alunt; animus quoque pascitur illis:
Immodicus contra carpit utrumque labor.
Aspice, in has partes quod venerit Æsone natus,
Quam laudem a sera posteritate ferat.
At labor illius nostro leviorque minorque:
Si modo non verum nomina magna premunt.

terat dura corpora boum in rigidis agris: et quid fortius bove? Terra quæ nunquam consuevit quiescere vervacto inani, defessa veterascit frugibus perpetuis. Si quis equus accedet semper ad prælia Circi, cursibus non intermissis, occumbet. Navis quæ nunquam arida carebit aquis fluidis, quanquam sit solida et bene compacta aperietur in mari. Tractus etiam infinitus ærumnarum me frangit, et cogit esse senem ante meum tempus. Relaxatio fovet corpus; mens etiam reficitur illa. E contrario labor nimius absumit utrumque. Vide quam gloriam filius Æsonis reportet ab ultima posteritate, quod accesserit ad istas oras. At labor illius et levior et minor nostro, si saltem nomina præclara non obruunt veritatem. Ille venit in

---

Bersm. *fido* pro *Pylio*.—12 Quatuor libri *frang. onus;* sex et Excerpt. Voss. *humus*.—14 Heins. cum Twisden. et altero Thuan. mallet *Frugibus assid*.—17 In duobus V. *ipsa* pro *illa*. Heins. ad Amor. II. 6. 14. citat *Firma tenaxque licet*. Deinde V. *æq. puppis*.—19 *Malorum* Heins. dedit ex Sa. Arg. Scaligeri libris, et duobus aliis, pro vulg. *laborum*.—20 Ex vett. Ciofanus et Barthius legunt *senem;* alii *senex*.—23 *Quod* meliores, teste Heins. vulg. *quia:* R. *qui*.—24 Τὸ *a* Sa. Pol. aliique omittunt.—25 *Minorque est* omnes fere scripti: sed *leviorque minorque* fere idem notant; quare mallem, *breviorque minorque*, et tem-

NOTÆ

10 *Pylio*] Pylo enim Peloponnesi urbe Nestor oriundus fuit; qui ideo tertiam hominum ætatem dicitur vixisse, quod ad XCIX. annum pervenerit, triginta videlicet annis pro una computatis ætate. Quanquam pro libitu Poëtæ aliter.

13 *Novali*] Novale terra est proscissa quæ anno cessat, sine semine: vel quæ primum culta.

18 *Quæ nunquam*] Atque adeo semper aquæ et ventorum vim patitur.

Sicca] Quæ sicca sit si aquis careat.

21 *Pascitur*] Reficitur. Verissime dicit, modo ne nimio otio indulgeas.

23 *Has*] Ponticas, scil. cum in Colchos navigavit.

Digitized by Google

Ille est in Pontum, Pelia mittente, profectus,
  Qui vix Thessaliæ fine timendus erat.
Cæsaris ira mihi nocuit; quem Solis ab ortu
  Solis ad occasus utraque terra tremit.
Junctior Hæmonia est Ponto, quam Roma, sinistro:
  Et brevius, quam nos, ille peregit iter.
Ille habuit comites, primos telluris Achivæ:
  At nostram cuncti destituere fugam.
Nos fragili vastum ligno sulcavimus æquor:
  Quæ tulit Æsoniden, firma carina fuit.
Nec Tiphys mihi rector erat: nec Agenore natus
  Quas sequerer, docuit, quas fugeremque vias.

Pontum, Pelia mittente, qui vix erat metuendus intra fines Thessaliæ. Ira Cæsaris mihi obfuit, quem utraque terra ab ortu Solis ad occasum Solis reformidat et veneratur. Hæmonia est vicinior Ponto, quam Roma sit Istro: et ille emensus est viam breviorem quam nos. Ille habuit socios principes regionis Graiæ: et omnes deseruerunt nostrum exilium. Nos tranavimus vastum mare ligno fragili: navis quæ vexit Æsonidem fuit solida. Neque Tiphys erat mihi nauclerus: neque filius Agenoris indicavit vias quas tenerem, et quas vitarem. Regia Juno cum Pallade

pore brevior, et curis et molestiis minor. Ita supra *levis* et *brevis* commutari vidimus Eleg. II. 64. et III. Trist. 6. 27. et allbi. *Burm.*—28 V. unus *Thessalicæ;* alius *Thessalico;* unde Heins. *Thessalio.*—30 Alii *terr. timet.*—31 Distichon nescio an genuinæ notæ. *Heins.* Nescio cur movendum, si legatur, *Junctior Hæmonia est Ponto, quam Roma sinistro: junctior* pro vicinior, eleganter et Latine. Ita Eleg. de Nuce vs. 1. 'Nux ego juncta viæ.' Cicer. X. ad Att. 12. 'nam et juncti sunt et diligentes,' ut recte Grævius: v. Gronov. ad Liv. XXII. 20. et ad Stat. VI. 25. 'sinister' et 'lævus Pontus' passim in his et Tristium libris. *Burm.*—34 Vett. teste Heins. *destituere;* alii *deseruere.*—35 P. *cymba* pro *ligno.*—36 In nonnullis *sacra*, et in Voss. *tuta* pro *firma.* In Sa. vs. sic legitur: *Quæ solet Æsoni densa carina fuit;* in Arg. *Qua subit Æsonides Argo carina fuit.*—37 Pro *Agenore*, nonnulli legunt *Amyntore* vel *Apolline.*—38 Ms.

NOTÆ

Æsone natus] Jasonem dicit, de quo jam toties.

26 *Si modo*] Hoc est, si modo Virtus hominis humilioris non deprimitur dignitate potentioris; vel, quod prope est idem, si ex se ipsa, non ex hominum sorte, virtus æstimatur.

28 *Vix*] Neque enim vere rex fuit Pelias, cui tantum Æson moriens regnum ea lege crediderat ut filio suo Jasoni, cum adultus esset, restitueret.

30 *Utraque*] Orienti atque occidenti Soli subjecta.

31 *Junctior*] Non sine causa suspectum fuit clariss. Heinsio istud distichon: namque et levissimum videtur quod eo comprehendisset Poëta.

32 *Ille*] Jason.

33 *Primos*] Castorem puta et Pollucem, Herculem, plurimosque alios, quos apud Val. Flaccum, itemque Hyginum, reperias.

Digitized by Google

Illum tutata est cum Pallade regia Juno:
  Defendere meum numina nulla caput.
Illum furtivæ juvere Cupidinis artes;
  Quas a me vellem non didicisset Amor.
Ille domum rediit: nos his moriemur in arvis,
  Perstiterit læsi si gravis ira Dei.
Durius est igitur nostrum, fidissima conjux,
  Illo, quod subiit Æsone natus, onus.
Te quoque, quam juvenem discedens Urbe reliqui,
  Credibile est nostris insenuisse malis.
O ego, Di faciant, talem te cernere possim,
  Caraque mutatis oscula ferre genis;
Amplectique meis corpus non pingue lacertis;
  Et, Gracile hoc fecit, dicere, cura mei:

defendit illum: nulli Dii protexerunt meum caput. Secretæ fraudes Amoris illi affuerunt, quas optarem Amor non edoctus esset a me. Ille repetiit sedes suas: nos occidemus in his agris, si gravis ira Dei offensi permanserit. Jugum ergo nostrum, uxor fidelissima, est gravius illo quod filius Æsonis tulit. Verisimile est etiam, te, quam proficiscens ab Urbe reliqui adolescentem, consenuisse nostris ærumnis. O Dii præstent, ut ego possim te aspicere talem, et dare grata oscula genis mutatis; atque amplecti corpus gracile meis brachiis; et dicere, Anxietas de me reddidit

Bersm. R. Serv. et alii *Quas fugerem d. quas sequererq. v.*—39 P. *est casta cum Pallade* J.—41 Arg. et duo alii *C. arcus.*—42 *Amor* dedit Heins. ex Sa. Arg. et tribus aliis, quia passim Noster se appellat 'Amoris præceptorem:' vulg. *amans.*—43 Mor. *in oris.*—44 R. *si tamen ira D.*—46 *Onus* ex Ms. Fabricius dedit, quod melius quam vulg. *opus* censet.—49 Barth. Cod. *Ergo Di faciant.* Quidam *te talem.* Heins. censet scribendum *vel talem:* Burm. ita vs. refingit *O modo, D. f. talem te cernere possim!* licet jam anum factam et malis nostris senescentem.—50 *Paucaque* vel *Ruraque* Arg. *Coraque* Sarrav. Deinde *genis* ex uno Ha. et tribus V. placet Heins. præ vulg. *comis.*—57 Scripti *Prin-*

NOTÆ

37 *Tiphys*] Qui peritissimus fuit Argo navis gubernator.

Agenore natus] Phineum intelligit, qui Jasonem, quo pacto Cyaneas petras pertransiret, quamque viam teneret, edocuit.

40 *Nulla*] Ethnico more quanquam Rhetorice loquitur.

41 *Furtivæ*] Furtivo namque Medeæ amore, non Jason modo pericula maxima vitavit, quæ in Metam. vidimus, sed et ejusdem opera atque consilio vellus aureum reportavit.

42 *Vellem*] Quia ideo relegatus.

43 *Rediit*] Neque sine laude atque gloria maxima.

His] Geticis, scil. asperrimis.

44 *Dei*] Augusti.

49 *Talem te*] Venuste clariss. Heinsius *vel talem*, hoc est, quæ insenuerit mariti malis. Plus vero est senem quam nullam aspicere.

52 *Hoc*] Tuum, o conjux dilectissima.

Digitized by Google

Et narrare meos flenti flens ipse labores;
Sperato nunquam colloquioque frui:
Thuraque Cæsaribus cum conjuge Cæsare digna,
Dis veris, memori debita ferre manu!
Memnonis hanc utinam, lenito Principe, mater
Quam primum roseo provocet ore diem!

istud macilentum; et lacrymans ipse referre meos labores lacrymanti; et oblectari confabulatione nunquam sperata; et præbere thura debita manu grata Cæsaribus cum uxore digna Cæsare, Diis veris! Utinam mater Memnonis exciat quamprimum ore roseo hanc diem, Principe mollito!

---

cipe, teste Heins. plurimæ Edd. *Cæsare*.—58 Pro *provocet* duo vett. *provehat*: Heins. conj. *provehat axe diem*; ut in Amor. 'Flava pruinosum quæ vehit axe diem.'

NOTÆ

55 *Cæsaribus*] Augusto ejusque adoptivis liberis, Tiberio, scilicet, atque Germanico.

Conjuge] Livia.

57 *Mater*] Aurora est, quæ ex Tithono Memnonem peperit.

EPISTOLA V.

MAXIMO.

ARGUMENTUM.

Ad Maximum scribens Poëta, illum admonet, ne miretur si carmen minus elegans et incultum offenderit: siquidem tot malis et situ ingenium oppressum, non possit eo calore insurgere, quo prius. Deinde docet, cur, quamvis sibi carmina nocuerint, tamen adhuc scribat. Postremo consilium exponit cur non conetur facere optimum carmen, et illud polire.

Ille tuos quondam non ultimus inter amicos,
Ut sua verba legas, Maxime, Naso rogat.

Maxime, Naso ille non postremus olim inter tuos amicos orat ut legas sua verba.

NOTÆ

2 *Legas*] Neque aut Cæsaris ira aut Poëtæ exilium prohibeat.

Digitized by Google

In quibus ingenium desiste requirere nostrum,
  Nescius exilii ne videare mei.
Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus:
  Ut capiant vitium, ni moveantur, aquæ.
Et mihi, si quis erat, ducendi carminis usus
  Deficit; estque minor factus inerte situ.
Hæc quoque, quæ legitis, (si quid mihi, Maxime, credis,)
  Scribimus invita, vixque coacta, manu.
Non libet in tales animum contendere curas;
  Nec venit ad duros Musa vocata Getas.
Ut tamen ipse vides, luctor deducere versum;
  Sed non fit fato mollior ille meo.

In quibus omitte requirere ingenium nostrum, ne videaris ignarus fugæ meæ. Vides ut quies enervet segne corpus, ut lymphæ corrumpantur nisi agitentur. Si etium aliqua mihi fuit facilitas pangendi versus, perit, et facta est minor ignavo otio. Ista etiam quæ evolvitis, (si quam mihi habes fidem, Maxime,) exaramus manu repugnante, atque ægre impulsa. Non placet urgere ingenium ad hujusmodi studia, neque Musa invituta accedit ad Getas asperos. Sicuti tamen ipse cernis, conor pangere

2 Multi Codd. *scripta* pro *verba*.—3 Barth. legit *ingen. desistas quærere nostr.* et ita sex Codd. R. et P. *desiste inquirere*. Burm. conj. *desiste requirere priscum*.—6 Sa. *cap. vitio, ni*.—7 Vett. *Et;* vulg. *Sic*. Mox *ducendi* Burm. dedit ex optimis editis et scriptis; vulg. *dictandi;* et in quibusdam vett. *dicendi:* in aliis etiam *discenti*.—10 Libri manuscripti *vixque movente manu*. Fabric. Iidem libri, *vixque movente manu:* libentius sequor. *Ciofan. Vixque coacta* meliores omnes cum primis editionibus. Gottorphianus, *rogata:* unus Vossianus, *notata*. Puto, *Scr. inv. vix properata manu:* vel, *perarata*. Heins. Barthius etiam, *vixque movente* ex suis profert, quod et Francofurtensis exhibet; neque puto temere repudiandum; est enim positum pro, vix se movente. Vid. Gronov. II. Obs. 7. *Burm*.—11 *Divertere* Petri Servii codex. Fortè, *animo devertere:* de quo Met. VIII. [Not. Var.] nil tamen temere mutandum. *Heins. Animum nunc tendere* Barthianæ membranæ: in aliis, *animum dimittere*, (ut VIII. Met. 188. 'ignotas animum dimittit in artes') *componere, committere, prætendere, adducere*. Burm.—12 Alii *in duros:* quidam libri etiam Barthii *in nostros*.—13 P. *conor* pro *luctor*.—14 Ex melioribus *ille* rece-

NOTÆ

4 *Exilii*] Pro malis quæ ex eo oriuntur.

Ne videare] Quin potius ex ingenii languore exilii mei mala intelligas.

6 *Capiant vitium*] Putrescant, scilicet.

7 *Ducendi*] Componendi.

8 *Situ*] Pro desidia.

11 *Non libet*] Ceterum, ut jam sæpius admonuit, carmina non nisi ex ingenii alacritate proveniunt.

Tales] Quales versus scribendi poscunt.

12 *Nec venit*] Sese exulem innuit ad scribendos versus non posse animum instituere.

14 *Mollior*] Duros esse versus suos dicit, sicut et fortuna sua. Quod tamen haud ita est.

Digitized by Google

Cum relego, scripsisse pudet: quia plurima cerno,
Me quoque, qui feci, judice digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic quam scribere major,
Mensque pati durum sustinet ægra nihil.
Scilicet incipiam lima mordacius uti,
Et sub judicium singula verba vocem?
Torquet enim Fortuna parum, nisi Nilus in Hebrum
Confluat? et frondes Alpibus addat Athos?
Parcendum est animo miserabile vulnus habenti.
Subducant oneri colla perusta boves.
At, puto, fructus adest, justissima causa laborum:
Et sata cum multo fœnore reddit ager.

carmen: sed illud non fit lenius sorte mea. Me pudet exarasse, quando relego, quia video multa merita eradi, me etiam arbitro, qui scripsi. Neque interim corrigo: hic labor gravior quam scribere: et animus morbidus nihil potest sufferre difficile. Nimirum instituam uti asperius lima, et submittam omnes voces judicio? Namque fatum levius urget, nisi Nilus decurrat in Hebrum, et Athos adjiciat folia Alpibus? Ignoscendum est menti ferenti luctuosam plagam. Juvenci subtrahant jugo cervices læsas. At credo utilitas non deest, ratio optima laborum, et arvum rependit semina

pit Heins. pro vulg. *ipse*.—15 Ms. Bersm. *Cumque lego scripsi*.—16 Pro *feci* R. et tres alii *scripsi*.—17 R. *lab. est quam*, et Serv. *est quia*.—20 Vetustiores, teste Heins. *Et*; alii *Ut*.—21 *Nilus* Heins. recepit ex Pat. pro vulg. *Lycus*: Comb. pro var. lect. habet *Lixus*.—22 Fr. et Excerpt. Voss. *Defluat*; R. *Effluat*. Junianus *et montes*, quod verius puto: nam de frondibus in Atho non puto verisimile. Posset et legi, *cautes*, vel *moles*: ut ita *fronte* et *mole* video commutari Ep. II. 132. *Burm.*—24 *Subducant* ex Heins. emend. vulg. *Subducunt*.—25 Quidam *caus. laboris*; Heins. conj. *labori*.—27 Scribendum,

NOTÆ

16 *Lini*] Deleri.

19 *Scilicet*] Fortius negat quam si simpliciter se non posse dixisset.

21 *Parum*] Ironia est.

Nilus] Maximus est Ægypti fluvius; cui curas suas, vel minimas, pares facit; ut nihil opus sit aliunde illis majorem cumulum quærere.

Hebrum] Thraciæ est fluvius ex Rhodope monte defluens; per quem quas sibi creare nolit curas Poëta intelligit.

22 *Confluat*] Curis adeoque curas addam.

Athos] Mons Macedoniæ in mare excurrens, a Xerxe olim perfossus. Idem autem hac comparatione quod superiori innuit; nihil sibi opus esse videlicet curas curis stipare.

23 *Parcendum*] Ne denique impar sit oneri ferendo.

Vulnus] De exilio suo loquitur.

24 *Perusta*] Jugo, scilicet; quod atterendo urere videtur.

25 *Puto*] Per objectionem istud proponit, ut maxime contra evenire ostendat.

26 *Ager*] De libellis suis aut studio Poëtico loquitur, in quo frustra operam suam collocasse queritur.

Digitized by Google

Tempus ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullum
  Profuit (atque utinam non nocuisset!) opus.
Cur igitur scribam miraris? miror et ipse:
  Et mecum quæro sæpe, quid inde feram.
An populus vere sanos negat esse poëtas;
  Sumque fides hujus maxima vocis ego?
Qui, sterili toties cum sim deceptus ab arvo,
  Damnosa persto condere semen humo.
Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum;
  Tempus et assueta ponere in arte juvat.
Saucius ejurat pugnam gladiator, et idem
  Immemor antiqui vulneris arma capit.

cum fructu ubere. Quamvis omnia tempora revolvas, nullum opus huc usque nobis fuit utile, atque utinam non obfuisset! Miraris cur ergo exarem versus? Miror ego etiam, et frequenter apud me exquiro quid inde reportem. An plebs dicit cum ratione vates non esse sui compotes, atque ego sum testis certissimus hujus sententiæ? Qui cum sim toties delusus ab infertili agro, pergo obruere semen ingrata terra. Nimirum quisque addictus suis studiis, et gratum est absumere dies in arte usitata. Gladiator vulneratus devovet certamina, et idem oblitus veteris plagæ induit arma.

quicquid libri veteres dissentiunt, *Tempore ad hoc nobis (r. l. o.) nullo. Profuit (a. u. n. n.!) opus.* Heins. Nescio cur *nullum* mutandum sit: licet enim varia carmina scripserit, nullum tamen sibi ad hoc usque tempus profuisse dicit. Sic in II. Tristium recenset opera sua, in quibus etiam laudes Cæsaris cantatas dicit, sed nullum fructum inde cepit, immo contra in Arte scripta exitium sibi reperit. *Burm.*—30 Ex nonnullis vett. Heins. recepit *mecum...feram;* vulg. *tecum...petam.* Ms. Bersm. etiam *quod* pro *quid.*—33 Jun. *decept. in agro.*—37 Ex Pat. Fabricius reposuit *ejurat pugnam* pro vulg. *evitat pugnas.* Mox Heins. maluerat *at* pro *et.*—38 Mor. *arm. gerit.*—39 Unus Heins. *jurat* pro

NOTÆ

27 *Nullum profuit*] Sterilissimus vero est studiorum ager, nisi illis quisque contentus fuerit quæ propria manu emetit, aut in Mæcenatem inciderit quempiam; Nasoni autem favisse illum primum qui ceteris nomen fecit minus eo fit verisimile, quod ejus nuspiam, quod quidem recurrat, meminerit.

28 *Utinam*] Propter libros Amatorios istud dicit, quorum causa Naso pulsus voluit videri.

30 *Quid inde feram*] Quid inde capiam commodi.

31 *Vere negat*] Ut et ipse nulla ratione, sed vesania quadam, ad scribendum impellar.

32 *Hujus*] Quod nimirum non ratione sed furore quodam, Poëtæ versus scribant.

33 *Sterili arvo*] Studio, scil. poëtico, ex quo fructum nullum consecutus sum.

34 *Condere semen*] Carmen componere.

35 *Scilicet*] Aliam assignat causam quamobrem versus scribat.

Digitized by Google

Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis;
  Mox ducit remos, qua modo navit, aqua.
Sic ego constanter studium non utile carpo;
  Et repeto, nollem quas coluisse, Deas.
Quid potius faciam? non sum, qui segnia ducam
  Otia: mors nobis tempus habetur iners.
Nec juvat in lucem nimio marcescere vino:
  Nec tenet incertas alea blanda manus.
Cum dedimus somno, quas corpus postulat, horas,
  Quo ponam vigilans tempora longa modo?
Moris an oblitus patrii contendere discam
  Sarmaticos arcus; et trahar arte loci?
Hoc quoque me studium prohibent assumere vires;
  Mensque magis gracili corpore nostra valet.
Cum bene quæsieris, quid agam; magis utile nil est
  Artibus his, quæ nil utilitatis habent.

Naufragium passus ait nihil sibi fore cum fluctibus, et agitat remos in aqua per quam modo cucurrit. Ita ego me trado obstinate studio inutili; et reviso Deas quas nollem celebrasse. Quid agam potius? Non sum qui indulgeam ignavo otio: dies inutilis putatur a nobis esse *interitus. Neque placet languere tota nocte nimis immoderato mero; neque lenis alea mulcet manus dubias. Postquam indulsimus quieti tempus, quod corpus expetit, quomodo insumam experrectus vastum spatium temporis? Anne immemor consuetudinis patriæ experiar arcus Sarmaticos, et ducar arte loci? Vires insuper vetant me indulgere huic studio; et animus noster est firmior macilento corpore. Postquam multum pervestigaveris quid possim facere; nihil magis conducit hoc studio, quod nihil habet compendii. Obliviscor per*

---

dicit.—40 *Mox* ex Fr. placet Burm. præ vulg. *Et.*—41 *Carpo* sex libri; id est, reprehendo. *Heins.* Vulg. *servo;* unus *curo.*—44 F. *morsque mihi temp.*—47 P. et tres alii *somn. tempus quas postul.*—53 Heins. putat *ben. quæsierim,*

NOTÆ

42 *Deas*] Musas.

43 *Quid potius*] A necessitate novam captat scribendi rationem.

44 *Mors*] Utinam plurimis istud in mentem veniret, quod tam certum est atque utile.

45 *In lucem*] Adeoque tota nocte.

Marcescere] Non feritatem modo inducit nimium merum, et morbos plurimos; sed languidum insuper et inutile reddit corpus, mentemque hebetat.

46 *Incertas*] Omnino, siquidem incertæ aleæ sua bona credunt aleatores.

Blanda] Quia spe lucri facile ducuntur qui aleæ student.

49 *Moris*] Romanæ disciplinæ.

50 *Loci*] Tomorum, scil. aut Tomitanorum.

51 *Studium*] Quod in intendendo arcu positum.

Vires] Quæ tenues sunt.

54 *Nil utilitatis*] Namque ‘ Mœo-

Digitized by Google

Consequor ex illis casus oblivia nostri.
Hanc satis est messem si mea reddit humus.
Gloria vos acuat: vos, ut recitata probentur
Carmina, Pieriis invigilate choris.
Quod venit ex facili, satis est componere nobis:
Et nimis intenti causa laboris abest.
Cur ego solicita poliam mea carmina cura?
An verear, ne non approbet illa Getes?
Forsitan audacter faciam, sed glorior, Istrum
Ingenio nullum majus habere meo.
Hoc (ubi vivendum) satis est si consequor arvo,
Inter inhumanos esse poëta Getas.
Quo mihi diversum fama contendere in orbem?
Quem Fortuna dedit, Roma sit ille locus.

hoc nostram calamitatem, sufficit si meus ager præbet hanc messem. Gloria vos stimulet, excolite cœtus Musarum, ut versus recitati laudentur. Satis est nobis condere quod nullo labore datur; et ratio nimiæ operæ nulla est. Quamobrem ego elimem meos versus cura anxia? An metuam ne Getes non laudet illos? Forte temere dicam, verum glorior Danubium nullum habere ingenium præstantius meo. Abunde est si obtineo in hac terra, in qua degendum, esse vates inter Getas feros. Quorsum mihi eniti fama in orbem dissitum? Ille locus, quem sors obtulit, sit

---

quod agam.—56 Vulg. legebatur *Hac messem satis est, si modo reddat ager:* ex Bas. et Serv. Heins. reposuit *Hanc satis est messem:* et *si mea reddit humus* ex scriptis plerisque et priscis Edd. quidam etiam *reddat* et *reddet.*—58 P. et Jun. *modis* pro *choris.*—60 Leid. *Et minus int. causa lab. obest;* tres etiam *minus;* et Mor. cum sex aliis *obest.* V. *cura* pro *causa:* Sa. etiam *adest* pro *abest.*—61 Unus Voss. et Ha. *carm. lima.*—62 Plurimi *An vereor.*—63 Mor. *dicam* pro *faciam.* Tum P. *si glor.* et alius *quia:* Heins. suadet *si glorier.*—64 Alii *Ingenium null.*—65 In aliis *vivendum est...consequar:* Heins. locum emendat ex scriptis melioribus.—67 *Quo* Heins. dedit ex Sa. Scaligeri libris, Arg. et quatuor aliis pro vulg. *Quid.*—68 Membranæ Barth. *Cui F.* et unus

NOTÆ

nides nullas ipse reliquit opes.'

55 *Consequor*] Vera est una hæc ratio; siquidem 'Pluribus intentus minor est ad singula sensus.' Cetera neque desperavit Naso reditum sibi per ingenium parare.

Casus] Exilii.

56 *Humus*] Studium dicit Poëticum.

57 *Vos*] Poëtæ, scilicet, quibus sunt res secundæ.

58 *Pieriis*] Adeoque Musarum; quæ Pierum Thessaliæ montem, ubi a quibusdam natæ dicuntur, incoluerunt; deinde et Pierides secum certare ausas in picas deformaverunt.

59 *Ex facili*] Sine ullo labore.

60 *Causa*] Quia neque gloria, neque spe reditus in patriam, aut alio præmio ducebatur.

63 *Audacter*] Ingenium meum laudando.

67 *Quo*] Cui bono.

Diversum] Longe hinc positum.

Digitized by Google

Hoc mea contenta est infelix Musa theatro.
Sic merui; magni sic voluere Dei.
Nec reor hinc illuc nostris iter esse libellis,
Quo Boreas penna deficiente venit.
Dividimur cœlo; quæque est procul urbe Quirini,
Aspicit hirsutos cominus Ursa Getas.
Per tantum terræ, tot aquas, vix credere possim
Indicium studii transiluisse mei.
Finge legi, quodque est mirabile, finge placere:
Auctorem certe res juvet ista nihil.
Quo tibi, si calida positus laudere Syene;
Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua?

Roma. Misera mea Musa est expleta hoc theatro. Sum ita meritus; excelsi Dii ita jusserunt. Neque puto dari viam hinc istuc nostris libellis, quo Aquilo accedit alis defessis. Disjungimur cœlo; atque Ursa quæ est longe ab orbe Romuli videt cominus Getas hispidos. Ægre possim credere signum meæ curæ transgressum esse tantum terræ, et tot aquas. Pone evolvi, et quod est stupendum, pone arridere; profecto istud nihil prodest auctori. Quodnam tibi compendium, si proberis situs calida Syene, aut ubi aqua Indica circumfluit Taprobanen? Placet ulterius pro-

---

Qua. Heins. sic refingere velit *Quem F. dedit, R. sit ille, locum.*—69 R. *His... theatris.*—71 *Illuc* omnes fere scripti; editi plurimi *istuc.*—75 *Possim* Pol. et duo alii; vulg. *possum.*—76 Arg. et multi scripti *Judicium stud.* Mox alii *transiliisse mei.*—77 Ms. Bersm. *leg. quicquid mirab.* et sex *miserabile fing.* at P. et tres alii *posse placere.*—78 *Juvet* ex emend. Heins. vulg. *juvat.*—79 In vulgatis Edd. *Quid t. s. c. prosit l. S.* 'In Sarraviano *calida esprosit imidere sine;* mendosissime: Cod. Scaligeri *positus laudere:* scribe *Quo t. s. c. positus l. S.* vel, quod malim *positis.*' Heins.—80 *Cingit* ex conj. Heins. quam et

NOTÆ

Fama contendere] Famam atque laudem meam magnam facere, ut Romam perveniat.

68 *Quem Fortuna*] Adeoque mihi satis sit qualibuscumque versibus apud Scythas vatis famam reportare.

Sit] Habeatur Scythia mihi pro Roma.

70 *Dei*] Ad Augustum istud præsertim spectat.

71 *Hinc illuc*] E Scythia Romam.

72 *Boreas*] Utcumque ventus vehementissimus.

Penna] Pro viribus. Alati autem venti finguntur propter velocitatem.

73 *Cœlo*] Non enim sub eodem climate comprehenduntur Romani et Scythæ.

Urbe Quirini] Roma, quam Romulus, qui et Quirinus in cœlo dictus, ædificavit.

74 *Cominus*] Quia multo plus ad plagam Septemtrionalem spectant Getæ quam Romani.

Ursa] Sidus illud Septemtrionale jam sæpe vidimus.

75 *Vix*] Rhetorice istud dicitur: namque satis apparet ex iis quæ hactenus legimus, sæpius Poëtam Roma accepisse literas, quæ de eo missis suis libellis procul dubio mentionem facerent.

Digitized by Google

Altius ire libet? si te distantia longe
Pleiadum laudent signa, quid inde feras?
Sed neque pervenio scriptis mediocribus istuc;
Famaque cum domino fugit ab Urbe suo.
Vosque, quibus perii, tunc cum mea fama sepulta est,
Nunc quoque de nostra morte tacere reor.

gredi? Si sidera longe remota Pleiadum te extollant laudibus, quid inde consequaris? Verum neque pervenio istuc versibus communibus, et fama fugit ab Urbe cum domino suo. Atque opinor vos, quibus sum ablatus tunc, cum mea fama est extincta, nunc etiam silere de nostro interitu.

Mor. confirmat: multi vett. *pingit*; vulg. *tingit*.—82 Meliores, teste Heins. *feras*; vulg. *feres*.—83 Immo *mediocribus* cum vetustioribus maxima ex parte. *Heins.* Vulg. *melioribus*.

NOTÆ

78 *Ista*] Quod placeant libelli a me conscripti.

79 *Syene*] Urbs est Ægypti Æthiopiæ juncta, quæ ideo calida dicitur quod sub Tropico æstivo, seu Cancro, sita; adeoque prope sub zona torrida.

80 *Taprobanen*] Insula est magna Asiæ, in Oceano Indico, felici aromatum proventu nobilis, quæ hodie *Ceylan* dicitur.

Indica] Oceani Indici.

82 *Pleiadum*] De iis stellis, seu sidere, quod Latinis *Vergiliæ*, sæpius dictum in præcedentibus.

83 *Istuc*] Romam, scilicet.

85 *Vos*] De amicis suis loquitur.

Sepulta] Augusti judicio, qui Poëtam damnavit, atque exilio mulctavit.

86 *Morte*] Exilium Naso mortem esse duxit.

EPISTOLA VI.

GRÆCINO.

ARGUMENTUM.

Ad Græcinum scribens, dolet Poëta eum non affuisse eo tempore quo ab Augusto relegatus est: quem arbitratur magnum cepisse dolorem, cum primum rem omnem acceperit. Secundo eum rogat ut alloquio suo et literis saltem consoletur; nec scire cupiat quam ob causam exularit, ne recrudescant vulnera jam occlusa. Postmodum docet non prorsus sibi

Digitized by Google

ademtam esse spem reditus: fateturque simul, in Cæsaris clementia plurimum sperare: quem ut sibi reconcilietur, precatur. Demum dicit omnia impossibilia potius fieri posse quam credere se a Græcino fido et veteri amico posse destitui.

ECQUID ut audisti (nam te diversa tenebat
Terra) meos casus, cor tibi triste fuit?
Dissimules, metuasque licet, Græcine, fateri,
Si bene te novi, triste fuisse liquet.
Non cadit in mores feritas inamabilis istos;
Nec minus a studiis dissidet illa tuis.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.
Nec quisquam meliore fide complectitur illas,
Qua sinit officium, militiæque labor.
Certe ego, cum primum potui sentire quid essem,
(Nam fuit attonito mens mihi nulla diu,)

Nonne postquam accepisti meam calamitatem, nam remota terra te habebat, cor tuum mœrore affectum est? Quamvis tegas, Græcine, et nolis agnoscere, si satis mihi perspectus es, constat te mœstum fuisse. Sævitia invisa non venit in istos mores; neque illa minus discrepat a tuis studiis. Corda leniuntur, et feritas pellitur disciplinis liberalibus, quibus maximam das operam. Neque quisquam favet illis animo magis sincero, quantum officium, et labor militiæ concedit. Profecto postquam ego potui cognoscere primum quid essem, (nam nullus sensus fuit diu mihi

Julii Græcini meminit Seneca, et laudat eum lib. II. de Benef. c. 21. ubi vid. Lipsium. Scaliger legebat, *Ad Pomponium Græcinum.* Incertum an ex conjectura. *Heins.*—1 Unus Heins. *Numquid ut:* Mor. *Ecquid ubi.*—3 Ms. Bersm. *metuas licet, o Græc.*—4 Duo libri *nov. cor tibi triste fuit.*—6 Ita quidem Merula ac ceteri legunt, ut pronomen *ista* ad feritatem referatur. Sed quid si legas, *Nec mens a studiis dissidet ista tuis?* ut sit sensus: Nec mens ista tua alia est, quam sunt studia tua; hoc est, humana ac liberalis; ut sequens distichon sit velut *αἰτιολογία* quædam ad præcedentia: videlicet, quod artibus ingenuis mollescant pectora, et fugiat omnis asperitas, &c. Sed tamen et prior lectio recte habet, si adverbia *Nec minus* pro connectendi particula accipiantur: et pro *ista, illa,* ut etiam Aldina editio habet, reponatur. *Myçill. Nec minus a studiis dissidet ista tuis* scripti constanter: censeo nihilominus reponendum, *Nec mens a studiis dissidet illa suis.* Sequentia confirmant hanc conjecturam, quam et postea in codice Twisdeniano probæ notæ pro diversa lectione inveni notatam. *Heins.*—7 Unus Heins. *tib. copia magna est.* —10 Pro *Qua* alii legunt *Quam* vel *Cum.* Barthii omnes membranæ *Cum s.*

NOTÆ

1 *Diversa*] Romæ non erat Græcinus, cum Urbe pulsus Naso.

5 *Istos*] Græcini liberales, atque amabiles.

9 *Meliore fide*] Constantius, et ex sincero amore.

11 *Sentire*] Attonitum fuisse, quasi fulmine afflatus esset, quo tempore

Digitized by Google

Hoc quoque Fortunæ sensi, quod amicus abesses:
Qui mihi præsidium grande futurus eras.
Tecum tunc aberant ægræ solatia mentis,
Magnaque pars animæ consiliique mei.
At nunc, quod superest, fer opem, precor, eminus unam:
Alloquioque juva pectora nostra tuo.
Quæ (non mendaci si quicquam credis amico)
Stulta magis dici, quam scelerata, decet.
Nec leve, nec tutum, peccati quæ sit origo,
Scribere: tractari vulnera nostra timent.
Qualicumque modo mihi sint ea facta, rogare
Desine: non agites, si qua coire velis.
Quicquid id est, ut non facinus, sic culpa, vocandum.
Omnis an in magnos culpa Deos, scelus est?

stupido,) adverti hoc etiam esse *fati, quod amicus longe esses, qui mihi fuisses magnum præsidium. Tunc solatia animi dejecti longe erant, et bona pars mentis et consilii mei. At nunc, quæso, quod restat, auxilium unum præbe e longinquo, et fove cor nostrum tuis sermonibus. Quod, si quam fidem habes amico veraci, debet potius vocari imprudens quam nefarium. Neque parvum, neque cautum scribere quisnam sit fons culpæ: nostra vulnera metuunt tangi. Omitte exquirere quocumque modo ea sint mihi inflicta: si cupias aliqua conglutinari, ne moveas. Quicquid illud est, ut non dicendum flagitium, sic* dicendum *peccatum: an omne peccatum in excelsos*

---

officii.—11 Arg. et V. *quam primum.*—13 *Hoc...Fortunæ* ex Heins. emend. nam in Barb. *Hoc...Fortuna;* in Sa. Arg. Twisden. et octo aliis *Hoc...Fortunam:* vulg. *Hanc...Fortunam.*—16 *Animæ* ex uno V. alii *animi.* Tum duo libri *consiliumque:* Burm. conj. *confugiumque.*—17 Heins. malebat *emin. unum.*—21 Alii *Nec breve, nec.*—22 Unus Cod. *palpari* pro *tractari.*—25 R. et Excerpt. Voss. *sed* pro *sic:* in vulgatis etiam *culp. vocanda est;* sed Heins. *vocandum est* cum altero Thuan. præfert.—26 Heins. mallet *ad magnos:* vel, quod magis arridet, *ad magnos culpa scelesta Deos.* 'Ego nihil mutem: nam culpa in homines non est semper scelus, sed in Deos culpa etiam pro scelere habetur, et Dii iniqui et crudeles nullam inter culpam et scelus differentiam esse pa-

NOTÆ

exilio mulctatus est, indicat Poëta.

13 *Fortunæ*] Adversæ, scil.

14 *Futurus*] Siquidem affuisses.

17 *Eminus*] Per epistolas.

20 *Stulta*] Improvida, minus cauta.

21 *Tutum*] Propter offensum Augustum.

22 *Timent*] Istud dicit, periculosum esse de culpa sua verba facere, ne admonitu Cæsaris ira recrudesceret, ex qua calamitas sua augeretur.

24 *Non agites*] Optimum consilium, illis præsertim qui cum potentioribus res habent difficiles.

Qua] Vulnera, scilicet.

25 *Id est*] Quamobrem sum exilio mulctatus.

26 *Omnis an*] Summa arte et scelus a se amolitur, et Augusto adblanditur.

Digitized by Google

Spes igitur menti pœnæ, Græcine, levandæ
Non est ex toto nulla relicta meæ.
Hæc Dea, cum fugerent sceleratas numina terras,
In Dis invisa sola remansit humo.
Hæc facit, ut vivat vinctus quoque compede fossor;
Liberaque a ferro crura futura putet.
Hæc facit, ut, videat cum terras undique nullas,
Naufragus in mediis brachia jactet aquis.
Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit;
Nec spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem:
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc Dea quam multos laqueo sua colla ligantes
Non est proposita passa perire nece!
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arcuit, injecta continuitque manu.

Deos est flagitium? Non ergo nulla est penitus spes concessa animo meo supplicii minuendi, Græcine. Illa Dea sola restitit in terra odiosa Diis cum illi discederent a terris scelestis. Illa præstat, ut fossor etiam constrictus compedibus vivat; atque credat tibias fore immunes ferri. Illa facit, ut naufragium passus agitet lacertos in mediis aquis, quanquam nullas aspiciat terras undique. Sæpe prudens cura medicorum destituit aliquem; neque spes hunc deficit vena silente. Conjecti in carcerem dicuntur sperare salutem, atque aliquis cruci affixus vota concipit. Illa Dea non sivit plurimos prementes sua colla laqueo interire morte constituta. Prohibuit me etiam nitentem finem imponere ærumnæ ferro, et repressit manu injecta. Quidque

---

tiuntur. Barthius reperit in uno vetusto exemplari, *Omnia at in magnos sunt scelus ausa Deos:* quod ille sustineret defendere, si unus alterve codex accederet. *Omnis enim in* unus Heinsii: *Omnis at* editi nonnulli.' *Burm.*—27 Sa. *igit. mentis pœn.* et Arg. *pœnam...levandam.*—30 Arg. *Ex D.* Voss. et decem alii *Jam;* Jun. et novem alii *Et.*—33 Unus lib. *undiq. clausas.*—35 Alii *cur. relinquit.*—39 Duo libri *mult. laqueis sua.*—40 R. et tres alii *est præposita;* et P. *opposita.*—41 Diversi Codd. *fin. dolores, labores, laborem.*—42 Alii *Arguit*

NOTÆ

29 *Hæc*] Spes, scilicet.

Cum fugerent] Propter hominum scelera, finito sæculo aureo. Deos autem terris excessisse testatur etiam Maro Ge. II.

30 *Remansit*] Illud ideo fictum, quod neminem unquam spes sua destituat.

31 *Fossor*] Servus qui in ergastulis colendi agri causa retinetur.

32 *Ferro*] Compedibus.

34 *Jactet*] Spe enatandi, aut quoquo modo evadendi, natant, qui in alto etiam naufragium passi sunt.

36 *Vena*] Quando non amplius micat aut salit arteria, viribus collapsis: quod quidem inter mortis signa recenset Plinius.

40 *Proposita*] Genere mortis destinato, ut laqueo vitam finirent.

Digitized by Google

Quidque facis? lacrymis opus est, non sanguine, dixit:
  Sæpe per has flecti Principis ira solet.
Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
  Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Qui ne difficilis mihi sit, Græcine, precare:
  Confer et in votum tu quoque verba meum.
Inque Tomitana jaceam tumulatus arena,
  Si te non nobis ista vovere liquet.
Nam prius incipiant turres vitare columbæ,
  Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas;

agis? inquit: opus est fletibus, non cruore. Sæpe indignatio Imperatoris solet molliri per illos. Tametsi ergo est indebita nostris meritis, tamen est magna spes in bonitate Dei. Qui ne sis mihi durus, orato, Græcine; et tu etiam confer to voces in desiderium meum. Namque jaceam sepultus in pulvere Tomitano, nisi constet te exoptare nobis ista. Nam columbæ ante incipient fugere turres, feræ spe-

inj. Nonnulli etiam *injectam...manum*, vel *injectas...manus*.—43 Ms. Bersm. *Quid facis; hinc lacr.* et Mor. cum pr. Ed. *hic lacr.* unus lib. *en;* P. *o;* R. *et.* —44 Thuan. *flect. numinis ir.*—47 Mss. Bersm. *Quem ne;* et alter Thuan. *Quæ*, ut ad bonitatem referatur. Mox Feschianus *G. labora;* quod Heins. placet.—48 Mor. *quoq. vota meum.* Heins. putat *tu tua verba*, vel *vota.*— 49 Locum hunc Mycillus asterisco notavit, quod suspicione mendæ non careat. ' Nulla vero difficultas in his verbis: jurisjurandi enim et devotionis est formula: Mori hic et tumulari voveo, si non credam, te mihi reditum vovere. Malim tamen *Jamque Tomitana*, ut statim sibi mortem præsentem imprecetur.' *Burm.*—50 Mor. sex alii et Bersm. *ist. movere liq.*—51 Ex duo-

NOTÆ

Passa] Quia ad lætiora converti posse omnia spes morituro suasit.

42 *Arcuit*] Fortissimis quibusque Ethnicorum solenne fuit in morte perfugium adversus omnes ærumnas suas quærere; maxime vero per eam sese ab infensis tyrannis vindicare. Neque unquam aliter, nisi Deo jubente, quisquam sentiat, cui aliquis sensus virtutis, aut sanæ mentis mica reliqua fuerit. Quasi vero alienæ superbiæ atque crudelitati quasi victimam aut ludibrium sese ultro reservaverit, cui in fata sua licuerit? Pudendum itaque fuit, inter viros præsertim, qui viros esse gloriarentur, in deploratis, mulierum more, conqueri. Istud dedecus ut effugiat Naso, a Spe, miti quidem sed potentissima Dea, prohibitum se, ne gladio finiret dolorem, ingeniosissime testatur.

Continuit] Ut hinc, et proxime præcedentis vi vocis, intelligas, sæpius sibi violentas manus Nasonem intentare cupivisse, nisi Spes obstitisset.

43 *Lacrymis*] Aptissima Spei oratio, et Nasonis lepidum commentum. Namque stultissime ille sanguinem suum profuderit, qui lacrymis aliquid parare potuerit.

46 *Dei*] Augusti: quem quidem iniquissimo animo toties, qui nunquam debuit, sanctissimo nomine appellatum video.

49 *Inque*] Vitium est proculdubio hoc in loco. Quare pro *inque, namque* in Interpretatione reposui.

Digitized by Google

Quam male se præstet veteri Græcinus amico.
Non ita sunt fatis omnia versa meis.

luncas, bruta herbas, mergus aquas, quam Græcinus male se præbeat antiquo amico. Omnia non sunt ita mutata mea sorte.

bus vett. Heins. reposuit *incipiant* pro vulg. *incipient*.—54 Ed. pr. *mersa* pro *versa*.

NOTÆ

50 *Ista*] Ne Augustus sit mihi difficilis, atque in patriam concedatur reditus.

EPISTOLA VII.

MESSALLINO.

ARGUMENTUM.

E Ponto ad Messallinum hanc scripsit Epistolam Ovidius, docetque simul ejus patris fratrisque amorem. Loquitur deinde de pœna, qua eum affecit Augustus; cujus causa se ab eo minime rejiciendum esse colligit. Ostendit postremo, se officiosum semper fuisse in ejus domum.

Litera pro verbis tibi, Messalline, salutem,
Quam legis, a sævis attulit usque Getis.
Indicat auctorem locus? an, nisi nomine lecto,
Hæc me Nasonem scribere verba latet?

Messalline, epistola quam legis attulit tibi pro verbis salutem usque a feris Getis. Locus proditne auctorem? an nescis, nisi nomine lecto, me Nasonem exarare has?

4 Heins. mallet *Hæc tibi N.* Mox tres libri *verb. liquet*, et duo *licet*.—5 Non-

NOTÆ

1 *Pro verbis*] Quibus præsens Romæ olim te salute impertiebar.

3 *Locus*] Quia nullus alius inter Getas qui ad Messallinum scriberet.

Digitized by Google

Ecquis in extremo positus jacet orbe tuorum,
  Me tamen excepto, qui precor esse tuus?
Di procul a cunctis, qui te venerantur amantque,
  Hujus notitiam gentis abesse velint.
Nos satis est inter glaciem Scythicasque sagittas
  Vivere: si vita est mortis habenda genus.
Nos premat aut bello tellus, aut frigore cœlum:
  Truxque Getes armis, grandine pulset hyems:
Nos habeat regio, nec pomo fœta, nec uvis;
  Et cujus nullum cesset ab hoste latus.
Cetera sit sospes cultorum turba tuorum;
  In quibus, ut populo, pars ego parva fui.
Me miserum, si tu verbis offenderis istis:
  Nosque negas ulla parte fuisse tuos!

literas? - Ecquis tuorum desertus prostratus est in ultimo orbe, me tamen demto, qui oro esse tuus? Dii velint cognitionem hujus nationis longe esse ab omnibus qui te colunt et diligunt. Satis est nos vitam ducere inter glaciem et spicula Scythica; si genus mortis est credendum esse *vita. Nos aut terra urgeat bello, aut aër gelu, et ferus Getes armis, hyems feriat grandine; plaga neque pomis gravida, neque racemis, et cujus nullum latus quiescat ab hoste nos teneat: reliqua cohors clientium tuorum, inter quos, tanquam in turba, ego fui pars exigua, sit incolumis. Me infelicem, si tu læderis his vocibus; et inficiaris nos fuisse tuos ullo modo! Et quamvis*

nulli *Et quis:* P. Dan. *En quis.*—7 *Precor* Burm. dedit ex P. Dan. et Voss. pro vulg. *procul.*—8 Sa. Arg. Comb. et Mor. *gent. habere vel.*—9 Ms. Bersm. et Arg. *Non satis:* et hic pro var. lect. exhibet *Cui satis.*—10 Jun. *Viv. sed vit. est mort.* Leid. *sed vit. mort.* Tum octo libri *mort. habere gen.*—12 *Pulset* ex decem scriptis placet Burm. præ vulg. *pugnet.*—13 *Pomo* Heins. recepit ex Sa. Arg. pr. Med. Feschiano multisque aliis pro vulg. *pomis.* Ed. pr. *pomis apta.* Burm. conj. *pomo læta.*—14 Meliores, teste Heins. *cesset;* alii *cessat.*—15 Mor. et alius *sosp. sociorum turb.*—16 Jun. *In quorum popul.* Mox Excerpt.

NOTÆ

præter Ovidium.

8 *Hujus*] Scythicæ, et maxime barbaræ.

9 *Nos satis est*] Ne insuper alii tui amici, Messalline, in hanc incidant calamitatem, qua ego protritus sum.

10 *Mortis genus*] De exilio loquitur quod inter feros homines sit tolerandum.

11 *Nos premat*] Sibi soli male precari videtur Naso, ut ceteros Messallini amicos ab omni malo liberet: eademque opera, quasi aliud agendo, quæ sua sint incommoda, cum verecunde tum maxime ingeniose, declarat.

Bello] Hoc dicit quia inter Scythas præda et bello assuetos vivebat.

16 *Populo*] Hinc ergo apud potentiores valuisse hunc Messallinum patet; oratioque est Nasonis honestissima.

17 *Istis*] Cum me tuum dixi.

18 *Negas*] Metuendum Nasoni is-

Digitized by Google

Idque sit ut verum, mentito ignoscere debes.
Nil demit laudi gloria nostra tuæ.
Quis se Cæsaribus notis non fingit amicum?
Da veniam fasso; tu mihi Cæsar eris.
Nec tamen irrumpo, quo non licet ire: satisque est,
Atria si nobis non patuisse negas.
Utque tibi fuerit mecum nihil amplius; uno
Nempe salutaris, quam prius, ore minus.
Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos,
Hortator studii, causaque, faxque mei.
Cui nos et lacrymas, supremum in funere munus,
Et dedimus medio scripta canenda foro.

illud sit verum, debes parcere mihi *mentito: nostra gloria nihil detrahit tuæ famæ. Quis cognitus Cæsaribus non profitetur se amicum? Ignosce confitenti; tu eris mihi Cæsar. Neque tamen irruo quo non conceditur ingredi: atque sufficit, si non negas atria nobis patuisse. Et quamvis nihil fuerit tibi mecum amplius; nimirum salutaris uno ore minus quam antea. Neque tuus pater, instigator, causa, et lumen studii mei, cui nos præbuimus fletus, donum ultimum in funere, et versus cantandos*

Voss. *magna* pro *parva*.—18 P. Dan. et Mor. *Meque...tuum*.—19 Plerique vett. *Idq. sit ut ver.* quidam *Utque sit hoc* vel *id ver.* Heins. malebat *Sed sit ut id ver.*—21 Vulg. legebatur *C. notum non.* '*Notus* scripti. Distichon etiam hoc est ex dubiæ fidei pluribus unum.' *Heins.* Non multum placet hoc distichon; sensus tamen melior erit, si cum Vaticano, Vossiano, et Fragm. Boxhor. legas, *notis:* ut sit ordo, quis non fingit se amicum Cæsaribus apud notos suos et amicos? *Burm.*—22 Plurimi scripti *C. eras.*—23 Multi omittunt τὸ *est.*—25 Unus Heins. *Utq. mihi fuerit tecum nih.*—28 Unus lib. *Laudator stud.* Deinde Heins. malit *causaq. duxque mei;* nam in Comb. erat *fixa.*—30 Forsan legendum, *medio scripta canenda rogo,* vel, *toro;* hoc est feretro: non *foro;* de epicedio enim agit. *Heins.* De laudatione funebri capit Merula; sed an illa carminibus peragi soleret nescio: quare hic cum Francof. et duobus aliis

NOTÆ

tud fuit; siquidem omnes in Augusti offensionem incurrere timebant.

19 *Id*] Quod me negas tuum esse.

Mentito] Mihi, qui tuum esse scripsi. Hoc dicit autem ne amicum lædat, cui maxima fuit cautio Augustum non lædere.

20 *Gloria*] Qua tuum fuisse profiteor.

21 *Quis*] Utcumque suspectum habuerit istud distichon clar. Heinsius, ingeniosum tamen esse nullus credo non confitebitur.

24 *Atria*] Quæ cum multis aliis, salutandi gratia, frequentavi.

25 *Utque*] Nihil isto potuit fingi ingeniosius, quo se Messallinus ab Augusti offensione, si qua forte ob Nasonis esset amicitiam, posset liberare.

28 *Fax*] Quia eo instigatore, aut etiam duce, studio Poëtico sese Naso addixerit.

30 *Scripta*] Versus in Messallini honorem; ex more apud Romanos aliosque etiam vetustissimo, quibus solenne defunctos laudare.

Digitized by Google

Adde quod est frater tanto tibi junctus amore,
  Quantus in Atridis Tyndaridisque fuit.
Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est:
  Si tamen hæc illi non nocitura putas.
Si minus, hac quoque me mendacem parte fatebor.
  Clausa mihi potius tota sit ista domus.
Sed neque claudenda est; et nulla potentia vires
  Præstandi, ne quid peccet amicus, habet.
Et tamen ut cuperem, culpam quoque posse negari;
  Sic facinus nemo nescit abesse mihi.

in medio foro, negavit nos esse amicos. Adde quod est tibi frater vinctus tanto amore, quantus fuit in Atridis, et Tyndaridis. Ille neque sprevit me sodalem, neque amicum, si tamen credis ista non obfutura illi. Sin aliter, agnoscam me fuisse quoque falsum hac parte. Hæc tota domus sit potius mihi obserata. Sed neque est obseranda, neque ulla potentia habet vires efficiendi ne amicus in quod peccatum incidat. Et tamen sicuti optarem peccatum quoque posse negari; ita nemo ignorat

legi posset, *scripta legenda foro*, ut Ovidius composuerit laudationem funebrem, quam ex cognatis aliquis recitaverat: ut moris fuisse patet ex Cicer. II. de Orat. 83. III. ad Quint. Fr. 8. XIII. ad Attic. 37. Sueton. Cæs. 55. et aliis. Reliqua, quæ concinnata ex Eleg. II. 134. *medio rogo* vel *toro*, non possum probare: nam quid est, 'medius rogus?' 'medius torus' in Amoribus sæpe occurrit; sed alio longe sensu, et accommodatiori, de toro, in quo amantes concumbunt, quam de funebri, in quo cadaver jacet: si *canenda* retineas, possis interpretari de carmine funebri, quod a præficis canebatur in pompa, cum in forum venisset, quamvis de hoc ritu non tam clare constet. An de Taberna libraria in foro, ubi pendebant carmina venalia, capiendum? vix puto. Aquam mihi hic hærere fateor. *Burm.*—31 *Tibi* Heins. scribit cum Sa. Comb. Twisden. et V. primæ notæ pro vulg. *mihi*.—33 Heins. mallet *et* pro *est;* et sequenti disticho *Qui me nec com.*—35 Gryph. *Sin min.*—36 Alii *illa* pro *ista*.—37 P. *nam* pro *et*.—38 Mor. et Jun. *ne quis pecc.*—39 Fr. *mihi* pro *quoque:* multi etiam Codd. *posse negare*.—42 Ex scrip-

NOTÆ

31 *Frater*] Qui quidem mihi est arctissima amicitia conjunctus: quare neque te amicitiæ meæ pudere debet.

32 *Atridis*] Agamemnone et Menelao, Atrei filiis.

Tyndaridis] Castore et Polluce; quorum Tyndarus pater dictus, quamvis alterius Jupiter fuit, si fabulis fides.

34 *Si tamen*] Hinc, ni fallor, apparet satis ita primo fuisse scriptas has epistolas, ut si quod fuisset periculum, ne ex illis Nasonis amicis minus Augustus faveret, facile possent supprimi.

Hæc] Quæ de ejus in me amore dico.

36 *Ista*] Messallinorum.

37 *Nulla potentia*] Hæc est Nasonis ratiocinatio: Mihi non est claudenda tua domus, Messalline; quia ob meam amicitiam, si tibi irasci velit Augustus, ipse sibi injurius videatur. Nihil enim commeruisti aut peccasti; qui non potuisti impedire ne qua scriberem minus illi grata, aut te mihi amicum vere aut falso prædicarem.

39 *Culpam*] Errorem dicit, propter

Digitized by Google

Quod nisi delicti pars excusabilis esset;
Parva relegari pœna futura fuit.
Ipse sed hoc vidit, qui pervidet omnia, Cæsar;
Stultitiam dici crimina posse mea.
Quaque ego permisi, quaque est res passa, pepercit:
Usus et est modice fulminis igne sui.
Nec vitam, nec opes, nec ademit posse reverti:
Si sua per vestras victa sit ira preces.
At graviter cecidi. Quid enim mirabile, si quis
A Jove percussus non leve vulnus habet?
Ipse suas ut jam vires inhiberet Achilles,
Missa graves ictus Pelias hasta tulit.
Judicium nobis igitur cum vindicis adsit,
Non est cur tua me janua nosse neget.
Culta quidem (fateor) citra, quam debuit, illa:
Sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis.

flagitium nullum in me esse. Quod nisi pars peccati esset excusabilis, supplicium fuit futurum leve relegari. Sed ipse Cæsar, qui perspicit omnia, hoc intellexit, mea delicta posse appellari incogitantiam. Et quatenus ego sivi, et quatenus res tulit, ignovit: et est usus parce flamma fulminis sui. Neque sustulit vitam, neque facultates, neque posse redire, si sua ira sit superata per vestras preces. At graviter cecidi: quid enim mirum, si quis ictus a Jove fert altam plagam? Quamquam ipse Achilles retineret etiam suas vires, hasta Pelias impegit magnas plagas. Cum ergo sententia judicis nobis faveat, non est causa quamobrem ostium tuum diffiteatur me nosse. Illa quidem frequentata (agnosco) minus quam par fuit; sed credo hoc fuit

---

tis *relegari* reposuit Heins. vulg. *relegati.*—43 Alii *qui prævidet;* et P. *provident.*—44 Sa. Arg. et tres alii *poss. meam.*—46 Multi vett. *modico* pro *modice.*—48 Duo libri *per nostras vict.*—50 Heins. malebat *Ab jov.*—51 *Ut jam* ex Heins. emend.: Sa. et multi vett. *etiam;* at vulg. *quamvis.*—52 Jun. *Ipsa gr. i. P. h. dedit:* alii etiam *dabat* vel *dabit.*—56 Plurimi *quoq.*

NOTÆ

quem sese agnoscit exilio mulctatum.

42 *Parva*] Scopus est Poëtæ ostendere, eam non fuisse relegandi causam, ut ideo ita alienatus fuerit, ne amicis secum rem habere per Augustum licuerit.

45 *Permisi*] Hoc maxime intendit, sibi non ita esse infensum Cæsarem, sed quasi coactum, et Poëtæ delicto impulsum, ipsum relegasse: ne scilicet contagium ex clade sua amici reformidarent.

49 *Graviter*] Natum istud ex eo quod dixit Poëta, sibi Augustum pepercisse; quod minus cum gravissimis suis querimoniis stare videbatur.

Quid enim] Jam objectioni respondet, atque acutissime, neque sine maxima Augusti adulatione.

52 *Pelias*] Achillis hasta fraxinea.

53 *Vindicis*] Augusti, qui Nasonem exilio, non morte mulctavit.

Digitized by Google

Nec tamen officium sensit magis altera nostrum.
Hic, illic, vestro sub Lare semper eram.
Quæque tua est pietas; ut te non excolat ipsum,
Jus aliquod tecum fratris amicus habet.
Quid, quod, ut emeritis referenda est gratia semper,
Sic est fortunæ promeruisse tuæ?
Quod si permittis nobis suadere, quid optes:
Ut des, quam reddas, plura, precare Deos.
Idque facis, quantumque licet meminisse, solebas
Officii causam pluribus esse dati.

etiam in sorte mea. Neque tamen alia sensit magis nostram reverentiam: hic illic eram semper sub vestra tutela. Et ut se habet tua pietas; quamvis amicus fratris non amplectatur te ipsum, habet tecum jus aliquod. Quid, quod, sicuti gratia est semper reddenda pro meritis, ita est fortunæ tuæ conciliasse? Quod si nobis concedis consulere, quid voveas; orato Deos ut plura præbeas, quam referas. Atque id facis, et quantum possum recordari, consueveras esse auctor multis beneficii præ-

crede, meis.—57. 58 In priore vs. vulg. legebatur *sens. domus alt.* 'Hæc mendosissima sunt. Priori versu bene Puteaneus et Thuaneus alter, *sensit magis altera:* nisi mavis, *Nec tantum officii sensit domus altera nostri.* Quatuor veteres, *nostro sub Lare.* Unus Mediceus et prim. editio, *Illic hic:* alii non pauci, *Huc illuc*, vel, *Hinc illinc.* Scribebam aliquando, *Illic, ceu nostro sub Lare, semper eram;* vel, *multus eram:* nam libri quinque ex scriptis, *tutus eram.* Nihil opus tamen mutatione: *Hic illic,* sive in tua, sive in fratris tui domo. Nam de fratre Græcini ante egerat.' *Heins.* Burm. ex vestigiis scriptorum suam lectionem refinxit.—62 Forte *præmeruisse;* id est, prævenire et occupare beneficiis. *Burm.*—63 Vulg. *suad. quod optas. Optes* multi veterum. Lege *quid optes* cum Sarrav. Argent. prim. Medic. et tribus aliis.' *Heins.*—65 Alii legunt, *Officii causa pluribus esse dati;* ut sit sensus et ordo verborum: Idque facis, (scilicet, ut plura des beneficia, quam accipias,) et, quantum meminisse licet, solebas pluribus esse causa officii dati: hoc est, de pluribus bene mereri. *Mycill. Causam* Argent. et alii quinque. Pro *dati* Combianus, *data.* Sarravianus, *dari.* Latet ulcus; aut versus est spurius. *Heins.* Melius legeretur, *solebat Officii merces pluribus esse dati:* sed dubito, an *datum officium* recte dicatur. Quare posset, *rati,* id est, a te probati: vel, *volebas Officii causam pluribus esse datam.* Si *data* ex Combiano placet, legendum, *volebas Officii causam pluribus esse data:* id est, Dona, quæ conferebas

NOTÆ

55 *Citra*] Minus.

58 *Hic, illic*] Atque adeo ubique. Sese semper præsidium in Messallinorum amicitia habuisse testatur. Operosior autem videtur hæc Epistola, neque temere aliquid intervenisse suspiceris, quod callide atque latenter quasi excusare nitatur Naso.

61 *Emeritis*] Ii sunt qui suis erga amicos sunt functi officiis.

62 *Fortunæ*] Est namque potentioris, prior ut beneficiis suis minorem suum faciat.

64 *Ut des*] Plus vero est atque jucundius Dare quam Accipere, docente id ipso Supremo mundi Doctore.

66 *Officii*] Quid sibi velit Naso

Digitized by Google

Quo libet in numero me, Messalline, repone:
Sim modo pars vestræ non aliena domus.
Et mala Nasonem (quoniam meruisse videtur)
Si non ferre doles, at meruisse dole. 70

stiti. Messalline, habeto me in quolibet ordine, dum sim pars aliqua vestræ domus. Et si non fers ægre Nasonem pati ærumnas, quandoquidem videtur dignum esse, at ægre feras eum *meritum esse.*

in multos, causam esse volebas, cur te colerent; ut ita liberalitatem ejus celebret. ' Data' pro donis passim apud Poëtas, ut Prop. III. 13. 9. ' Heu nullis capta Lycinna datis.' Noster Met. VI. 462. ' ingentibus illam Solicitare datis.' Sæpe ' data munera' etiam dicunt. *Officiis causa pluribus esse dati* Bersmanni Editio. *Burm.*—69 Pr. Ed. *quæ non* pro *quoniam.*

NOTÆ

satis apparet: Messallinum nempe plurimis consuluisse et dedisse potius quam accepisse. Quid autem ejus verba sonent Latine vix quisquam satis declaret. Nempe hic latet mendum.

70 *Meruisse*] Acute sane.

EPISTOLA VIII.

SEVERO.

ARGUMENTUM.

Severo amico exponit se cinctum hostibus, in assiduis semper præliis versari, miroque amicorum, conjugis, filiæ, et patriæ desiderio teneri. Simul dolet, quod cum careat prædiolo et hortis, arando, seminando, curas imminuat. Colligit tamen præ hostium multitudine, quæ Tomitanam civitatem semper infestant, non posse id sibi præstari. Postremo lætatur quod contra in Severo sint omnia secunda: monetque, ut impetret locum aliquem magis propinquum dari sibi ab Augusto.

A TIBI dilecto missam Nasone salutem
Aocipe, pars animæ magna, Severe, meæ.

Severe, pars magna animæ meæ, accipe salutem missam a Nasone tibi caro. Neve

Digitized by Google

Neve roga, quid agam: si persequar omnia, flebis.
Summa satis nostri si tibi nota mali.
Vivimus assiduis expertes pacis in armis,
Dura pharetrato bella movente Geta.
Deque tot expulsis sum miles in exule solus:
Tuta (nec invideo) cetera turba jacet.
Quoque magis nostros venia dignere libellos,
Hæc in procinctu carmina facta leges.
Stat vetus urbs, ripæ vicina binominis Istri,
Mœnibus et positu vix adeunda loci.
Caspius Ægypsos (de se si credimus ipsis)
Condidit; et proprio nomine dixit opus.
Hanc ferus, Odrysiis inopino Marte peremtis,
Cepit, et in Regem sustulit arma Getes.

quæras quid faciam: si retulero cuncta, lacrymaberis. Abunde est si summa nostri mali sit tibi cognita. Vivimus inopes pacis in armis continuis, Geta pharetrato ciente sæva bella; et de tot ejectis sum solus miles in exule: reliqua turba est secura; neque invideo. Et quo magis ignoscas nostris libellis, leges hos versus scriptos in expeditione. Est urbs antiqua proxima ripæ Danubii binominis, ægre subeunda propter muros, et situm loci. Siquidem fidem habemus ipsis de se, Ægypsos Caspius illam *posuit, et appellavit opus nomine proprio. Sævus Getes invasit hanc bello subito, Odrysiis mactatis; et cepit arma in Regem. Ille non oblitus nobilis*

2 Mor. *Aspice pars.*—3 Mycill. et Gryph. Edd. *si persequor omn.* Med. unus Mor. et pr. Ed. *prosequor.*—4 Pro vulg. *sit* Heins. ex Sa. reponit *si.*—5 Fr. *Vidimus assid.* quod si recipias, Burm. monet in seq. vs. legendum esse *pharetratos...Getas.* Pol. *Vivimus exiguis expert.*—6 Feschianus *Dira phar.*—8 *Jacet* Heins. excipit ex Pol. et septem suis pro vulg. *latet:* tres libri *manet.*—10 Gottorph. et Ro. *fact. scias:* et Leid. etiam *scias,* vel *putes,* vel *leges.*—13 Multi veteres, *Ægyssus.* Argent. et quidam alii, *Ægistus. Egisos* Combianus. *Ægiros* unus Vaticanus: alius, *Egitos:* alius denique, *Ægirus. Caspios Ægisos* Sarravianus. Sic et lib. IV. Pont. El. 6. ubi bis meminit ejusdem civitatis, 'Non negat Ægypsos:' ubi *Ægiros* vetustiores, vel *Ægyros,* quinque alii *Ægissos,* vel *Ægisos.* Constantino Porphyriogenetæ Themat. lib. II. cap. 1. Αἴγισσος est. Procopio lib. IV. de ædificiis Justiniani Ἄγυστος. In Itinerario Antonini et Imperii notitia *Ægyssos* est: quanquam apud Antoninum codices quidam, *Ægisos,* et *Ægysos.* Et *credimus* plerique veteres. *Heins.* Alii *Ægypsus...creditur;* multi etiam scripti *ipsi;* et Leid. *illi.*—15 In

NOTÆ

7 *Tot*] Quæ res non multum Augusti clementiam commendat.

10 *Procinctu*] Apparatu: et quidem bellico.

11 *Binominis*] Qui Danubius usque ad Axium oppidum præsertim, inde vero usque ad mare Ister dicitur.

13 *Caspius*] Ex gente Caspia oriundus, quæ Caspio mari nomen dedit.

14 *Opus*] Urbem, scilicet, quam Ægypsum appellavit.

15 *Odrysiis*] Ægypsi urbis incolis,

Digitized by Google

Ille memor magni generis, virtute quod auget,
  Protinus innumero milite cinctus adest.
Nec prius abscessit, merita quam cæde nocentum
  Se nimis ulciscens extitit ipse nocens.
At tibi, Rex ævo, detur, fortissime nostro,
  Semper honorata sceptra tenere manu.
Teque, quod et præstat, (quid enim tibi plenius optem?)
  Martia cum magno Cæsare Roma probet.
Sed memor unde abii, queror, o jucunde sodalis,
  Accedant nostris sæva quod arma malis.
Ut careo vobis, Stygias detrusus in oras,
  Quatuor autumnos Pleias orta facit.

generis, quod amplificat Virtute, continuo accurrit stipatus ingentibus copiis. Neque prius recessit, quam ipse fuit nocens ulciscens se supra modum cæde merita noxiorum. At, o Rex strenuissime nostro tempore, detur tibi tractare semper sceptra manu honorata, et Roma Martia cum ingenti Cæsare tibi faveat, quod facit etiam, (quid enim tibi voveam amplius?) Verum non oblitus unde digressus sum, queror, o grate amice, quod crudelia arma adjiciantur nostris malis. Pleias orta facit quatuor Autumnos, ex quo non fruor vobis pulsus in oras Stygias. Neque tu

quibusdam *Hanc trux Odr.*—17 *Gen. magn.* in nonnullis. Twisden. *mem. generis, magna virt.*—20 Alii *ille* pro *ipse:* Leid. *inde.*—23 *Teque quod et par est,* volebat olim Heinsius: ego malim, *Te quoque, quod restat:* Cum nos in Scythia probemus te et colamus, restat, ut Roma cum Cæsare te probet. *Te quoque* est in septem libris. *Burm.*—27 *Stygias* Heins. rescripsit ex Sa. Pol. Arg. Comb. et tribus aliis pro vulg. *Scythicas.* Mox unus liber *detrus. ad*

NOTÆ

Odrysa, Thraciæ urbe, oriundis.

Marte] Prælio inexpectato.

17 *Virtute*] Scilicet generi virtus splendorem addit, qua sola vera paratur nobilitas.

20 *Nocens*] Non equidem ego nocentem dixero, qui grassantes latrones ad unum sustulerit.

21 *At tibi*] Sermonem ad regem istum, non inepta ad scopum figura, cautus Naso convertit.

24 *Martia*] Non modo quia Martem generis sui auctorem propter Romulum jactabat, sed revera belli studiosissima erat.

25 *Unde*] A querimoniis, scilicet, ad illius regis laudes qui regnum suum fortiter asseruit.

26 *Arma*] Quæ inferunt Getæ finitimi.

27 *Stygias*] Perinde Naso de exilio suo loquitur, ac si ad Inferos deturbatus esset. Sciunt quippe omnes Stygem Inferorum paludem esse.

28 *Autumnos*] Pro annis posuit.

Pleias] De eo sidere quod fecerunt Atlantis filiæ jam sæpe dictum. Oriuntur autem 4. Nonas Apriles Ovidio cosmice, ut ipse docet in Fastis. Sed hic de Acronyco, quem vocant, commodius intelligas, quo vesperi supra terram feruntur. Id enim fit Autumno, quo tempore pulsus Naso. Per ortus vero atque occasus astrorum tempora æstimari atque numerari nihil est opus ut admoneamus.

Digitized by Google

Nec tu credideris urbanæ commoda vitæ
  Quærere Nasonem: quærit et illa tamen.
Nam modo vos animo dulces reminiscor amici;
  Nunc mihi cum cara conjuge nata subit:
Eque domo rursus pulchræ loca vertor ad Urbis,
  Cunctaque mens oculis pervidet illa suis.
Nunc fora, nunc ædes, nunc marmore tecta theatra,
  Nunc subit æquata porticus omnis humo.
Gramina nunc Campi pulchros spectantis in hortos,
  Stagnaque et Euripi, Virgineusque liquor.

existimaveris Nasonem optare commoda vitæ urbanæ: et tamen optat illa. Nam aliquando vos mente recolo, cari amici; modo filia se mihi offert cum dilecta uxore: et rursus me refero ex domo ad loca formosa Urbis, et mens perlustrat illa omnia suis oculis. Modo fora, modo Templa, modo Theatra strata marmore, modo omnis porticus recurrit, terra æquata. Modo gramina Campi prospicientis in formosos hortos subeunt, *et stagna, et Euripi, et aqua virginea. At, credo, jucunditas Urbis ita*

undas.—29 P. *credid. Romanæ comm.*—33 In vulg. *Atque domo.* 'Sententia exigit, *Aque domo:* ita infra; 'Aque tuis toto dividor orbe rogis.' 'Urbem pulchram' intelligit Romam, quam post incendium XIV. regionum, quod ab U.C. anno DCC. acciderat, in novam pulchritudinem restituit Cæsar Augustus.' *Fabric. Eque domo* bene Argent. et tres alii. Multi, *Deque.* Sequenti versu pro *prævidet* reponendum esse, *pervidet*, cum *provident* sit in nonnullis scriptis, superiori Elegia monuimus. Arundelianus, *mens oculis prævidet usa suis*, non *illa.* Heins. Francof. *Deque domo pulsus:* deinde, *pulchram convertor ad urbem* codex Gallicus.—37 Septem libri *tunc* pro *nunc;* unus *tum.* Mox Leid. *pulchro sp. in*, vel *ab horto.* Mor. *ortus* pro *hortos.*—38 *Stagnaq. cum ripis V.*

NOTÆ

29 *Nec quærere*] Illa enim non quærimus quæ consequi omnino non possumus.

30 *Quærit*] Recurrit vero semper quærere quæ amamus, utcumque consequi minus minusve queamus.

32 *Nata*] Perilla, scilicet, quam solam habuisse Nasonem vel hinc satis liquet.

33 *Urbis*] Romæ, scilicet, quam ut maximam et Orbis dominam, Urbem simpliciter, honoris causa, vocitabant.

36 *Æquata*] Pavimentis æquis strata.

Porticus] Inter clara fuerunt Urbis ædificia, vel ædibus sacris, vel illustrium virorum domibus, vel publicis ædificiis annexæ, necessitatis, ornamenti, et voluptatis causa exstructæ: ubi plerumque animi gratia, æstivis præsertim caloribus, ad captandam umbram inambulabant.

37 *Campi*] Martium intellige propter celebritatem.

38 *Euripi*] Canales dicit seu aquæductus, cujusmodi fuerunt præsertim in Circo maximo, ubi aquæ stagnabant.

Virgineus] Virgineam aquam dicit, quam Agrippa ædilis in agro Luculliano collectam Romam perduxit; quod quærentibus militibus fontes virguncula quasdam venas monstravit, quas secuti qui foderant aquæ ingen-

Digitized by Google

At, puto, sic Urbis misero est erepta voluptas,
  Quolibet ut saltem rure frui liceat.
Non meus amissos animus desiderat agros,
  Ruraque Peligno conspicienda solo:
Nec quos piniferis positos in collibus hortos
  Spectat Flaminiæ Clodia juncta viæ.
Quos ego nescio cui colui; quibus ipse solebam
  Ad sata fontanas (nec pudet) addere aquas.
Sunt ibi, si vivunt, nostra quoque consita quondam,
  Sed non et nostra poma legenda manu.
Pro quibus amissis utinam contingere possit
  Hic saltem profugo gleba colenda mihi!
Ipse ego pendentes (liceat modo) rupe capellas,
  Ipse velim baculo pascere nixus oves.

est mihi ademta, ut possim saltem frui quolibet agro. Mens mea non optat campos perditos, et agros videndos in solo Peligno; neque hortos sitos in clivis Piniferis, quos via Clodia juncta Flaminiæ prospicit. Quos ego nescio cui ornavi, in quibus ipse consueveram ducere aquas fontanas ad segetes, neque pudet. Sunt ibi, si vivunt, poma etiam posita olim nostra manu, sed non etiam colligenda nostra manu. Pro quibus perditis utinam possit obvenire hic mihi exuli cespes colendus. Ipse ego, modo concedatur, optem pascere capras affixas rupibus; ipse incumbens fusti optem

Ms. Bersm. *Stagna quoque Euripi.*—40 Alii *fr. libeat.*—42 P. Dan. *P. concupienda solo.* Ms. Bersm. *conspicienda loco.*—43 In quibusdam scriptis cum vulg. Edd. *in montibus hort.* et unus *vallibus:* at præstantiores, teste Heins. *collibus.*—44 Legitur etiam *Fl. Claudia junct.* et *Cassia*, et *Cludia.*—46 Duo scripti *nec piget:* Heins: olim volebat *impiger.*—47 Arg. et tres alii *ubi* pro *ibi.* Tum Mor. et quatuor *si vivant.* Mox *quondam* ex uno V. placet Heins. præ vulg. *quædam.*—48 Pro *et* unus V. *a;* Ma. *sunt.*—49 *Possit* meliores, teste Heins. alii *posset.*—50 Unus liber *pro-*

NOTÆ

tem modum invenerunt.

39 *Puto*] Minime vero putabat Poëta. Ironicus est loquendi modus.

41 *Amissos*] Quos non eripuerat relegato Augustus, sed relinquere coëgerat.

42 *Peligno*] Sulmo enim Poëtæ patria in Pelignis fuit inter Marsos et Samnites.

44 *Flaminiæ*] Eam viam Roma per Thusciam et Umbriam usque Ariminum C. Flaminius M. Lepidi collega in consulatu stravit.

Clodiæ] Hæc in parte fuit Hetruriæ, ubi et præfecturæ Claudii, et forum Claudii, non procul a lacu Cimino: ut sit Nasonis sententia, se neque jam hortos quos in Pelignis habuit desiderare, neque eos quos juxta. Flaminiam coluit, eo loco ubi Flaminia et Claudia via jungebantur. Namque de via Appia seu Claudia, quam a porta Capena Capuam usque muniendam curavit Appius Claudius Censor, non possis intelligere.

45 *Nescio cui*] Quod certe maxime molestum.

47 *Ibi*] In hortis illis quos irrigare solebam.

51 *Pendentes*] Amant vero illæ loca

Digitized by Google

Ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,
Ducam ruricolas sub juga panda boves.
Et discam Getici quæ norint verba juvenci:
Assuetas illis adjiciamque minas.
Ipse manu capulum pressi moderatus aratri
Experiar mota spargere semen humo.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arva:
Et dare, quas sitiens combibat hortus, aquas.
Unde sed hoc nobis, minimum quos inter et hostem
Discrimen murus clausaque porta facit?
At tibi nascenti (quod toto pectore lætor)
Nerunt fatales fortia fila Deæ.

pascere oves. Ipse ego ne eor inhæreat curis quotidianis agam tauros ruricolas sub curva juga. Et discam voces quas boves Getici cognoscant, et addam minas illis familiares. Ipse tenens manu stivam prehensi aratri, tentabo spargere semen in terram subactam. Neque abnuam repurgare agros longis rutris; et jam dare aquas, quas hortus sitiens absorbeat. Verum unde hoc nobis, inter quos et hostem murus et obseratæ valvæ faciunt exiguam distantiam? At Deæ fatales (quod gaudeo toto

---

fuga gl. col. manu. Mor. habet *terra* pro *gleba.*—53 Ms. Bersm. *Sæpe eg.* Mox Arg. *sol. desistant pect.* et Pol. *instarent.*—54 Multi *curva* pro *panda.*—55 Malim *norint* [vulg. *norunt*] cum uno Vaticano: et versu præcedenti, *Ducere* pro *Ducam,* si per scriptos codices liceat, referatur ad τὸ *velim,* quod præcesserat. *Heins.*—57 Sa. Pol. et multi alii *cap. prensi mod.* Ex libris V. Ciofanus profert *moderatus;* in vulg. *moderator;* et Douza *moderabor.*—59 In quibusdam scriptis *herbas* pro *arva.*—60 In plurimis Edd. *Et dare, quas sitiens jam bibat h. a.* 'Meliores omnes, *Et dare jam, sitiens quas bibat h. a.* unus tamen Vatic. *quas sitiens combibat.*' Heins. Nos Vaticanum et Excerpta Vossii secuti sumus: ita Epist. XV. 'Grata prius lacrymas combibit herba meas:' sæpe Columella hoc verbo utitur: *ebibet* unus codex. Post hoc aliud distichon interserit Moreti liber, *Utque solet, nimium si fontis rivus abundet, Diducam studio ne sata læta gravet. Deducam* saltem legendum. *Burm.*—

NOTÆ

aspera et prærupta sequi: unde pendere videntur.

Liceat] Dixit antea Naso vix Tomitanis licere portam aut mœnia, hostium metu, egredi.

52 *Nixus*] Pastorum more.

55 *Norint*] Scilicet habent bubulci suum quique modum et propria verba quibus in diversis regionibus diverse boves ad opus urgeant, aut regant.

57 *Capulum*] Stivam. *Le manche de la charrue.*

58 *Mota*] Aratro inversa.

59 *Longis*] Non propter capulum, ut alii censuerunt, sed propter dentes longos.

61 *Hoc*] Ut liceat hortum colere, &c.

64 *Fortia*] Quæ nulla calamitas frangat. Nihil autem opus jam toties repetita de Parcis, quas hominum partui atque sorti præesse voluerunt, denuo inculcare.

Digitized by Google

Te modo Campus habet, densa modo porticus umbra:
  Nunc, in quo ponis tempora rara, Forum.
Umbria nunc revocat: nec non Albana petentem
  Appia ferventi ducit in arva rota.
Forsitan hic optes, ut justam supprimat iram
  Cæsar; et hospitium sit tua villa meum.
Ah nimium est, quod, amice, petis! moderatius opta:
  Et voti, quæso, contrahe vela tui.
Terra velim propior, nullique obnoxia bello
  Detur: erit nostris pars bona demta malis.

corde) duxerunt tibi nascenti fila valida. Nunc Campus te tenet, nunc Porticus umbra opaca: nunc forum cui das exiguum temporis. Nunc Umbria te *revocat; et Appia ducit euntem in agros Albanos rota fervida. Forte hic voveas, ut Cæsar extinguat justam iram; et villa tua sit meum diversorium. Ah amice, quod optas est nimium! vove minus; et, precor, coge vela tui desiderii. Optem solum propius, et nulli bello opportunum* mihi *concedatur: pars multa erit detracta nostris ærumnis.*

63 Duo libri *tib. marcenti, quod.*—66 Medonian. *quo ponas temp.* quod Burm. arridet.—67 *Nunc* ex melioribus reposuit pro vulg. *te.* Mox pro *nec* duo libri *nunc:* Heins. conj. *Umbria nunc revocat, te nunc A. p.*—68 *In arva* meliores, teste Heins. at quidam vett. *ab urbe:* et pro *rota* erat in multis *manu.* Burm. hoc distichon ita refingere volebat, *Umbria nunc revocat, nunc rura A. p. Appia f. d. ab urbe rota.*—69 *Hic* cum Sa. Pol. et tribus aliis et pr. Ed. placet Heins. præ vulg. *hoc.* Mox unus V. *just. comprimat ir.* et sic quatuor Heins. unus *finiat;* et legi etiam *deprimat* Merula testatur.—71 *Tò est* multi non agnoscunt. Puto *Ah nimium quid, amice, petis?* Heins.

NOTÆ

65 *Campus*] Martium intellige, ubi exercitationes et certamina.

Densa] Propter adjunctos hortos nemorosos.

66 *Rara*] Quia vix aliud magis invisum cordato viro quam forum aut lites.

67 *Umbria*] Quæ regio inter Tuscos et Sabinos jacebat; ubi proculdubio villam aliquam Severus habuit.

Albana] Prædia dicit quæ Severus ad Albam, Marsorum oppidum, inter Sabinos et Pelignos habuit.

68 *Appia*] Via, scilicet, de qua paulo antea.

Ferventi] Cita adeoque; quod ad voluptatem facit maxime. Incalescere autem rotas quæ celeriter moventur frustra admonuerim.

69 *Optes*] Admodum verecunde officii Severum admonet.

72 *Contrahe*] A nautis petita metaphora, minus quid optandum indicat.

73 *Propior*] Minus ab Urbe distans quam Tomi.

Digitized by Google

EPISTOLA IX.

MAXIMO.

ARGUMENTUM.

FACTUS certior Poëta literis Maximi de obitu Celsi amici, a quo unice amabatur; sperabatque ejus precibus Maximum daturum operam ut reduceretur in patriam: dicit se eam epistolam lacrymis madefecisse: nec acerbius sibi quicquam ea re contigisse eo toto tempore quo fuit in Ponto. Simul ejus erga se, ac etiam Maximum, fidem et amorem exponit. Quam ob causam fatetur velle se quoquo potest modo ejus funus decorare; sibi quoque haud secus ac mortuo ut opem ferat precatur.

QUÆ mihi de rapto tua venit epistola Celso,
Protinus est lacrymis humida facta meis.
Quodque nefas dictu, fieri nec posse putavi,
Invitis oculis litera lecta tua est.
Nec quicquam ad nostras pervenit acerbius aures,
Ut sumus in Ponto; perveniatque, precor.
Ante meos oculos tanquam præsentis imago
Hæret, et extinctum vivere fingit amor.
Sæpe refert animus lusus gravitate carentes:
Seria cum liquida sæpe peracta fide.

Literæ tuæ, quæ mihi allatæ sunt de Celso sublato, statim sunt madefactæ meis lacrymis. Et quod horrendum memoratu, nec credidi posse evenire, epistola tua est lecta oculis abnuentibus. Neque quicquam tristius pervenit ad nostras aures, ex quo tempore sumus in Ponto; et precor perveniat. Vultus ejus *est præ meis oculis, tanquam præsentis; et amor fingit mortuum vivere. Mens sæpe reminiscitur jocos minus severos: sæpe refert seria absoluta cum fide sincera. Nulla tamen tempora*

2 Excerpt. Voss. *oculis* pro *lacrymis*.—8 Pro *Hæret* Burm. conj. *Errat*: tum Serv. *inextinctum viv*.—9 P. et duo alii *ludos* pro *lusus*.—10 R. *cum pura*

NOTÆ

1 *Rapto*] Immaturo funere sublato.
3 *Nefas*] Quia lætis oculis amicorum epistolæ perleguntur.
7 *Præsentis*] Celsi, scilicet, quem vehemens amor morti quasi surripiebat.
9 *Carentes*] Minus severos.

Digitized by Google

Nulla tamen subeunt mihi tempora densius illis,
Quæ vellem vitæ summa fuisse meæ:
Cum domus ingenti subito mea lapsa ruina
Concidit, in domini procubuitque caput.
Affuit ille mihi, cum pars me magna reliquit,
Maxime; Fortunæ nec fuit ipse comes.
Illum ego non aliter flentem mea funera vidi,
Ponendus quam si frater in igne foret.
Hæsit in amplexu, consolatusque jacentem est:
Cumque meis lacrymis miscuit usque suas.
O quoties vitæ custos invisus amaræ
Continuit promtas in mea fata manus!
O quoties dixit, Placabilis ira Deorum est:
Vive, nec ignosci tu tibi posse nega.
Vox tamen illa fuit celeberrima, Respice, quantum
Debeat auxilii Maximus esse tibi.

frequentius mihi recurrunt illis, quæ vellem fuisse ultima vitæ meæ: cum domus mea repente collapsa maxima clade ruit, et cecidit in cervices domini. Ille mihi astitit, Maxime, cum pars multa me destituit, neque ipse fuit comes fortunæ. Ego illum intuitus sum non secus deplorantem meam cladem quam si frater fuisset collocandus in igne. Mansit in amplexu, et est consolatus dejectum; et miscuit semper suas lacrymas cum meis. O quoties custos gravis vitæ invisæ prohibuit manus expeditas in meam necem! O quoties dixit, Ira Deorum est placabilis: Vive neque diffitearis tu posse tibi parci. Illa tamen fuit vox celeberrima, Vide quantum opis

---

sæp.—11 *Illis* meliores, teste Heins. vulg. *istis.*—13 F. *sub collapsa ruis.*—14 Unus liber *Decidit, in dom.* duo alii *Occidit.*—17 Nonnulli Codd. *mea vulnera vid.*—19 Ms. Bersm. *in amplexus, cons.*—20 Multi scripti et editi *lacr. minuit ipse suas.*—22 Thuan. *Contin. proprias in.*—25 Pro *celeberrima* Mor. *creberrima;* et sic Fr. pro var. lect.—26 *Auxilii* ex uno V. dedit Heins. pro

NOTÆ

15 *Pars*] Amicorum, scilicet, tempori et fortunæ servientium.

16 *Nec fuit*] Quia, neglecta Augusti offensione, Nasonem amicum in adversis solatus.

17 *Funera*] De exilio et calamitate sua loquitur.

18 *In igne*] Atque adeo mortuus, et de more antiquo comburendus.

22 *Promtas*] In meam necem paratas.

23 *Deorum*] Atque adeo Augusti, ejusque liberorum. Notum illud Horatii, 'Informes hyemes reducit Jupiter; idem Summovet. Non, si male nunc, et olim Sic erit.'

25 *Vox*] Celsi, scilicet: Ingeniose autem admodum Maximum de officio sibi præstando admonet.

26 *Maximus*] Hic fuit ad quem scripsit Naso, gratia multum pollens apud Cæsarem.

Digitized by Google

Maximus incumbet; quaque est pietate, rogabit,
Ne sit ad extremum Cæsaris ira tenax.
Cumque suis fratris vires adhibebit, et omnem,
Quo levius doleas, experietur opem.
Hæc mihi verba malæ minuerunt tædia vitæ.
Quæ tu, ne fuerint, Maxime, vana, cave.
Huc quoque venturum mihi se jurare solebat;
Non nisi te longæ jus sibi dante viæ.
Nam tua non alio coluit penetralia ritu,
Terrarum dominos quam colis ipse Deos.
Crede mihi: multos habeas cum dignus amicos,
Non fuit e multis quolibet ille minor:
Si modo nec census, nec clarum nomen avorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.
Jure igitur Celso lacrymas libamus ademto;
Cum fugerem, vivo quas dedit ille mihi.

Maximus debeat esse tibi. Maximus annitetur; et, quæ est ejus *pietas, orabit, ne ira Cæsaris perstet usque ad finem. Et adhibebit gratiam fratris cum sua, et conabitur omnibus viribus, ut lenius doleas. Hic sermo lenivit mihi odium vitæ ærumnosæ. Quæ ne fuerint inania prospicias, Maxime. Consueverat etiam mihi jurare se huc concessurum non nisi te faciente sibi jus longinqui itineris. Nam non secus coluit tuam domum, quam ipse colis Deos Dominos terrarum. Habeas mihi fidem; quanquam tibi sint merito multi amici, ille non fuit inferior quolibet ex multis; si saltem, neque opes, neque illustre nomen majorum, sed candor et ingenium facit magnos. Ergo merito damus lacrymas Celso sublato, quas ille mihi præbuit,*

---

vulg. *auxilium*.—27 Unus liber *Max. impendet; quaq.*—29 Serv. et tredecim alii *sui* pro *suis;* et Jun. *mei*. Mox P. Dan. *adhib. in omn.*—30 P. *Ut* pro *Quo;* Sa. *Quod*. Mox Mor. *experiemur*, et Sa. *experiamur op.*—31 Unus lib. *min. tempora vit.*—32 *Tu* ex ambobus V. Ma. et Ursin. vulg. *modo;* Medoniau. *mihi;* duo libri *tibi*. Mox Excerpt. Scalig. et Sa. *van. caves.*—33 Fr. et undecim alii *jur. volebat.*—39 Alii *non* pro *nec* in utroque loco. Mox in quibusdam Edd. legebatur *carum nom.*—40 Comb. *magn. ingenuosque*. Jun. *facis*.

NOTÆ

32 *Cave*] Atque adeo pro me fac ut enitaris.

33 *Huc*] Tomos, scilicet, ubi Poëta relegatus degebat.

34 *Non nisi*] Id est, Te, Maxime, id probante.

35 *Penetralia*] Loca secretiora domus pro tota posuit: domum deinde pro ipso domino.

36 *Dominos*] Non male de Augusto ejusque liberis intelligas.

37 *Dignus*] Qui virtute et beneficiis illos parasti.

38 *Minor*] Minoris pretii.

41 *Ademto*] Morte sublato.

42 *Fugerem*] In exilium proficiscerer.

Digitized by Google

Carmina jure damus, raros testantia mores;
Ut tua venturi nomina, Celse, legant.
Hoc est, quod possum Geticis tibi mittere ab arvis:
Hoc solum est istic, quod liquet esse meum.
Funera nec potui comitare, nec unguere corpus:
Aque tuis toto dividor orbe rogis.
Qui potuit, quem tu pro numine vivus habebas,
Præstitit officium Maximus omne tibi.
Ille tibi exequias, et magni funus honoris
Fecit; et in gelidos versit amoma sinus.
Dilŭit et lacrymis mœrens unguenta profusis;
Ossaque vicina condita texit humo.
Qui quoniam extinctis, quæ debet, præstat amicis,
Et nos extinctis annumerare potest.

cum proficiscerer in exilium. Merito exhibemus versus declarantes eximios mores; ut posteri legant tua nomina, Celse. Istud est quod possum tibi mittere ab agris Geticis: istud est hic unum quod certum est esse meum. Neque licuit prosequi funus, neque ungere corpus; et disjungor toto orbe a tuis bustis. Maximus qui potuit, quem tu superstes habebas pro numine, tibi præstitit omne officium. Ille tibi adornavit exequias, et funus magni honoris; et sparsit amoma in sinus frigidos. Flens diluit etiam unguenta lacrymis profusis; et operuit ossa composita terra proxima. Qui siquidem præbet amicis defunctis quæ debet, potest etiam recensere nos inter defunctos.

—42 *Ille* meliores, teste Heins. alii *ipse*.—45 P. Dan. R. et quinque alii *possim* pro *possum*. Tum Arg. G. *transmittere ab arv*.—46 *Liquet* ex emend. Heins. vulg. *licet*.—47 Multi editi et scripti *non* pro *nec*.—48 Pro *Aque* Serv. *Eque;* multi alii et etiam editi *Atque;* P. et septem alii *Namque*.—49 *Qui* castigatiores, teste Heins. vulg. *Quod:* Jun. *Quod pot. quod tu*.—51 Mor. et duo alii *fun. amoris*.—52 *Versit* ex Heins. corr. qui etiam conj. *verxit:* Gronovius legit *vergit:* in vulgatis *vertit;* et alii *fudit*. Barthius *fudit Aroma sinus*.—55 *Quod* pro *quæ* tres; et deinde *præstet amicis* tres.

NOTÆ

43 *Raros*] Omni virtute decoratos, cujusmodi pauci inter mortales esse solent.

45 *Hoc*] De carminibus suis loquitur Poëta.

47 *Comitare*] In activa forma posuit: quod rarum.

Unguere] De more: quomodo et apud Maronem, 'Corpusque lavant frigentis, et unguunt.'

48 *Toto*] Quia in Septemtrionali plaga ille, in meridionali Celsus fuerat.

50 *Officium*] In curando funere.

52 *Amoma*] Hujus odorati fruticis usus fuit multus in unguendis et condiendis defunctorum corporibus: qui tamen hodie ignoratur.

53 *Diluit*] Lacrymæ, scilicet, ad diluenda unguenta non ineptæ. Maximum dicit largos in Celsi funere fletus effudisse.

Digitized by Google

NOTÆ

54 *Vicina*] Non peregrina, cujusmodi obrui Naso metuere se alicubi testatur.

56 *Et nos*] Ingeniosissime certe Maximi opem et officia petit Naso.

EPISTOLA X.

FLACCO.

ARGUMENTUM.

Ad Flaccum scribens Poëta, corporis languorem, ejusque rei causam exponit: eumque rogat cum fratre, ut sibi opem ferat, Augustumque ei mitiorem reddat.

Naso suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem:
Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.
Longus enim curis vitiatum corpus amaris
Non patitur vires languor habere suas.
Nec dolor ullus adest, nec febribus uror anhelis; 5
Et peragit soliti vena tenoris iter.
Os hebes est, positæque movent fastidia mensæ:
Et queror, invisi cum venit hora cibi.

Flacce, Naso exul mittit tibi amico *suo salutem; si quis potest mittere rem quam ipse non habet. Mœror enim diutinus non sinit corpus corruptum gravibus curis obtinere suas vires. Neque quisquam dolor adest, neque ardeo febribus anhelis; et vena absolvit iter tenoris consueti. Os est languidum, et mensæ appositæ creant nauseam: et queror cum tempus escæ odiosæ adest. Offer quod mare, quod terra,*

1 Pro *suo* Excerpt. Voss. *nimis;* et quindecim libri *tuus.*—5 Twisden. *ur. acutis,* quod Heins. placet, quia vox medicis familiaris.—6 In aliis *Sed perag.*

NOTÆ

3 *Longus*] Quamobrem salute careat ostendit.

5 *Anhelis*] Quæ corpus anhelum faciunt.

6 *Vena*] Quæ ultra modum micare et salire solet febricitantibus.

7 *Hebes*] Quod cibi nulla appetentia movetur.

Digitized by Google

Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aër;
  Nil ibi, quod nobis esuriatur, erit.
Nectar et ambrosiam, latices epulasque Deorum,
  Det mihi formosa nava Juventa manu;
Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum:
  Stabit et in stomacho pondus inerte diu.
Hæc ego non ausim, cum sint verissima, cuivis
  Scribere; delicias ne mala nostra vocent.
Scilicet is status est, ea rerum forma mearum,
  Deliciis etiam possit ut esse locus.
Delicias illi precor has contingere, si quis,
  Ne mihi sit levior Cæsaris ira, timet.
Is quoque, qui gracili cibus est in corpore, somnus
  Non alit officio corpus inane suo.

quod aër nutrit, nihil erit ibi quod a nobis appetatur. Juventa sedula præbeat mihi pulchra manu Nectar et Ambrosiam, potus et cibos Deorum, tamen ille sapor non irritaverit palatum languens: et pondus diu hærebit in pigro ventriculo. Quanquam hæc sint certissima, ego non ausim scribere cuivis; ne appellent ærumnas nostras delicias. Nimirum ea est conditio, ea facies rerum mearum, ut locus etiam esse possit deliciis? Voveo hujusmodi delicias illi obvenire, si quis metuit ne ira Cæsaris sit mihi minor. Ille etiam somnus, qui est alimentum in corpore macilento,

—9 Alii *quod educet aër.*—11 Editi et scripti multi *ambrosium*: et tum V. et Ms. Bersm. *laticesque epulasq.*—12 *Nava* Heins. recepit ex Sa. Scalig. et Arg. pro vulg. *grata*: in aliis *pulchra*, *Graia*, *flava*. Pro *Juventa* quinque etiam *puella.*—13 Tres libri *tam. excutiet torp.* Mox editi quidam *sap. iste pal.*—14 Jun. *meo* pro *diu.*—15 P. *veriss. quamvis*; Jun. et editi nonnulli *cuiquam*; Leid. *cuique.*—16 *Vocent* Heins. reponit ex duobus vett. pro vulg. *vocet.*—17 Scripti et editi *hic* pro *is.* Mox Thuan. *est rerum fortuna mearum.* Burm. totum vs. sic refingit: *Scil. hic rerum status, et*, vel *hic fortuna mearum.*—18 Pro *possit ut*, Thuan. *quod queat*; unde Heins. *quo queat.*—20 Gottorph.

NOTÆ

9 *Mare*] Unde pisces.

Aër] Aves significat, quia et in aërem tolluntur, tametsi ex terra aut aqua victum suum plerumque sumant.

11 *Nectar*] Quam Græci dixerunt Deorum potionem.

Ambrosiam] Qui cibus cœlestium, suavissimus.

12 *Juventa*] Quæ et Hebe, Junonis filia, Diis pocula ministrare, Poëtarum munere, solita.

14 *Inerte*] Qui cibos neque concoquit neque digerit.

15 *Hæc*] Quæ de ciborum dico meo fastidio.

16 *Delicias*] Quasi delicati sim palati.

17 *Scilicet*] Ironice, neque sine stomacho, loquitur.

21 *Cibus*] Namque is corpus maxime mulcet et reficit.

Digitized by Google

Sed vigilo, vigilantque mei sine fine dolores;
Quorum materiam dat locus ipse mihi.
Vix igitur possis visos agnoscere vultus:
Quoque ierit, quæras, qui fuit ante, color.
Parvus in exiles succus mihi pervenit artus:
Membraque sunt cera pallidiora nova.
Non hæc immodico contraxi damna Lyæo:
Scis mihi quam solæ pæne bibantur aquæ.
Non epulis oneror: quarum si tangar amore,
Est tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:
Non solet in mœstos illa venire toros.
Unda locusque nocent: et causa valentior istis,
Anxietas animi, quæ mihi semper adest.
Hanc nisi tu pariter simili cum fratre levares,
Vix mens tristitiæ mœsta tulisset onus.
Vos estis fragili tellus non dura phaselo:
Quamque negant multi, vos mihi fertis opem.

non fovet corpus exsangue suo beneficio. Sed sum experrectus, et ærumnæ meæ sunt semper experrectæ, quibus ipse locus præbet mihi escam. Adeoque ægre possis agnoscere faciem visam, et petas quo color excesserit, qui fuit prius. Exiguus succus illabitur in membra gracilia, et artus sunt pallidiores cera recenti. Non accersivi illa incommoda nimio mero: nosti quam prope puræ aquæ potentur a me. Non gravor cibis, quorum amore si movear, nulla est tamen abundantia in locis Geticis. Neque voluptas perniciosa Veneris subtrahit vires. Illa non solet venire in tristes lectos. Aqua et locus obsunt: et solicitudo mentis causa potentior istis, quæ nunquam recedit a me. Nisi tu juxta cum fratre tibi simili hanc minueres, ægre animus tristis par fuisset ponderi mœstitiæ. Vos estis terra propitia fragili cymbæ, et vos præbetis mihi auxilium quod multi recusant. Præbete semper, quæ-

---

ira, velit; et Fragm. Boxhorn. *vocet:* unde Heins. *vovet.*—27 Pro *Parvus* Heins. malit *Parcus* vel *Rarus.* Mox P. Dan. *exil. sanguis mih.* Tum multi vett. *permanet;* et Heins. conj. *perneat art.*—30 Pro *solæ* editi multi *puræ:* Bas. *duræ,* ut ad glaciatas aquas respiciat.—35 Excerpt. Voss. *causaque nocentior omni:* Heins. suadet *causaque valentior omni;* nam in duobus libris erat *omni.*—36 Mss. Barthii et Bas. *semp. inest.*—38 Heins. ex quinque scriptis et priscis Edd. reponit *mœsta* pro vulg. *nostra.*—39 *Fragili* ex Barb. at vulg.

NOTÆ

25 *Vix*] Quia color exsanguis, carnes flaccidæ aut nullæ, &c.

29 *Lyæo*] Baccho, aut certe vino illius munere.

35 *Unda*] Ex locis vero aquaticis odores tetri aut maligni vapores saltem educi solent, qui corpus morbis plurimis inquinant.

37 *Simili*] Quia utriusque eadem virtus, uterque insuper Poëtæ auxili-

Digitized by Google

Ferte, precor, semper, quia semper egebimus illa;
Cæsaris offensum dum mihi numen erit.
Qui meritam nobis minuat, non finiat iram,
Suppliciter vestros quisque rogate Deos.

se, quia semper opus habebimus illo, quamdiu numen Cæsaris erit mihi infestum. Qui ut leniat non extinguat iram, qua dignus sum, orate quisque humiliter vestros Deos.

fractæ; Arg. et Sa. *fracto.*—40 Pro *multi* P. Dan. *alii;* Excerpt. Voss. *cuncti.* —44 Serv. *Supp. vestrum quisq.*

NOTÆ

um suum præstabat.

39 *Non dura*] Se dicit exulem et adversa fortuna, quasi in undis vexatum, apud Flaccum ejusque fratrem cum portum tum terram hospitalem invenisse.

44 De Augusti liberis agit, quos sciebat Naso ab amicis suis summa cura cultos, multa deinde gratia apud Cæsarem potentes.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

EX PONTO

LIBER II.

EPISTOLA I.

GERMANICO CÆSARI.

ARGUMENTUM.

TIBERII Neronis ovationem, quam hic digniori nomine *triumphum* appellat poëta, ad se in Scythiam fama pertulerat, quam dicit sibi magnam lætitiam attulisse: ejusque formam describens, Cæsaris clementiam laudat, qui cum hostibus in bello captis vitam concesserit, sperat quoque majorem in modum illum usurum in se eadem clementia. Deinde Deos precatur ut Tiberio longiorem vitam concedant.

HUC quoque Cæsarei pervenit fama triumphi,
Languida quo fessi vix venit aura Noti.

Fama triumphi Cæsarei penetravit etiam huc, quo spiritus exhaustus Noti lassi

In Mor. hæc Epistola inscribitur *Græcino:* in Med. et Arg. *de Triumpho*

NOTÆ

1 *Triumphi*] De Pannonio sermo est, quem Tiberius egit: neque ea res ex tabulis chronologicis dubia esse potest.

2 *Fessi*] Quasi tantum ab Italicis oris dissita fuisset regio Scythica, ubi

Digitized by Google

Nil fore dulce mihi Scythica regione putavi:
  Jam minus hic odio est, quam fuit ante, locus.
Tandem aliquid pulsa curarum nube serenum
  Vidi: Fortunæ verba dedique meæ.
Nolit ut ulla mihi contingere gaudia Cæsar,
  Velle potest cuivis hæc tamen una dari.
Di quoque, ut a cunctis hilari pietate colantur,
  Tristitiam poni per sua festa jubent.
Denique, quod certus furor est audere fateri,
  Hac ego lætitia, si vetet ipse, fruar.
Jupiter utilibus quoties juvat imbribus agros,
  Mixta tenax segeti crescere lappa solet.
Nos quoque frugiferum sentimus inutilis herba
  Numen; et invita sæpe juvamur ope.

ægre pervenit. Credidi nihil mihi futurum suave in regione Scythica. Jam hic locus est mihi minus invisus quam fuit ante. Spectavi denique aliquid lætum, nebula solicitudinum remota; et fefelli sortem meam. Quamvis Cæsar nolit ullam voluptatem mihi obvenire, nihilominus potest cupere hanc unam concedi cuivis. Dii etiam imperant mœrorem omitti tempore suorum festorum, ut colantur ab omnibus alacri pietate. Tandem, quod est certus furor non vereri agnoscere, ego fruar hoc gaudio tametsi ipse prohibeat. Quoties Jupiter irrigat arva fœcunda pluvia, lappa tenax mixta segeti consuevit crescere. Nos etiam gramen inutile experimur numen benignum; et sæpe sustentamur auxilio invito. Lætitia animi Cæsarei est mea

---

Cæsaris.—1 Gryph. *Nunc quoque*, et Barb. *Huc mihi Cæs.*—4 *Est* deest sex Codd. Jun. *Jam minus est odio, quam.*—5 Aldin. Mycill. Bersm. minor Gryph. et alii *Tand. aliquod puls.* Heins. malebat *aliquid...sereni.*—6 Heins. legebat *Vid. ego, F.*—7 Jun. et Leid. *Noluit illa mih.* Multi editi etiam *illa:* at Heins. monet *ulla* cum tribus scriptis legendum.—8 P. Dan. ille pro *una.*—9 Barthii Codd. *Di tamen ut cunct. P. ut a nobis hil.*—12 *Vetet* meliores, teste Heins. alii *vetat.*—13 *Juvat* ex melioribus dedit Heins. pro vulg. *rigat.*—14 Pro *crescere* Ha. *surgere*, quod præfert Burm. quia de primo ortu hic agi-

NOTÆ

Naso commorabatur, ut vix a meridie spirans Notus illuc penetrare potuisset.

4 *Jam minus*] Ingeniosissime profecto Tiberio assentatur Poëta.

5 *Pulsa*] Triumphi fama, quem de Pannoniis egisse Tiberium modo diximus.

6 *Dedi*] Qui per lætitiam ex Tiberii triumpho fortunæ adversa deludo.

8 *Dari*] Quis, scilicet, ex re fuit etiam Augusti ut Tiberius filius de hostibus suis triumpharet.

11 *Denique*] Vix aliud fingi potuit magis ingeniosum, ut favorem, quo totam domum Cæsaris prosequebatur, in aperto poneret.

14 *Lappa*] *De la Bardane.* Herba in agro inutilis, cui se similem facit Naso, ut sibi pariter Augusti beneficio lætari liceat, sicuti illi ex Jovis imbribus conceditur crescere.

Digitized by Google

Gaudia Cæsareæ mentis pro parte virili
Sunt mea : privati nil habet illa domus.
Gratia, Fama, tibi : per quam spectata triumphi
Incluso mediis est mihi pompa Getis.
Indice te didici, nuper visenda coisse
Innumeras gentes ad Ducis ora sui ;
Quæque capit vastis immensum mœnibus orbem,
Hospitiis Romam vix habuisse locum.
Tu mihi narrasti, cum multis lucibus ante
Fuderit assiduas nubilus Auster aquas,
Lumine cœlesti Solem fulsisse serenum,
Cum populi vultu conveniente die.
Atque ita victorem, cum magno vocis honore,
Bellica laudatis dona dedisse viris :
Claraque sumturum pictas insignia vestes,
Thura prius sanctis imposuisse focis ;

quantum queo : illa domus nihil habet proprium. Fama tibi est *gratia, per quam pompa triumphi est visa a me clauso in mediis Getis. Intellexi te docente, nationes innumeras convenisse nuper ad spectandos vultus sui Imperatoris : et Romam quæ comprehendit amplis muris orbem immensum ægre habuisse locum hospitiis. Tu mihi retulisti, cum multis diebus ante Notus nubilus sparserit imbres continuos, solem purum splenduisse numine cœlesti, die congruente cum vultu populi. Atque ita victorem præbuisse dona bellica viris celebratis cum magno honore sermonis ; et* illum *capturum vestes pictas, illustria insignia, immisisse prius thura sacris*

tur.—15 Duo libri *quoq. fructiferum sent.*—16 Heins. pro *sæpe* malebat *nempe.* Duo libri *sæp. fruamur op.*—17 Heins. et Barthius malebant *gentis* pro *mentis ;* et in hujus membranis erat *victis.*—22 Bas. et Barthii *sub* pro *ad.*—23 P. Dan. *Quæ capit in.* Tum *vastis* Ciofanus profert ex nonnullis vett. vulg. *latis.* Mox Jun. *viribus* pro *mœnibus.*—24 P. et duo alii *Hospitii R.* septem *Hospitibus.*—25 P. et Comb. *mult. flatibus ante.*—26 Serv. et Pat. *Funderet assid.* Tum Leid. et quinque alii et Ed. Bersm. *nubibus A.*—27 *Lumine* Heins. dedit ex tribus scriptis pro vulg. *Numine :* idem conj. *Munere.* P. Dan. *Numine c. lumen fluxisse ;* ubi Burm. conj. *Limine.* R. et duo alii *luxisse seren.*—28 Pro *vultu* Heins. mallet *cultu.*—29 *Magno* ex uno V. vulg. *magnæ ;* et Fr. *multo.*—

NOTÆ

17 *Cæsareæ*] Quæ Cæsar ex victoria concepit.

18 *Nil habet*] Siquidem pro voto etiam Augusti omnes de bonis ejus gaudeant, atque sua faciant.

21 *Visenda*] Romam, scilicet, confluebant undique populi ad triumphi spectandum apparatum et pompam, itemque duces victores, victosque, &c.

23 *Capit*] Quia etiam regit, et quicquid in orbe est præstantissimum suum facit.

28 *Conveniente*] Serenum vero cœlum lætitiæ, quam nubilum aut pluvia deformatum, melius multo respondet.

30 *Dona*] Armillas, hastas, torques,

Digitized by Google

Justitiamque sui caste placasse Parentis;
  Illo quæ templum pectore semper habet.
Quaque ierit, felix adjectum plausibus omen;
  Saxaque roratis erubuisse rosis.
Protinus argento veros imitantia muros,
  Barbara cum victis oppida lata viris;
Fluminaque, et montes, et in altis pascua sylvis;
  Armaque cum telis in strue mixta suis.

focis: et placasse caste justitiam sui patris, quæ habet semper templum in illo pectore: et qua transiverit omen lætum additum plausibus, et saxa erubuisse rosis roratis. Continuo urbes Barbaras transvectas referentes ex argento muros dejectos, cum viris victis. Et fluvios, et montes, et pascua in montibus excelsis, et arma in

30 In Mss. Barthii *damna* pro *dona*.—33 Sic Heins. emend. ex Sa. Comb. et uno Med. cum pr. Ed. et Scaligeri Excerptis; vulgo legebatur *Justitiaque sui castos placasse parentes:* et sic P. Dan. nisi quod habet *sanctos*, pro *castos*: Excerpt. Voss. *caros*.—34 Sic Heins. corr. vulgati et scripti *Illo quo templ.* nisi quod Arund. pro var. lect. *Illa quæ*.—36 Vett. libri, teste Ciofano *roratis;* at vulg. *jactatis*.—37 *Versos* Sarravianus et plerique alii; recte. Sequenti versu idem Sarrav. et tres alii, *pictis viris*. Excerpta Vossii, *vinctis*. Puto, *fictis;* ex argento videlicet. *Heins.* Non placent illi *picti*, vel *ficti viri*. Nescio an non glossator apposuerit vocem illam, *pictis*, alii voci, tanquam explicationem, et forte legendum, *Barbara cum titulis oppida lata suis:* nam viros effingi et imponi ferculis non memini me legere, sed titulos ascribi notum est; hos pictos fuisse glossator indicare voluit. 'Viris' autem et 'meus,' 'tuus,' 'suus' sæpius permutantur in Ovidii libris: quia tamen seq. disticho iterum 'sua' vel 'suis' repetitur, mallem, si *viris* est retinendum, Vossiani codicis lectionem, *vinctis viris*, ut captivi vinctis post terga manibus in triumpho ducti intelligantur, iisque addita fercula, quibus nomina vel figuræ oppidorum captorum inscripta legebantur. *Veros* etiam *muros* præferrem: cum quia non puto in ferculis muros eversos exhibitos, certe nunquam id legi, tum quia verbum 'imitari,' *veros* postulare videtur; ut lib. I. Ex Pont. 2. 45. 'Somnia me terrent veros imitantia casus:' et VIII. Met. 195. 'Ut veras imitentur aves.' Vide lib. XI. Met. 588. *Burm.*—39 In nonnullis *Fluminaque montesq.* in aliis *Fluminaque et fontes*. Mox *in altis pascua sylvis* ex Excerpt. Scaliger. Comb. et tribus aliis arridet Heinsio; nisi quidem mavis *Fluminaq. in montes et in altas proflua sylvas;* nam Jun. *in montes:* Arund. *Fluminaq: et fontes et latis proflua sylvis*. In marg. Bersm. Edd. *in lætis pascua sylvis;* Fr. *jactis*, et unus *arctis*.—40 In aliis *juncta* pro *mixta:* in nonnullis etiam *mista* vel *mixta*

NOTÆ

aliaque id genus solenne fuit illis dare qui sese fortiter in bello gessissent.

31 *Pictas*] Togam dicit palmatam seu trabeam qua induti vehebantur triumphantes.

33 *Parentis*] Augusti vitrici, qui et Tiberii pater fuit per adoptionem.

34 *Illo*] Tiberii, scilicet, quasi justus maxime justitiam coluerit.

36 *Roratis*] Atque adeo recentibus et splendentibus; neque vero parum ad pulchritudinem rosarum confert ros leviter aspersus.

Erubuisse] Quia maxima copia per vias projectæ, ad decorandum Tiberii triumphum.

37 *Argento*] Ex quo structæ urbium imagines, quæ a Tiberio eversæ, et in

Digitized by Google

Deque triumphato, quod Sol incenderit, auro
  Aurea Romani tecta fuisse fori.
Totque tulisse duces captivis addita collis
  Vincula, pæne hostes quot satis esse fuit.
Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt:
  In quibus et belli summa caputque Bato.
Cur ego posse negem minui mihi Numinis iram,
  Cum videam mites hostibus esse Deos?
Pertulit huc idem nobis, Germanice, rumor
  Oppida sub titulo nominis isse tui.

cumulo, mista cum telis suis. Et tecta fori Romani fuisse aurea de auro triumphato, quod Sol illustraverit. Et tot duces tulisse laqueos injectos collis subditis, quot fere satis fuit esse hostes. Maxima pars horum consecuti sunt vitam et veniam, inter quos etiam Bato summa et caput belli. Quam ob rem ego nolim iram numinis mihi infensi posse leniri, cum cernam Deos esse lenes hostibus? Fama eadem pertulit nobis huc, Germanice, Urbes transvectas sub titulo nominis tui. Atque eas

sua.—41 *Triumphato* ex uno V. recepit Heins. pro vulg. *Triumphorum:* alii etiam *tropæorum.* Deinde Sa. Arg. aliique nonnulli *S. incenderet, aur.*—43 *Captivis* ex nonnullis scriptis, probante Naugerio; vulg. *captivos.*—45 P. Dan. et pr. Ed. *pars hominum vit.* Mox *tulerunt* scripti; vulg. *tulere.*—46 *Bato* ex Sa. et Scaliger. Cod. Heins. recepit pro vulg. *fuit.*—47 Ms. Bersm. *eg. non sperem min.* Mox *Numinis* rescripsit Heins. ex Sa. Scaliger. Arg. et multis aliis pro vulg. *Cæsaris:* nonnulli etiam *principis.*—49 Quinque libri *Protulit h.* Tum pro *huc,* multi *hic;* et quædam Edd. *hoc.*—50 Muretus castigabat *sub titulos*

NOTÆ

triumphi ferculis una cum montibus et fluminibus aliisque, de more, latæ.

41 *Triumphato*] Quod in triumphum latum fuit.

Incenderet] Ardere vero videntur metalla expolita, cum Solis radiis illustrantur.

42 *Aurea*] Ex repercussu radiorum Solis ex auro fulgentium. Namque aliam hujus loci expositionem non probo.

Romani] Vetus et magnum dictum fuit inter Capitolinum et Palatinum montes, cui templum Capitolinum imminebat, quo triumphantes ascendebant.

44 *Quot*] Quot in toto aliquo hostium exercitu satis esset, fuisse. Captivi, inquit, justum exercitum facere potuissent.

46 *Bato*] Pannonius dux fuit, quem præmiis ingentibus donatum Tiberius Ravennam transtulit; gratiam referens, ut ait Suetonius, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum passus esset evadere.

47 *Numinis*] De Augusto loquitur.

48 *Mites*] Siquidem Tiberius Augustusque adeo Batoni aliisque ducibus Pannoniis pepercerunt.

49 *Germanice*] Filius fuit Drusi, a Tiberio patruo, Augusti voluntate, adoptatus, qui cum Tiberio eodem præclara multa in Germania gessit; ob quæ oppida dicit isse sub titulo nominis sui: deinde solus triumphum alium meruit, quem quarto ab Augusti obitu anno de Chattis et Cheruscis, multo ante decretum, egit.

Digitized by Google

Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis,
  Nec satis ingenio tuta fuisse loci.
Di tibi dent annos! a te nam cetera sumes;
  Sint modo virtuti tempora longa tuæ.
Quod precor eveniet: sunt quiddam oracula vatum:
  Nam Deus optanti prospera signa dedit.
Te quoque victorem Tarpeias scandere in arces
  Læta coronatis Roma videbit equis:
Maturosque Pater nati spectabit honores,
  Gaudia percipiens, quæ dedit ipse suis.
Jam nunc hæc a me, juvenum belloque togaque
  Maxime, dicta tibi vaticinante nota.
Hunc quoque carminibus referam fortasse triumphum:
  Sufficiet nostris si modo vita malis.

neque crassitudine muri, neque armis, neque natura loci fuisse satis tutas adversus te. Dii tibi præbeant vitam! Nam capies cetera a te; dum tempora sint longa tuæ virtuti. Quod oro fiet: oracula Poëtarum sunt aliquid: nam Deus fecit signa læta voventi. Roma læta aspiciet etiam te victorem ascendere in arces Tarpeias equis coronatis, et pater intuebitur honores properatos filii, sentiens lætitiam quam ipse præbuit suis. Maxime juvenum et bello et pace, hæc nunc jam perspecta dicta tibi a me vaticinante. Forte cantabo quoque hunc triumphum versibus; si modo

nom. Tum nonnulli legunt *esse* pro *isse*.—51 Ms. Bersm. *contr. non mur.*—52 P. *sat. ex positu tut.*—54 Serv. *mod. virtutis temp.*—55 Duo libri *Quæ pr. evenient;* et quatuor *eveniant:* P. et Serv. *eveniat:* Deinde *quiddam* ex conj. Heins. vulg. *quædam.* P. *sunt longa pericula vatum.*—56 Alii *Et D.* Heins. malit *Jam.*—57 Quinque vett. *scand. turres;* Heins. conj. *rupes.*—60 Leid. *Gaud. prospicieus;* et Excerpt. Voss. *præcipiens.* Mox *ipse* ex vett. Ciofanus profert: vulg. *ante;* Jun. et duo alii *usque.*—61 Duriora hæc emollire liceret; si legeretur *Jam tamen hæc.* Burm.—62 Jun. et quatuor alii *puta* pro *nota.*—63 Ms. Bersm. *Hunc ego carm.* Tum quædam membranæ *refer. quandoque tr.* 'In Juniano, *qñque*, quod Heinsius notabat esse, *quandoque*, et placebat præ *fortasse;* promittit enim non dubitanter carmina, si modo sufficiet vita.' *Burm.*

NOTÆ

52 *Ingenio*] Cum aut in paludibus aut præruptis montibus posita essent ea oppida.

54 *Tempora*] Non abs re vitam Germanico precabatur, qui veneno a Pisone, non sine Tiberii fraude, tollendus fuit.

57 *Tarpeias*] In monte Tarpeio positum erat Capitolium, quo triumphantes Diis gratias acturi ascendere solebant. Dictus autem fuit eo nomine mons ille a Tarpeia virgine Vestali scutis ibidem ab iisdem Sabinis obruta, quibus patri suo concreditam Capitolinam arcem prodiderat.

58 *Coronatis*] Lauro vero coronabantur etiam quatuor equi albi, qui triumphalem currum trahebant.

61 *Toga*] Pacis tempore.

64 *Sufficiet*] Atqui non suffecit;

Digitized by Google

Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas:
Abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.
Quod si, me salvo, dabitur tibi laurea templis;
Omina bis dices vera fuisse mea.

vita sufficiet nostris ærumnis; nisi ipse tinxero prius spicula Scythica, et sævus Getes reciderit hoc caput gladio. Quod si laurea tibi offeretur in templis me salvo fateberis præsagia mea fuisse bis vera.

—64 *Sufficiet* meliores. *Heins.* Alii *Sufficiat.*—65 Leid. *Induero S.* Mox Ed. pr. *non prior ips.*—67 *Tibi* Heins. dedit ex multis scriptis pro vulg. *tua.* Tum ' P. et Leid. *gloria templ.* an pro *adorea?*' Burm.—68 In quibusdam excusis *Omnia bis;* P. et tres alii *Carmina.*

NOTÆ

namque circa Triumphi hujus tempora diem obivit.

67 *Laurea*] Corona ex lauro, quam Diis deponebant in Capitolio qui triumphaverant.

68 *Bis*] Quia et tu triumphum duxeris, et ipse salvus fuero.

EPISTOLA II.

MESSALLINO.

ARGUMENTUM.

MESSALLINUM rogat ut eo quo solebat vultu salutem accipiat missam vel ab ipso mari Euxino, ubi Poëta exulabat. Eumque monet ut, lecto ejus nomine, non dubitet etiam legere totam epistolam: quandoquidem non perpetravit tot ac tanta mala ut ejus carmina non possint ab eo legi. Deinde illum artificiose precatur ut, cum tempus ad id idoneum extet, sibi Augustum reconciliet. Postremo monet ut hoc tentet ea lege, si viderit sibi id minime nociturum.

ILLE domus vestræ primis venerator ab annis
Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti,

Ille Naso cultor domus vestræ a prima ætute relegatus ad læva Ponti Euxini

1 Pro *venerator* Excerpt. Voss. *imitator;* unde Heins. faciebat *mirator.*—2 Unus liber *Missus ad.* Tum alius *extremi N.* In cod. etiam Medonii *sinist.*

Digitized by Google

Mittit ab indomitis hanc, Messalline, salutem,
  Quam solitus præsens est tibi ferre, Getis.
Hei mihi, si lecto vultus tibi nomine non est
  Qui fuit, et dubitas cetera perlegere!
Perlege, nec mecum pariter mea verba relega:
  Urbe licet vestra versibus esse meis.
Non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset,
  Clara mea tangi sidera posse manu.
Nec nos, Enceladi dementia castra secuti,
  In rerum dominos movimus arma Deos.
Nec, quod Tydidæ temeraria dextera fecit,
  Numina sunt telis ulla petita meis.
Est mea culpa gravis, sed quæ me perdere solum
  Ausa sit, et nullum majus adorta nefas.

mittit tibi, Messalline, hanc salutem a feris Getis, quam consuevit ferre præsens. Væ mihi misero, si nomine viso facies non est tibi eadem quæ fuit, et vereris perlegere reliqua! Perlege, neque pelle pariter meos sermones mecum: conceditur meis carminibus esse in Urbe vestra. Ego non induxi in animum astra lucida posse tangi mea manu, si Ossa tulisset Pelion. Neque nos secuti castra furiosa Enceladi, gessimus arma adversus Deos Dominos rerum. Neque, quod manus audax Tydidæ pavit, ullus Deus vulneratus est armis meis. Meum peccatum est magnum, sed quod potuerit perdere me solum, neque incepit majus flagitium. Nihil possum appellari

sui; ut Euxinum jam 'suum' dicat, ad quem tamdiu habitavit.—5 Multi *Heu mih.* Sa. *O mih. quid lect.* Heins. conj. *Hei mih. quod lect.*—6 Mor. *et dura cetera mente legis.* Jun. *omnia* pro *cetera.*—8 Quatuor libri *lic. nostra vers.* —12 Membranæ Auctoris Elect. Eton. *Terrarum domin.* unde ipse conj. *Terrarum in domin.*—15 Unus liber *Est mihi culp.*—16 Recte: *adorta* Sarrav. Argent. Combii, Twisd. aliique nonnulli: ut apud Virgil. VII. 385. 'simulato numine Bacchi Majus adorta nefas.' *Heins.* Alii *adorsa.* 'Post hunc versum Ms. inserit sequentes duos versus, *Neve roges, quæ sit stultam quam scripsimus*

NOTÆ

2 *Sinistra*] Tomi enim ab Euxini maris parte sinistra illuc venientibus apparent.

6 *Qui fuit*] Serenus, scilicet, atque hilaris.

9 *Pelion*] Thessaliæ mons fuit altissimus, cui Ossam, ejusdem regionis alium montem, gigantes olim cœlum petituri imposuisse dicuntur.

10 *Tangi*] Ut deinde giganteo more Diis bellum intentarem.

11 *Enceladi*] Quem, Terræ filium, fulmine ictum, Jupiter Ætnæ monti supposuit.

13 *Tydidæ*] Diomedis, Tydei filii, qui Venerem bello Trojano ferro violavit.

Digitized by Google

Nil, nisi non sapiens possum timidusque vocari:
Hæc duo sunt animi nomina vera mei.
Esse quidem fateor, meritam post Cæsaris iram,
Difficilem precibus te quoque jure meis.
Quæque tua est pietas in totum nomen Iuli,
Te lædi, cum quis læditur inde, putas.
Sed licet arma feras, et vulnera sæva mineris;
Non tamen efficies, ut timeare mihi.
Puppis Achæmeniden Graium Trojana recepit:
Profuit et Myso Pelias hasta duci.
Confugit interdum templi violator ad aram,
Nec petere offensi numinis horret opem.
Dixerit hoc aliquis tutum non esse; fatemur:
Sed non per placidas it mea puppis aquas.

nisi non cautus, et pavidus: hæc duo sunt vera nomina mei ingenii. Agnosco equidem te esse merito durum precibus meis, post iram meritam Cæsaris. Et ut se habet tua pietas in totam gentem Iuli, credis te offendi, cum aliquis ex illa offenditur. Verum tametsi geras arma, et intentes feras plagas, non tamen consequaris, ut metuaris a me. Navis Trojana recepit Achæmeniden Græcum: et hasta Pelias opem tulit duci Myso. Nonnunquam violator templi confugit ad altare; neque aversatur poscere auxilium Dei læsi. Aliquis dixerit hoc non esse tutum; agnoscimus; ve-

artem, Innocuas nobis non sinit esse manus.' Bersman.—17 Excerpt. Voss. *timidusq. notari.*—18 Pro *nomina* quidam Codd. *munera:* Burm. conj. *crimina.*—19 Pat. *post judicis ir.*—20 Excerpt. Voss. *posse* pro *jure.*—23 Pro *feras* Heins. mallet *ferox*, ut ad ' mineris' referatur. Excerpt. Voss. *et funera sæv.*—24 Jun. *Et tamen efficias:* Arund. etiam et Pol. habent *efficias.*—26 Multi scripti *Telepho* pro *Myso.*—27 Feschianus *templ. temerator ad.*—31 In quibus-

NOTÆ

18 *Vera*] Ut graviori nota non possit argui.

21 *Nomen*] Gentem Juliam; quæ ab Iulo Æneæ filio in Julium Cæsarem derivata, tum temporis in Augusto, Julii filio per adoptionem, florebat.

22 *Inde*] Ex domo Julia.

23 *Feras*] Stes a partibus Cæsaris: namque armis nihil opus hic fuit. Tropice locutus est.

25 *Achæmeniden*] Hunc Ulyssis infelicem comitem Æneas in navem recepit, cujus admonitu Cyclopum effugit sævitiam, ut elegantissime narrat Virgilius.

26 *Myso*] Telepho, Herculis filio, regi Mysiæ in Phrygia; qui quidem ab Achille vulneratus, quo tempore hic in Trojam navigaret, oraculo admonitus fuit ut ex eadem hasta sibi remedium peteret qua fuerat percussus. Quare Herculi reconciliatus, ex illius hastæ rubigine malagma paravit, quo sanitati pristinæ restitutus fuit.

Pelias] Eo nomine appellata hasta Achillis quam præter ipsum nullus ob magnitudinem vibrare poterat.

29 *Hoc*] Ad violati numinis aras confugere.

30 *Non it*] Omnia adeoque, si forte prosint, uti in maximo periculo, tentanda.

Digitized by Google

Tuta petant alii. Fortuna miserrima tuta est:
  Nam timor eventus deterioris abest.
[Qui rapitur fatis, quid præter fata requirat?
  Sæpe creat molles aspera spina rosas.]
Qui rapitur spumante salo, sua brachia cauti
  Porrigit, et spinas duraque saxa capit.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
  Audet ad humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto,
  Quæ fugit infestas territa cerva canes.
Da, precor, accessum lacrymis, mitissime, nostris:
  Nec timidis rigidam vocibus obde forem.
Verbaque nostra favens Romana ad Numina perfer,
  Non tibi Tarpeio culta Tonante minus.
Mandatique mei legatus suscipe causam:
  Nulla meo quamvis nomine causa bona est.

rum navis mea non currit per aquas quietas. Alii sequantur tuta. Fortuna miserrima est tuta: namque nullus est metus pejoris eventus. Qui abstrahitur fatis, cujus opem poscat nisi fati? sæpe spina sæva gignit teneras rosas. Qui aufertur mari spumoso tendit suos lacertos rupi, et prehendit spinas, et saxa aspera. Avis metuens accipitrem pennis trementibus, lassa non reformidat venire ad sinus humanos. Neque cerva tremens quæ vitat canes sævos veretur se credere domui proximæ. Præbe, quæso, lenissime, aditum nostris fletibus; neque occlude januam sævam verbis pavidis. Et æquus perfer nostros sermones ad Deos Romanos, tibi non minus honoratos tonante Tarpeio. Atque orator præcepti mei admitte causam; tametsi causa nequa-

---

dam scriptis *tuta:* vulg. *nostra.*—32 Sa. *tim. eventu:* Heins. conj. *eventi.*—33 In uno libro *ventis, quid præter fata relinquit.*—35 Quidam *freto* pro *salo;* et in uno Cod. *brachia nanti,* et Bersm. Ed. *campi.*—36 Alii *Porr. ad spin.* sed hoc et præcedens distichon superfluum et tollendum censet Heinsius.—37 Nonnulli Codd. *Accipitremque timens penn.*—38 *Ad* ex scriptis reposuit Heins. pro vulg. *in.*—40 P. *Cum fug.* et alii *infestos terr.*—42 Mss. Barthii *Nec totidem tim.* unde ille *totam.* Deinde vett. quinque *obd. seram.*—43 Jun. et duo alii *fovens* pro *favens.* R. etiam *N. profer.*—47 Nonnulli *server*

NOTÆ

31 *Tuta*] Est sane, siquidem nihil pejus possit accedere.

33 *Quid præter*] Istud significat, siquidem satis abripiatur per fata, et quasi sine consilio, sibi omnia esse tentanda.

34 *Creat*] Atque adeo ex mediis calamitatibus lætissima quandoque exsurgunt. Tempestate in portum nonnunquam naves impelluntur.

43 *Romana*] Augustum et liberos.

44 *Tarpeio*] Jove Capitolino.

46 *Nomine*] Quod Augusto invisum.

Digitized by Google

Jam prope depositus, certe jam frigidus, ægre
  Servatus per te, si modo servor, ero.
Nunc tua pro lapsis nitatur gratia rebus,
  Principis æterni quam tibi præstat amor.
Nunc tibi et eloquii nitor ille domesticus adsit,
  Quo poteras trepidis utilis esse reis.
Vivit enim in vobis facundi lingua parentis;
  Et res hæredem reperit illa suum.
Hanc ego non, ut me defendere tentet, adoro:
  Non est confessi causa tuenda rei.
Num tamen excuses erroris imagine factum,
  An nihil expediat tale movere, vide.
Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,
  Non contrectari tutius esse putem.

quam est bona meo nomine. Jam fere sepultus, sane jam ægrotus gelidus, ero restitutus per te, si saltem restituar. Favor tuus quem tibi præstat amor Principis immortalis nunc contendat pro rebus perditis. Nunc etiam splendor ille familiaris eolquentiæ, quo poteras juvare reos pavidos tibi præsto sit. Lingua enim diserti patris est superstes in vobis, et illa res invenit hæredem suum. Ego illam non imploro, ut conetur me tueri; causa rei confessi non est defendenda. Perpende tamen an excuses factum specie erroris, an nihil juvet tale incipere. Illud est genus vulneris, quod cum non sit medicabile, arbitrer esse me-

pro *servor*.—49 Sa. *pro lapsis nit*.—50 Aut *præstat* legendum cum Argent. aliisque plurimis; aut, *æternum præstet*, vel, *æternam*: nisi mavis, *Principis alterni quam tibi præstat amor;* ut de Tiberio etiam intelligatur: sed verius alterum. *Heins.* Al. *præstat:* ut nunc interpretor, Quam tibi præstet gratiam amor Principis, quem propterea longissimi ævi ominor. Potest etiam legi, *æternus præstet amor;* vel cum Heinsio *æternum*, seu *æternam*. Auctor Elect. Eton.—51 Malim *mihi* [pro *tibi*]: Nunc mihi adsit eloquium tuum. Recte autem illud, 'nitor eloquii domesticus,' nam in Messalla Corvino nitorem orationis multum commendat Quintilianus; et Tacit. Ann. III. 34. 'Mox Valerius Messallinus, cui parens Messalla, ineratque imago paternæ facundiæ, respondit.' *Heins.* Recte *mihi* Heinsius: sed ita explica: Illud eloquium, quo utilis esse soles reis, adsit nunc mihi, id est, patrocinetur: nam *adesse* reis advocati dicuntur. *Furor ille* Argent. *eloquio* Polit. *Burm.*—52 *Reis* profert Ciofanus ex vett. libris pro vulg. *viris*.—54 Pro *illa* alii *ipsa*, vel *ista*.—57 Mss. et Edd. quædam *Non tam*. Jun. *sed;* pr. Ed. *Nec;* Ed. Bersm. *Nunc*. Mox *imagine* recepit Heins. ex multis scriptis pro vulg. *origine*.—58 *Movere* cum melioribus Heins. edit; alii *monere*.—59 Bersm. Ed. *cum curabile non;* et in margine, *narrabile*, et *tractabile*. Tum quædam membranæ *est* pro *sit*.—60 Alii legunt *Hoc non*, vel *Non hoc tractari*.

NOTÆ

47 *Depositus*] Sepultus.
50 *Æterni*] Immortalis Augusti.
51 *Nunc*] Cum pro me orabis.
54 *Res*] Lingua, scilicet, facundi parentis, aut eloquentia.
55 *Non adoro ut*] Quia me reum esse fateor.
58 *Tale*] Excusare factum imagine

Digitized by Google

Lingua, sile: non est ultra narrabile quicquam.
  Posse velim cineres obruere ipse meos.
Sic igitur, quasi me nullus deceperit error,
  Verba face, ut vita, quam dedit ipse, fruar.
Cumque serenus erit, vultusque remiserit illos,
  Qui secum terras imperiumque movent;
Exiguam ne me prædam sinat esse Getarum,
  Detque solum miseræ mite, precare, fugæ.
Tempus adest aptum precibus: valet ipse, videtque
  Quas fecit vires, Roma, valere tuas.
Incolumis conjux sua pulvinaria servat:
  Promovet Ausonium filius imperium.

lius non tangi. Lingua, tace: nihil est amplius dicendum. Ipse cupiam posse sepelire meos cineres. Perinde ergo loquere, ac si nulla inscitia me fefellerit, ut fruar vita quam ipse indulsit. Et cum lubens erit, et posuerit illos vultus, qui agitant secum terras et imperium, orato ne patiatur me esse tenuem prædam Getarum, et præbeat quietam terram infelici exilio. Tempus adest idoneum precibus: ipse valet, et videt opes tuas, quas fecit, pollere, o Roma. Uxor salva servat sua pulvi-

Deinde ex Ha. Heins. recepit *putem* pro vulg. *puto*.—62 Unus V. *ante* pro *ipse*.—67 Forte, *Exiguum*, per appositionem: Me exiguum et vilem ne velit esse prædam. *Burm*.—69 Sa. *illa* pro *ipse*: et mox seq. vs. *Qua fec.* Deinde

NOTÆ

erroris, quasi imprudens et nolens Poëta Augustum læserit.

59 *Vulneris*] De crimine suo agit, potius Cæsaris offensione.

61 *Sile*] Siquidem vulnus non sanabile.

Ultra] Postquam non sanabile esse intelligitur.

62 *Obruere*] Ne quicquam de me extet amplius.

63 *Quasi*] Cautissimum istud fuit. Namque Poëta, si quasi ob errorem relegatum se finxisset, graviori pœnæ locum dedisset, si forte majus ejus crimen cognovisse postea Augustus testatus esset. Confitendo contra se ob crimen suum, cujuscumque generis illud denique fuerit, ab Augusto patrum, siquidem Poëtæ vitam concessisset, injurium non fuit ab eodem petere, uti igitur commutato exilii loco, ea frui liceret, quæ Tomis pro sententia ejus non concederetur.

65 *Vultus*] Graves ac severos.

71 *Conjux*] Livia.

Pulvinaria] Optime pro thalamo seu conjugio posita pulvinaria scripsit Mycillus. Adulandi enim causa tanquam de Diis loquitur, quibus in templis pulvinaria sterni solebant.

72 *Ausonium*] Italum: namque ab Ausonibus antiquissimis Italiæ populis Ausonia quoque ea dicta est.

Filius] Tiberius, scilicet, cui, ob res fortiter gestas, jamdiu decretus triumphus; quem tamen, ob cladem Varianam mœsta civitate, distulit.

Digitized by Google

Præterit ipse suos animo Germanicus annos,
  Nec vigor est Drusi nobilitate minor.
Adde nurus, neptesque pias, natosque nepotum,
  Ceteraque Augustæ membra valere domus.
Adde triumphatos modo Pæonas, adde quieti
  Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.
Nec dedignata est abjectis Illyris armis
  Cæsareum famulo vertice ferre pedem.
Ipse super currum placido spectabilis ore
  Tempora Phœbea virgine nexa tulit.

naria: filius auget imperium Ausonium. Ipse Germanicus superat animo suam ætatem, neque vigor Drusi est inferior nobilitate. Adde nurus, et pias neptes, et filios nepotum, et reliquas partes domus Augustæ valere. Adde Pæonas modo triumphatos; adde vires Dalmatiæ montanæ pacatas. Neque Illyris negavit ferra pedem Cæsareum capite subdito, armis projectis. Ipse conspiciendus vultu leni in curru habuit tempora vincta virgine Phœbea. Quem pii liberi, digni patre suo

Jun. Leid. et multi alii *suas* pro *tuas*.—73 Pro *ipse* Barb. *ille:* Heins. malebat *ecce*.—74 *Est Druso* malim; vel *in Druso*. Heins.—75 Sic Heins. ex Arg. Scaliger. multisque præterea: Sa. Pol. et alii *Adde nurum neptemque pias*. Tum alii *carosque nepotes;* quidam etiam *natosq. nepotis*.—77 Pro *quieti* R. *quieto*, et Sa. *quietis*. Heins. conj. *Quiriti* vel *Pineti*. Sed vid. Not. Var.—78 Burm. conj. *Reddita mont*.—82 Heins. corr. *Temp. Penea virg*. Gronovius

NOTÆ

73 *Præterit*] Major quia fuit virtus quam per ætatem liceret.

74 *Drusi*] Hic fuit Tiberii ex Agrippina filius; cujus uxor Livia soror Germanici, de quo Tacitus.

75 *Nurus*] Antoniam Drusi Tiberii fratris, Agrippinam Germanici, Liviamque Drusi Tiberii filii, uxores intellige; namque de Caii et Lucii Cæsarum, jamdiu defunctorum, uxoribus minus commode accipias.

Neptes] Per neptes nepotesque, Germanici Drusique junioris, de quo modo, liberos intellige, in quibus quidem Caligula, qui Tiberio successit, Agrippina, quæ primum Domitio nupsit, unde Nero, mox Claudio imperatori juncta est, Julia item et Drusilla, aliique, de quibus Tacitus.

76 *Membra*] Propinquos et quoquo modo Augustæ domui conjunctos dicit.

77 *Pæonas*] Gens fuit in Mysiæ superioris confinio, non longe ab Illyriis et Pannoniis, quas in partes Tiberius una cum Germanico Romanas acies intulit.

78 *Dalmatiæ*] Illyrici pars est, cujus regionis incolæ plerumque sub sylvis agebant, unde in latrocinia promtissimi, sæpius etiam adversus Romanos rebelles.

79 *Illyris*] Regio est ad oram maris Adriatici Italiæ opposita.

80 *Cæsareum*] Tiberii, qui de Dalmatis et Pannoniis, aliisque ejus tractus gentibus, triumphavit.

81 *Ipse*] Tiberius, scilicet, non Augustus, sicuti nonnulli exposuerunt.

82 *Phœbea*] Lauro, in quam Daphne

Digitized by Google

Quem pia vobiscum proles comitavit euntem,
  Digna parente suo, nominibusque datis.
Fratribus assimilis, quos proxima templa tenentes
  Divus ab excelsa Julius æde videt.
His Messallinus, quibus omnia cedere debent,
  Primum lætitiæ non negat esse locum.
Quicquid ab his superest, venit in certamen amoris :
  Hac hominum nulli parte secundus eris.
Hunc colis, ante diem per quem decreta merenti
  Venit honoratis laurea digna comis.

et nominibus concessis, comitati sunt vobiscum dum incederet. Persimilis est *fratribus, quos habentes ædes proximas Divus Julius videt ex sublimi templo. Messallinus non diffitetur primum locum lætitiæ esse his, quibus omnia debent cedere. Quicquid reliquum est ab istis, venit in certamen amoris : nulli hominum eris inferior hac in parte. Istum veneraris, per quem laurea digna decreta ante tempus me-*

ex Pirckheimeriano Cod. *Phœbea conjuge ferr.*—83 Leid. et editi quidam *pi. nobiscum prol.* Mox Heins. conj. *comit. ovantem.*—84 R. *parent. sua nom.* et Serv. *suis* pro *datis:* Heins. malebat *ratis.*—85 Heins. malebat *Fratr. assimiles.* Deinde P. *templ. tuentes;* et Bas. *colentes.*—86 Cod. Gallicus *Dius,* vel *Summus,* pro *Divus;* et *Summus* habet Pol. et undecim alii. Mox quatuor libri *J. arce vid.*—88 In quibusdam *Lætit. prim.* inverso ordine. Mox Arg. *ille* pro *esse.*—89 Jun. *Quiquis ab.* Mox Leid. *ad* pro *in.* R. *in certamina nostri;* et duo libri *in certamen honoris.*—91 In vulgatis erat *Hanc colit, ante diem per quam decr.* et Ciofanus ex Codd. profert *Hanc colit ante diem quanquam.* Sa. omnium veterrimus *Hanc colet;* et *quamque decr.* alii complures *colis,* et

NOTÆ

mutata, Penei filia, Phœbo carissima.

83 *Vobiscum*] De Messallino aliisque Tiberio additis ducibus loquitur, qui currum ejus prosecuti, dum triumpharet.

Proles] Drusus, scilicet, Tiberii filius.

84 *Nominibus*] Cæsar quippe appellabatur, sicut et reliqui ex domo Augusta.

85 *Fratribus*] Caium et Lucium Cæsares intelligendos esse omnino censeo, qui tanquam successores Julii Cæsaris, Augusti vero ex filia nepotes, in æde Veneris genitricis sub ipsius Cæsaris simulacro locati fuerant. Quanquam aliorum sequi opinionem si quis voluerit, per me licet; neque anxie hujusmodi nugas astruere unquam libuerit.

86 *Æde*] Julio vero Cæsari divini honores attributi, templa etiam dicata, Romæ quidem in ea regione ubi ædes Castoris.

87 *His*] Quos memoravit ex gente Augusta.

Cedere] Namque illos maxime ex victoria partoque triumpho lætari decuit.

89 *Quicquid*] Hominum, scilicet, reliquum est post illos supra recensitos.

Venit] Quia nulli cessurus est præterea Messallinus.

91 *Hunc*] De Tiberio intelligendum, qui Messallino Pannoniæ præ-

Digitized by Google

Felices, quibus hos licuit spectare triumphos,
Et Ducis ore Deos æquiparante frui.
At mihi Sauromatæ pro Cæsaris ore videndi,
Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.
Si tamen hæc audis, et vox mea pervenit istuc;
Sit tua mutando gratia blanda loco.
Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab ævo,
Si quid habet sensus umbra diserta, petit.

renti venit comis decoratis. Beati quibus concessum est cernere hos triumphos, et gaudere vultu Imperatoris simili Diis. At Sauromatæ sunt mihi spectandi pro vultu Cæsaris, et tellus nescia pacis, et aqua compacta glacie. Si tamen audis hæc, et verba mea pertingunt istuc, favor tuus sit lenis ad commutandum locum. Ille tuus genitor honoratus a me ab annis teneris, si Manes facundi habent aliquid sen-

quanquam. Heins. insistit vestigiis Sa. Codicis; mutatque nihil nisi *quamque* in *quam qua:* nam in super. vs. habet *secund. erit,* non *eris;* quod quidem putat superiora 'His Messallinus' confirmare: vs. igitur sic constituit, *Hanc colet ante diem, quam qua decr. &c.* Minime vero prætermittendum putat, quod in Arg. exaratum occurrit *quaquam decr. parenti.* 'Quid sit *ante diem* in Heinsiana interpretatione non video. Emendationem et ego tentavi: sed vereri fateor, ut vel Heinsii vel nostra lectione satis arcte cum prioribus hæc conveniant. Legebam tamen, *Quis,* vel *Quam colat ante diem, quicum decreta merenti Venit, &c.?* aliquis fortasse malit, *quam qua,* pro *quicum.* Sic autem interpretabimur: Quis enim magis veneretur diem hanc Tiberiani triumphi, quam Messallinus, cum qua die venit ei laurea initio belli decreti? vel, Quam enim magis veneretur diem Messallinus, quam hanc, qua, seu, quicum, &c.? potest etiam legi, *Hanc colet usque diem quicum, &c.* nam animadverti *usque* et *ante* in libris permutata, ut Eleg. præced. vs. 60.' *Auctor Elect. Eton.* Locus perplexus: et durum videtur *hunc,* vel *hanc,* referre ad Tiberium, cujus mentio in proximis non fit; neque illud *ante diem* intelligo: cum autem præcesserint duo fratres, quos similes Castori et Polluci esse ait, et Heinsius Germanicum et Drusum intelligat, malim, *Hos colis, atque fidem, per quam decreta merenti:* Tu Messalline colis hos, et simul fidem, qua meruisti lauream. *Dies* et *fides* millies a librariis confusa: sed, ut verum fatear, vera adhuc lectio et sensus quærenda. *Burm.*—93 Sa. et unus V. *o* pro *hos.*—96 Alii *juncta* pro *vincta.*—97 Meliores, teste Heins. *hæc;* alii *hoc.* Mox Excerpt. Voss. *perv. illuc.*—98 Ed. Gryph. *Sic tua;* et Thuan. *Sit tibi.* Tum Excerpta Scaliger. *mutato:*

NOTÆ

fecto ornamenta triumphalia ab Augusto impetravit. Quæ res ex Suetonio et Dione comprobatur.

Ante diem] Quia juvenis admodum cum Tiberio triumphavit.

Merenti] Prudentissime addita vox ista, ne ex Tiberii favore minor videretur Messallini virtus.

93 *Felices*] Suum amorem hac maxime declarat exclamatione Poëta.

94 *Ducis*] Non Augusti, sed Tiberii.

Æquiparante] Jovis quippe ornatu decorati, toga picta, laureaque, curruque aurato vecti, triumphantes in Capitolium ascendebant.

98 *Tua*] Qua polles apud Cæsares.

Mutando] Atque adeo propius Romam, aut in locum mitiorem, transferar.

99 *Ille*] Dignitatem atque reveren-

Digitized by Google

Hoc petit et frater : quamvis fortasse veretur,
  Servandi noceat ne tibi cura mei.
Tota domus petit hoc : nec tu potes ipse negare,
  Et nos in turbæ parte fuisse tuæ.
Ingenii certe, quo nos male sensimus usos,
  Artibus exceptis, sæpe probator eras.
Nec mea, si tantum peccata novissima demas,
  Esse potest domui vita pudenda tuæ.
Sic igitur vestræ vigeant penetralia gentis ;
  Curaque sit Superis Cæsaribusque tui :
Mite, sed iratum merito mihi Numen, adora ;
  Eximat ut Scythici me feritate loci.
Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus :
  Et talis meriti gratia major erit.

sus, istud desiderant. Frater tuus *etiam istud desiderat, tametsi forte metuit ne desiderium mei servandi tibi obsit. Tota domus istud expetit : neque tu ipse potes diffiteri nos quoque fuisse in parte tui agminis. Certe, Artibus demtis, sæpe laudabas ingenium, quo sensimus nos male usos. Neque vita mea potest esse erubescenda domui tuæ, si modo tollas errorem ultimum. Ita ergo penetralia vestræ domus floreant, et Dii atque Cæsar te ament. Precare Deum lenem, sed mihi jure infensum, ut me liberet asperitate loci Scythici. Arduum est, agnosco ; verum virtus petit difficilia ; et gratia hujusmodi officii erit major. Neque vero Polyphemus Ætnæus*

et pr. Thuan. *bland. solo.*—102 Pol. *causa* pro *cura.*—103 Sa. et P. Dan. *dom. rogat hoc.*—105 Mor. *Ingen. cum tu.* Et Leid. *certe queis nos.*—107 Duo libri *noviss. tollas.*—109 Pro *vigeant* Barb. *vivant :* Heins. conj. *vireant ;* et Auctor Elect. Eton. *niteant.* ' Sed quid opus movere *vigeant*, quod florem, prosperitatem et omnia fortunæ bona complectitur?' *Burm.* Deinde Excerpt. Voss. *penetr. mentis.*—110 Alii *Curaq. sis S.* et tum nonnulli *Cæsaribusq. tuis.*—112 *Eximat...me* ex scriptis Heins. legit ; alii *Eximar...de :* libri quatuor *Exuar ut Scyth.* et Marg. Bersm. *Scythica.*—113 Pro *tendit* Heins. conj. *tendat.*

NOTÆ

tiæ testimonium habet vox ista.

100 *Habet*] Quasi dicat hoc maxime in parentis Messallini votis esse, si quid sentiat eorum quæ in terris geruntur, ut Nasonem gratia sua adjuvet.

Diserta] Orator enim eloquentissimus fuit Messallinus.

102 *Noceat*] Si forte invitis oculis Augustus aut Tiberius viderint quod mihi faveas.

103 *Domus*] Messallinorum, scilicet.

104 *Turbæ*] Facit hoc ad Messallini dignitatem; quem plurimos habuisse clientes hinc apparet.

105 *Male*] Quia ad amores irritandos ingenio abusus, in libris præsertim de Arte amandi, uti ille quidem fatetur.

109 *Penetralia*] Domus, atque adeo quæcumque ad gentem attinent vestram.

110 *Cæsaribusque*] Augusto, Tiberio, Germanico, Druso, illisque omni-

Digitized by Google

Nec tamen Ætnæus vasto Polyphemus in antro
  Accipiet voces Antiphatesve tuas:
Sed placidus facilisque Parens, veniæque paratus;
  Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.
Qui, cum triste aliquid statuit, fit tristis et ipse:
  Cuique fere pœnam sumere pœna sua est.
Victa tamen vitio est hujus clementia nostro:
  Venit et ad vires ira coacta suas.
Qui quoniam patria toto sumus orbe remoti,
  Nec licet ante ipsos procubuisse Deos;

in ampla caverna, vel Antiphates accipiet verba tua; sed lenis pater atque facilis, et placabilis: et qui frequenter tonat sine flamma fulminea. Qui cum decernit aliquid luctuosum, ipse etiam luget; cuique est fere supplicium suum repetere pœnas. Attamen hujus mansuetudo est superata nostra culpa; et ira coacta sumsit vires suas. Qui quandoquidem sumus disjuncti a patria toto orbe, neque datur procubuisse co-

---

—114 Sa. *tal. meritis grat.* Heins. conj. *Talibus et meritis.*—116 Barth. Adv. XL. 12. notat in libris Ovidianis veteribus reperiri, *ancipere, ancipiter;* et ita hic *ancipiet* P. Dan. codex: sed fuit sequioris ævi macula. *Burm.*—117 Voss. *placid. patriæque Par.*—118 Voss. *Sed* pro *Et.*—119 Heins. malebat *vit. cujus clement.* omisso *est.*—122 Unus Cod. *in* pro *ad.* Heins. conj. *ad partes ir.*—123 Heins. volebat *quon. a patr.* ' sed Noster Epist. IV. 9. ' Nec vestris damus hæc oculis; procul urbe remoti:' et Met. III. ' Meque ministerio sceleriisque artisque removi.'' *Auctor Eton. Elect.* Sed hic duo illi ablativi impeditam faciunt sententiam; quare posset legi, *patria, ac toto sumus orbe remoti,* ut erat in prima editione et octo scriptis: illud *ac* absorptum ab ultima litera, *a, patria:* P. Dan. *a patria ac;* sed *ac* subnotatum punctis erat. *Patriæ* Arg.

NOTÆ

bus qui in Cæsaream domum adoptati.

111 *Numen*] Ad Augustum refer.

113 *Difficile*] Istud, scilicet, ab Augusto consequi, ut me loci feritate eximat.

115 *Ætnæus*] Polyphemum crudelissimum, atque inter Cyclopas viribus præstantissimum, Ætnæum quoque, quique illius montis antra celebraret, finxit Virgilius.

116 *Antiphates*] Læstrygonum anthropophagorum rex, de cujus feritate in Metamorph. Callidissime vero horum monstrorum commemoratione, Augustum a sævitia, si forte suas epistolas inspiceret, Naso studet revocare: namque eum cum dicit non esse qui Polyphemi aut Antiphatæ mores induerit, iisdem parem fore tacite indicat, si quid gravius in amicos pro se orantes statuerit.

118 *Sine igne*] Quasi dicat verbis, non factis aut suppliciis, injurias suas ulcisci Cæsarem.

119 *Fit tristis*] Ea vero Deo laus digna.

120 *Sumere*] A reis reposcere.

122 *Ad vires*] Ut per vim, non verbis tantum, crimen meum argueret.

123 *Qui*] De seipso loquitur Poëta.

Digitized by Google

Quos colis, ad Superos hæc fer mandata sacerdos : 125
Adde sed et proprias in mea verba preces.
Sic tamen hæc tenta, si non nocitura putabis.
Ignoscas : timeo naufragus omne fretum.

ram ipsis Diis, tu *sacerdos perferto hæc jussa ad Superos quos veneraris ; sed etiam adjice proprias preces meo nomine. Ceterum experiaris ista si credas non obfutura. Parcas* mihi : *naufragus metuo omne mare.*

unde posset, *patriæ et toto.* Burm.—125 Alii *S. perfer mand.*—126 *In* ex Pol. et Mor. alii *ad.* Voss. et septem alii habebant *ad mea vota pr.*—128 Sa. Arg. et quatuor alii *Ignosces : tim.*

NOTÆ

125 *Sacerdos*] Cujus officium et partes pro aliis orare.

126 *Proprias*] Verecunde ; quasi plus quid et quomodo a Diis Augusto Tiberiove petendum fuerit Messallinus quam Naso intellexerit.

128 *Timeo*] Allegorice loquitur, ut se omnia timere doceat.

EPISTOLA III.

MAXIMO.

ARGUMENTUM.

Maximi fidem et constantiam in rebus suis miseris et perditis laudat Poëta, qui non utilitate, ut vulgus ignobile, sed honestate et virtute eos probat quos semel amandos suscepit, hortaturque illum ut in fide perstet, et sibi quantum potest opem ferat.

Maxime, qui claris nomen virtutibus æquas,
Nec sinis ingenium nobilitate premi ;

Maxime, qui æquiparas nomen illustribus virtutibus, neque pateris ingenium ob-

NOTÆ

1 *Æquas*] Quique adeo summis virtutibus præditus : namque Maximus nomine.

2 *Nec sinis*] Tantum valuit ingenio, quantum nobilitate, aut generis dignitate.

Digitized by Google

Culte mihi (quid enim status hic a funere differt?)
  Supremum vitæ tempus adusque meæ:
Rem facis, afflictum non aversatus amicum,
  Qua non est ævo rarior ulla tuo.
Turpe quidem dictu, sed (si modo vera fatemur)
  Vulgus amicitias utilitate probat.
Cura quid expediat prius est, quam quid sit honestum:
  Et cum Fortuna statque caditque fides.
Nec facile invenias multis in millibus unum,
  Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor, recte facti si præmia desint,
  Non movet, et gratis pœnitet esse probum.
Nil, nisi quod prodest, carum est. I, detrahe menti
  Spem fructus avidæ, nemo petendus erit.

turari genere; honorate a me usque ad ultimum tempus vitæ meæ (quid enim hic status distat a morte?) facis rem, qua nulla est rarior ætate tua, non dedignatus amicum prostratum. Est *equidem turpe dictu, sed, si modo agnoscimus vera, vulgus laudat amicitias ex usu. Quæritur ante quid prosit, quam quid sit decorum; et fides permanet et deficit cum fortuna. Nèque temere reperias unum ex multis millibus, qui credat virtutem esse sibi mercedem. Ipsa pulchritudo virtutis non tangit, si merces absit, et piget esse bonum gratis. Nihil est dilectum, nisi quod est utile. Ito, deme animo cupido spem mercedis, nemo erit petendus. At*

1 Scaliger. Cod. et alii nonnulli *virtut. imples.*—3 Duo libri *fun. distat.*—5 Alii *non adversatus amic.* et alter Medonian. *inficiatus.*—6 Plurimi scripti *ull. meo.*—7 Heins. censet *ver. fatendum* reponendum, quomodo Lucretius aliique optimæ notæ auctores scribere amant.—8 P. *amicit. nobilitate prob.*—9 *Prius* recepit Heins. ex scriptis pro vulg. *prior.*—11 *Invenias* ex Arg. et sex aliis reponit Heins. pro vulg. *invenies.* Mox editi olim et plures scripti exhibent *in*; vulg. *e*, vel *ex.*—12 Pol. et duo alii *Virt. pretii.* Deinde P. *ess. sum.*—13 In plurimis Edd. *dec. recti facti.* 'Lege, *factis*, vel *facto*, ut κακοφωνία vitetur.' *Heins. Recte* Sarrav. quare legerem et distinguerem, *Ipse decor recte facti* (vel *factis*) *si præmia desint Non movet:* quod elegantius puto quam, *decor recti. Decor facti recti* pr. Ed. *Burm.*—15 Heins. conj. *nis.*

NOTÆ

3 *Hic*] Quo ego sum inter barbaros.

4 *Supremum*] Quia, ut dixit, jam inter defunctos censendus.

6 *Tuo*] Non temere dixit, sed quasi ipse non amplius in vivis.

8 *Probat*] Neque sine utilitate amicos ullos curat.

12 *Virtutem*] Id est, qui credat sibi Virtutem præmium esse maximum. Contra tamen, si quis reputaverit, nullum aliud majus, neque præstabilius, neque propius bonum quam esse seipsum bonum atque Deo proximum invenerit. Verum simiis nostris haudquaquam istud in animum induxero, quamdiu circulus non deerit ubi choreas celebrare, et crura jactare licuerit.

14 *Non movet*] Quod ni fit tamen,

Digitized by Google

At reditus jam quisque suos amat, et sibi quid sit
  Utile, solicitis supputat articulis.
Illud Amicitiæ quondam venerabile numen
  Prostat, et in quæstu pro meretrice sedet.
Quo magis admiror, non, ut torrentibus undis,
  Communis vitii te quoque labe trahi.
Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est.
  Quæ, simul intonuit, proxima quæque fugat.
En ego, non paucis quondam munitus amicis,
  Dum flavit velis aura secunda meis;
Ut fera nimboso tumuerunt æquora vento,
  In mediis lacera puppe relinquor aquis.
Cumque alii nolint etiam me nosse videri,
  Vix duo projecto tresve tulistis opem.
Quorum tu princeps: nec enim comes esse, sed auctor,
  Nec petere exemplum, sed dare dignus eras.

quisque jam quærit suos proventus, et numerat anxiis digitis quid sibi sit utile. Illud nomen olim venerandum Amicitiæ prostat, et sedet in quæstu pro scorto. Quare magis admiror, te non etiam abripi sorde vulgaris vitii, tanquam aquis currentibus. Nullus amatur, nisi cui fortuna favet; quæ simul intonuit, in fugam vertit omnia proxima. Ecce ego olim stipatus plurimis amicis, quamdiu ventus propitius impulit vela mea; cum primum maria inflata sunt vento imbrifero, deseror in mediis aquis navi fracta. Et cum alii metuant videri etiam me novisse, vix duo aut tres juvistis afflictum. Quorum tu primus; neque enim merebaris esse socius, sed auctor, neque sumere exemplum sed dare. Probitas et officium satis sunt tibi

---

quo prosit; et Auctor Elect. Eton. *qua prodest.* Fr. *prod. curæ est.* Tum *i* dedit Burm. ex Heins. conj. vulg. *en;* Arg. et duo alii *et;* quinque cum Twisden. *nil;* Leid. et P. Dan. *tu.*—18 *Supputat* meliores, teste Heins. vulg. *computat:* Ms. Barthii *suppetit.*—19 Sa. *Amicit. quoddam v. nomen.*—20 Olim legebatur *in pretio pro.*—21 Barb. *cum* pro *ut:* Heins. conj. *ceu.*—24 Duo libri *inton. prospera quæq.*—25 Duo libri *quond. comitatus amic.* in marg. P. Dan. *vallatus.*—26 *Favit* [pro *flavit*] legi præstiterit: hinc 'venti faventes' apud poëtas. *Heins.*—27 Duo libri *fer. nubifero tum.* Leid. *nimboso timuerunt æq.* unus *sonuerunt;* in Cod. P. Dan. a pr. man. *tenuerunt:* in Voss. *tonuerunt,* quod vix putat Burm. a librario posse proficisci.—28 *Puppe* ex quatuor libris dedit

NOTÆ

cur quisquam sibi plaudat, aut Deum amare se quamobrem jactet, plane non video.

16 *Petendus*] Qui virtutem velit colere.

18 *Solicitis*] Solicitos digitos pro mente posuit solicita, quæ in digitis proventus suos enumeret.

20 *Prostat*] Quasi vile scortum esset, pretio deliniendum.

27 *Ut fera*] Grande sonat hic versus, adverte. Quamobrem tute videas.

31 *Princeps*] Ceteris antecelluisse in præstanda fide et juvando amico

Digitized by Google

Te, nihil ex acto, nisi non peccasse, ferentem
Sponte sua probitas officiumque juvant.

sponte sua, nihil agnoscenti accurate, nisi nos errasse. Virtus tuo judicio caret

Heins. pro vulg. *nave.*—29 Alii *noss. fateri.*—33 Olim legebatur *Te nihil exacto, nisi nos peccasse fatentem.* Locus mendosissimus: nec juvant libri veteres; nisi quod *me* pro *nos* in nonnullis. Tanaquillo Fabro in Epistolis nuper editis I. 5. videbatur scribendum esse, *Te nihil ex acto nisi te fecisse petentem:* quam ille castigationem suam pluribus astruxit in iisdem Epistolis. Sed parum concinna est repetitio τοῦ *Te.* Quid si reponas? *Et nihil e facto, nisi te fecisse, petentem.* Longius quidem a vulgata scriptura hæc abeunt; sed nil occurrit melius. Versu proximo, *juvant* pro *juvat* meliores. *Heins.* Torquent se mirum in modum interpretes in sensu horum verborum inveniendo, nec se expediunt. Ego puto me veram lectionem et sententiam reperisse. Dixerat et questus erat Ovidius, plerosque amicitiam ex utilitate coluisse, et deseruisse se, quamprimum afflictum vidissent. Maximum vero constanter, etiam in adversis, officium præstitisse, quia ipsam virtutem sui pretium credebat, nec utilitate amicitias probabat: quare legendum puto, *Te, nihil ex acto* (vel, *e facto*) *nisi non peccasse ferentem, Sponte sua probitas officiumque juvant:* non aliam mercedem ex facto petis, nisi conscientiam, te non peccasse, aut non defuisse officio, quod amico debebas: sententia obvia, et ex communi sapientium effato desumta....Exigua autem est lectionis vulgatæ mutatio: pro *nos* enim tantum *non*, et pro *fatentem*, *ferentem* vel *petentem* rescribimus: quæ passim a librariis permutata. Sic inf. Ep. IV. 3.19. pro *fateris, fereris* ex Mss. reposuit Heinsius. Præterea eleganter et passim dicitur, 'ferre fructum,' 'pretium,' 'mercedem,' 'aliquid,' &c. 'ex facto aliquo.' Ita ipse Ovidius Epist. XVIII. 25. 'Non tamen e facto fructum tulit ille petitum.' Art. Amator. II. 512. 'et e nostra, quod petet, arte feret.' *Facto* vero malim, quam *acto*, propter illa, quæ tradit Victorius ad Cicer. ad Famil. Epist. IX. 14. et modo Elegia hac ipsa 'facti præmia' Noster dixit. Quæ omnia persuadebant, tolerabiliorem certe esse nostram emendationem illa, quam nuper, solo ingenio confisus, proposuit doctissimus Heumannus in Parergis Criticis p. 117. *Te nihil, errando nisi nos peccasse, fatentem:* quæ nullum sensum huic loco aptum efficiunt. Ex Merulæ autem interpretationum una illud *errando* videtur vir acutus hausisse; quem etiam compilavit interpres Gallicus in usum Delphini, qui *exacto* adverbium esse statuit, et ita hunc locum explicat, ut alio interprete opus sit qui nobis ejus mentem tenebricosi glossatoris aperiat. Ceterum sequentem versum expressit auctor carminis in Anselmum apud Baluz. Miscell. IV. 558. *Te mercede caret judice curta fides.* Nostram de hoc versu sententiam jam ante viginti fere annos in Epistolis Jano Broukhusio perscripsi, et in editione minori ante annos decem expressi, cum nondum Electa Etonensia mihi cognita fuissent, quæ ante biennium mecum communicavit vetus et certissimus amicus Cuninghamus: quæ adjicere visum, ne me quis compilasse aliena scrinia putet: nam video nunc doctissimum virum, qui Etonensia Electa dedit, legere, *Te nihil ex acto nisi non peccasse petentem;* et deinde pro *petentem* etiam *ferentem*

NOTÆ

testatur.

33 *Te nihil, &c.*] *Exacto* [ita alii] adverbium videtur; ut sit sensus, Maximum ita a Nasonis partibus stetisse, ut quamquam Augusti gratia peccasse quidem illum fateretur, nullum tamen criminis indicium faceret. Utut sit, fuerit hæc prudentiæ et amicitiæ egregia cautio.

34 *Juvant*] Abunde tibi est in vir-

Digitized by Google

Judice te mercede caret, per seque petenda est
  Externis virtus incomitata bonis.
Turpe putas abigi, quia sit miserandus, amicum;
  Quodque sit infelix, desinere esse tuum.
Mitius est lasso digitum supponere mento,
  Mergere quam liquidis ora natantis aquis.
Cerne, quid Æacides post mortem præstet amico:
  Instar et hanc vitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad undas:
  A Stygiis quantum sors mea distat aquis!
Affuit insano juvenis Phoceus Orestæ:
  Et mea non minimum culpa furoris habet.
Tu quoque magnorum laudes admitte virorum;
  Utque facis, lapso, quam potes, affer opem.

præmio, et quærenda est per se destituta bonis externis. Credis probrosum esse amicum expelli, quod sit defendus; et cessare esse tuum quod sit miser. Lenius est submittere manum mento defesso, quam deprimere os natantis in aquis fluidis. Vide quid Æacides faciat amico post fata: atque crede hanc vitam habere pondus mortis. Theseus secutus est Pirithoum ad aquas inferas: quantum fata mea differunt ab aquis inferis! Adolescens Phocæus opem tulit Orestæ vesano: meus error etiam non caret multa insania. Tu etiam admitte gloriam virorum illustrium; et sicuti

substituisse: de cujus consensu mihi gratulor. *Burm.*—35 Sa. *Te duce te.* —37 *Abigi* scribendum monet Heins. pro vulg. *abici.* Deinde R. *miserand. amicus.*—39 Scripti et editi nonnulli *est lapso dig.* Serv. etiam *digitos suppon.*—43 V. *S. comitarat ad;* et Serv. cum duobus aliis et Excerpt. Voss. *comitatur.* Excerpta Voss. etiam et duo libri *ad umbras.*—44 *Stygiis...aquis* ex plerisque vett. pro vulg. *Stygia...aqua. Mors* est ex conj. Heins. pro *sors.* —45 Alii *Ph. Oresti.*—46 Gryph. et alii *non nimium culp.*—47 Quatuordecim scripti *admitt. Deorum.*—48 Sa. et Arg. *Ut facias lapso,* et octo *lasso.* Multi

NOTÆ

tutis mercedem probum et officiosum fuisse.

35 *Caret*] Verissime sane: utcumque enim cordato viro etiam mercaturam facere et profiteri sui causa liceat, quæ est nostra inopia, non tamen illud ipsum laudi duxerit, aut sibi virtutis loco apposuerit, quod non scelestissima modo hominum, sed brutorum ferocissima ingenia, minus minusve omiserint.

41 *Æacides*] Achilles Æaci nepos, qui Patrocli amici causa arma induit.

42 *Hanc*] Ærumnosam quam hic in Getis traho.

Habere] Ut cum hæc vita mortis loco habeatur, mei non aliter curam geras, quam Patrocli mortui Achilles.

43 *Stygias*] Stygis Inferorum fluvii. Si quis autem tritissimas hasce non intelligis fabulas, Indicis beneficio quære in superioribus.

44 *Quantum*] Parum, uti quidem vult videri.

45 *Juvenis*] Pylades Strophii Phocensis filius, qui Orestem ob matrem

Digitized by Google

Si bene te novi; si, quod prius esse solebas,
  Nunc quoque es, atque animi non cecidere tui;
Quo Fortuna magis sævit, magis ipse resistis:
  Utque decet, ne te vicerit illa, caves.
Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis.
  Sic eadem prodest causa, nocetque mihi.
Scilicet indignum, juvenis rarissime, ducis
  Te fieri comitem stantis in orbe Deæ.
Firmus es; et, quoniam non sunt ea, qualia velles,
  Vela regis quassæ qualiacumque ratis.
Quæque ita concussa est, ut jam casura putetur,
  Restat adhuc humeris fulta ruina tuis.
Ira quidem primo fuerat tua justa, nec ipso
  Lenior, offensus qui mihi jure fuit.

facis præbe auxilium quod potes decepto. Si bene te novi, si es nunc etiam quod consueveras esse antea, atque virtus tua non elanguit, quo magis fortuna furit, ipse magis stas contra; et sicuti decet prospicis ne illa te superaverit. Atque hostis fortiter dimicans, facit uti fortiter certes; ita eadem causa mihi prodest et obest. Nempe, adolescens præclarissime, putas indecorum te fieri æqualem Deæ stantis in urbe. Fortis es; et quandoquidem vela non sunt qualia cuperes, flectis vela qualiacumque navis fractæ. Et quæ ita impulsa est ut jam credatur peritura, restat adhuc ruina sustentata humeris tuis. Ira quidem tua fuerat justa initio, nec mitior

---

editi et scripti *Ut facis et lapso.*—49 *Quod* ex duobus libris Heins. reponit pro vulg. *qui;* Arg. et tres alii *quid:* Sa. etiam *quid pius ess.* unde Burm. conj. *si, qui pius ess.*—53 Duo libri *Ut bene tu pugn.* tres, *Et bene tu,* et duo, *quod pugn.*—55 Septem libri *indign. juvenum carissime duc.* multi vett. *juvenis carissime:* Heins. suadet *juvenum rarissime,* vel cum Pol. *juvenum clarissime.* Tredecim etiam *dices,* et Leid. *dicis.*—57 *Ea* meliores, teste Heins. vulg. *hæc.*—60 *Ruina* Heins. reposuit ex Sa. Arg. et sex aliis pro vulg. *carina.*—61 Jun. *tibi* pro *tua.*—63 Unus

NOTÆ

interfectam Furiis agitatum nunquam deseruit.

46 *Furoris*] Ut non sponte, sed mente alienatus, peccasse videatur.

47 *Admitte*] Ut tuæ sint per virtutem, fidem præsertim, amicos, me inprimis, sublevando.

48 *Lapso*] Qui nolens peccavi.

53 *Efficit*] Ita quidem, cum eo fuerit ingenio Maximus ut sævienti fortunæ magis resisteret.

Hostis] Adversam fortunam intellige.

54 *Prodest*] Quia ex fortunæ sævitia incalescit Maximi virtus.

Nocet] Quia per ejusdem fortunæ sævitiam exulabat Naso.

55 *Rarissime*] Siquidem paucissimi amicitiam non ex re, seu commodo suo, sed ex ipsa et virtute metiantur.

56 *Deæ*] Fortunæ, scilicet, quæ et super volubili orbe, propter levitatem, depingi solet.

58 *Vela*] Favores exponunt: male: namque auras aut ventos secundos dixisset. Vela, negotia credideris Po-

Digitized by Google

Quique dolor pectus tetigisset Cæsaris alti,
Illum jurabas protinus esse tuum:
Ut tamen audita est nostræ tibi cladis origo,
Diceris erratis ingemuisse meis.
Tum tua me primum solari litera cœpit;
Et læsum flecti spem dare posse Deum.
Movit amicitiæ tum te constantia longæ;
Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.
Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus:
Quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
Quod, cum vestra domus teneris mihi semper ab annis
Culta sit, esse vetus nunc tibi cogor onus.
Me tuus ille pater, Latiæ facundia linguæ,
Quæ non inferior nobilitate fuit,
Primus, ut auderem committere carmina Famæ,
Impulit: ingenii dux fuit ille mei.
Nec, quo sit primum nobis a tempore cultus,
Contendo fratrem posse referre tuum.

ipso qui fuit mihi infensus. Et jurabas illum dolorem, qui læsit cor excelsi Cæsaris, esse continuo tuum. Postquam tamen fons nostræ calamitatis est tibi cognitus, diceris indoluisse meis peccatis. Tum epistola tua cœpit me primum consolari; et spem facere Deum infensum posse leniri. Tum constantia longæ amicitiæ, quæ instituta fuit a me ante tuos natales, movit te. Et quod eras factus amicus aliis, natus mihi; et quod obtuli tibi prima suavia in cunabulis. Quod, cum vestra domus semper mihi culta sit a prima ætate, nunc cogor tibi esse onus. Ille tuus genitor, eloquentia linguæ Latinæ, quæ non fuit minor nobilitate, primus suasit, ut non vererer credere versus famæ. Ille fuit moderator mei ingenii. Sponsione certavero fratrem tuum non posse dicere a quo tempore sit primum nobis cultus. Attamen te ita amavi præ

liber *pect. tulisset C.* alius *cecidisset.* Douza volebat *C. alte.*—65 *Tibi* ex Ursin. alii *quoque.* Tum Ms. Bersm. *clad. imago.*—66 Duo scripti *err. indoluisse meis;* et Excerpt. Voss. *ingemuisse malis.*—69 Douza *tam* pro *tum.*—71 Voss. *nat. amicis,* quod Heins. olim placebat.—73 Mor. *Quid quod vestr.* Sex libri *Et quod.*—74 In Ursin. et altero V. cum multis vett. *vet. me tibi cogit onus.*—76 *Quæ* meliores, teste Heins. vulg. *Qui:* duo scripti *Qua;* et ita volebat doctissimus Auctor Elect. Eton. Mor. etiam *non deterior nobil.*—78 Ms. Bersm. *Compulit: ing.* Tum Leid. Med. et quatuor *ingeniis...meis.*—79 Olim hoc distichon legebatur, *Nec quod sit primo nobis a tempore cultus*

NOTÆ

ëtæ, quibus Augusti favorem opus fuit conciliare.

70 *Ante tuos*] Priusquam nascereris.

Cœpta] Quia familiariter Maximi patre utebatur.

76 *Non inferior*] Par eloquentiæ et nobilitatis splendore.

Digitized by Google

Te tamen ante omnes ita sum complexus, ut unus
  Quolibet in casu gratia nostra fores.
Ultima me tecum vidit, mœstisque cadentes
  Excepit lacrymas Italis ora genis.
Cum tibi quærenti, num verus nuntius esset,
  Attulerat culpæ quem mala fama meæ;
Inter confessum dubie, dubieque negantem,
  Hærebam, pavidas dante timore notas:
Exemploque nivis, quam solvit aquaticus Auster,
  Gutta per attonitas ibat oborta genas.

ceteris, ut solus esses voluptas nostra in quolibet infortunio. Ilva Æthalis ultima vidit me tecum, et excepit lacrymas fluentes ex tristibus oculis. Cum hærebam inter confessum, et dubie atque dubie negantem, metu præbente timida indicia tibi petenti, an nuncius quem pravus rumor attulerat mei peccati esset verus; atque gutta prodiens fluebat per malas attonitas, ad modum nivis quam Notus aquaticus diluit.

Contendo fratrem posse referre tuum. Posse negare scribendum olim censebam. At Sarravianus, Twisdenius, et Argent. *Nec quo sit primum:* ut sensus sit, Contendo, fratrem tuum meminisse non posse, quo primum tempore a nobis cultus sit: quasi velit jam a longo tempore et a prima infantia fuisse cultum, aut ante cunas, ut supra dixerat. Neque aliter codex Bersmanni; eamque veram esse scripturam in Epistolis jam vidit Tanaquillus Faber. lib. I. Ep. 71. Codex Arondelianus, *Nec quo sit nobis a primo tempore cultus: quo* etiam in multis aliis: tres, *quia.* Heins. *Cultus mihi semper ab ævo* unus.—81 *Unus* ex melioribus Heins. reposuit pro vulg. *una.*—82 Cod. Gallicus *cas. gloria nostr.* Et Ms. Bersm. P. Dan. et quindecim alii *nostr. foret.* Quid hoc est monstri? Italia te ultima mecum vidit? atqui locum certum debebat designare, sive Romam, sive alium quemcunque. Scaligeri codex, *Itali silva;* unde Avunculus meus Rutgersius conjectura indubitata reponebat, *Æthalis Ilva:* nam *Ilva Æthalia,* teste Plinio, dicta. Argent. et Barberin. *Itala sylva:* Combii, *Æthala sylva:* unus Vatic. *Ætalis ora:* at omnium veterrimus Sarravian. *Aithali sylva;* ut nihil verius ac certius sit hac restitutione. Ilva Tyrrheni maris insula, ob copiam ferri celebratissima; quare Virgilio dicitur X. 174. 'inexhaustis Chalybum generosa metallis;' ubi videndus Servius: apud quem mendose, 'Quidam Ilvam Ithacem dictam volunt,' pro *Æthalen.* Hanc Græci Αἰθάλην et Αἰθαλίαν vocant. Vide Stephanum in Αἰθάλη. Heins.—87 In vulgatis *confess. medius dubieq.* Τὸ *medius* abest a Sa. et duobus aliis: Voss. *dubius;* alius *medie:* Heins. nostram lectionem dedit ex Arg. et Barb. —89 *Solvit* ex emend. Heins. quod et Fragm. V. confirmat: vulg. *mollit.*—

NOTÆ

79 *Nec, quo*] Sensus est, A cunis ipsis inceptam amicitiam quæ inter Maximi fratrem atque Poëtam intercedebat.

84 *Italis ora*] Alii *Æthalis Ilva,* quæ Tyrrheni maris est insula, Græcis dicta Æthalia, 'inexhaustis Chalybum generosa metallis,' Virgilio; Gall. *l'île d'Elbe.*

87 *Inter confessum*] Quod potuit vir honestus ingeniose profitetur.

90 *Gutta*] Lacrymæ.

Digitized by Google

Hæc igitur referens; et quod mea crimina primi
  Erroris venia posse latere vides;
Respicis antiquum lapsis in rebus amicum;
  Fomentisque juvas vulnera nostra tuis.
Pro quibus optandi si nobis copia fiat,
  Tam bene promerito commoda mille precer.
Sed si sola mihi dentur tua vota; precabor,
  Ut tibi sit salvo Cæsare salva parens.
Hæc ego, cum faceres altaria pinguia thure,
  Te solitum memini prima rogare Deos.

Ergo revolvens ista, et quod cernis mea peccata posse tegi venia primi erroris, respicis veterem amicum in rebus afflictis, et opem fers nostris vulneribus tuis fomentis. Pro quibus, si nobis liceat vota concipere, optavero mille bona tam bene promerito. Sed si tua desideria sola mihi concedantur, vovebo ut mater sit tibi salva salvo Cæsare. Recordor te consuevisse petere ista prima a Diis, cum faceres altaria pinguia thure.

91 Faber malebat *igit. repetens; et.*—92 Jun. Arg. et sex alii *later. putas.*—93 Faber corrigit *Respicias veterem laps.* cui vero minime consentit Burm. Multi etiam habent *lassis* pro *lapsis.*—94 Leid. et quatuor alii *juv. pectora nostr.*—95 Quatuor libri *copia detur;* Ms. Bersm. *gratia fiat;* et unus Heins. *gratia detur.*—96 *Precer* ex Heins. emend. vulg. *precor.*—98 Serv. *tua* pro *tibi:* et unus Cod. *sint salv.* eleganter, judice Burm.

NOTÆ

91 *Primi*] Ignoscitur vero non ita ægre, si quis primo peccaverit.
97 *Sola*] Ut ex voto tuo tantum bene precari oporteat.
99 *Faceres*] Sacrificares adeoque.

EPISTOLA IV.

ATTICO.

ARGUMENTUM.

Attico veterem amicitiam, ejusque fructus ultro citroque jucundiores commemorat: quibus fretus dicit sibi persuadere, illum, quamvis absentem, adhuc in fide permanere: quod ut faciat, hortatur.

Digitized by Google

ACCIPE colloquium gelido Nasonis ab Istro,
Attice, judicio non dubitande meo.
Ecquid adhuc remanes memor infelicis amici?
Deserit an partes languida cura suas?
Non ita Di tristes mihi sunt, ut credere possim,
Fasque putem jam te non meminisse mei.
Ante meos oculos tua stat, tua semper imago est:
Et videor vultus mente videre tuos.
Seria multa mihi tecum collata recordor:
Nec data jucundis tempora pauca jocis.
Sæpe citæ longis visæ sermonibus horæ:
Sæpe fuit brevior, quam mea verba, dies.
Sæpe tuas factum venit modo carmen ad aures;
Et nova judicio subdita Musa tuo est.

Attice, non incerte amice *judicio meo, accipe colloquium Nasonis a Danubio frigido. Ecquid recordaris adhuc miseri amici? An cura segnis destituit partes suas? Dii non sunt ita mihi infensi ut possim credere, et arbitrer fieri posse, te jam mei non recordari. Tua facies est semper præ meis oculis, et videor cernere animo tuam speciem. Memini multa seria a me tractata tecum, neque exigua tempora adhibita gratis lusibus. Sæpe horæ visæ præcipites prolixis discursibus: sæpe dies fuit brevior quam mei sermones: sæpe versus modo compositi venerunt ad aures tuas; et nova Musa summissa est judicio tuo. Arbitrabar* id *quod tu probaveras*

1 Vulg. legebatur *non dubitate meo.* '*Dubitante* plerique: sed *dubitande* scribendum cum primo Mediceo et sex aliis.' *Heins.* Doctissimus Auctor Elect. Eton. sublata distinctione majore volebat, *Attice, judicio non dubitande meo Ecquid adhuc, &c.* P. *judiciis...meis.* Burm.—5 Olim edebatur *Di mihi sunt testes, ut;* quod Fabricius emendavit ex Pat. Barthius ex suis membranis profert *Di mihi sunt hostes;* et in seq. vs. *Fasq. putem animam.*—7 Plurimi editi *Ante m. o. præsto tua s. imago. Præsens tua* quatuor libri: tres, *visa est:* alius, *vera est.* Sarrav. mendose, *Ante oculos nostros tua est tua semper imago.* Argentin. *Ante oculos nostros tua stat, tua semper imago.* Lege, *tua stat, tua semper imago est:* nisi fortasse mavis, *Tua restat semper imago. Oculos nostros* præterea plerique. ' Esse' et ' stare ante oculos' eleganter dictum. Vide Notas Trist. III. Eleg. 4. vs. 57. Met. XII. 429. ' Ante oculos stat et ille meos.' *Ante meos oculos astat mihi imago.* P. Dan. *Heins.*—10 Jun. et Leid. *Et data.*—11 Octo libri *Sæpe breves longis;* Jun. *citæ longæ;* Leid. *breves longæ.* P. Dan. *vis. in sermon.*—14 Pro *Musa*

NOTÆ

2 *Non dubitande*] Qui certus es amicus.

4 *Deserit*] Si forte parcius me amas.

5 *Tristes*] Infensi.

9 *Seria*] Hæc eadem, quanquam aliis verbis, supra de Celso memoravit.

12 *Brevior*] Solet istud inter amicos evenire: quippe qui sermonum jucunditate tempus fallunt.

14 *Nova*] Quia novum Nasonis carmen, Musæ instinctu deductum.

Digitized by Google

Quod tu laudaras, populo placuisse putabam:
  Hoc pretium curæ dulce recentis erat.
Utque meus lima rasus liber esset amici,
  Non semel admonitu facta litura tuo est.
Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis,
  Nos via, nos junctis curva theatra locis.
Denique tantus amor nobis, carissime, semper,
  Quantus in Æacidis Actoridisque fuit.
Non ego, securæ biberes si pocula Lethes,
  Excidere hæc credam pectore posse tuo.

gratum fuisse plebi: hæc erat grata merces novæ curæ. Atque, ut liber meus esset politus lima amici, litura facta est sæpe tua admonitione. Fora viderunt nos pariter, omnis porticus nos vidit, *nos via, nos curva theatra* in *locis proximis. Denique tantus amor fuit semper nobis, dilectissime, quantus in Æacide et Nestoride. Ego non credam ista posse deleri ex memoria tua, quanquam haurires pocula Lethes*

---

unus *causa;* alius *charta.*—15 Pat. dedit *laudaras;* alii *laudabas.*—16 Ex Pat. etiam Fabricius profert *recentis* pro vulg. *monentis.* Alii *regentis, tuentis, moventis, rogantis, legentis.*—17 Nonnulli vett. *ess. amice;* Heins. suadet *amica,* i. e. amica lima.—20 Pro *junctis* alii *vinctis* vel *cunctis.* Tum pr. Thuan. *terna theatr.*—22 In vulgatis libris *Quantus in Æacide Actorideque fuit.* Hic hiatus insolens est Nasoni. Nec constant sibi scripta exemplaria. Regius, *Æacida Nestorideque.* Polit. Argent. et septem alii, *Æacide Nestorideque;* Antilochus certe Achilli familiaris et amicus fuit: quatuor alii cum Twisdeniano, *Æacide Testorideque;* sed Calchas inter amicos Achillis nusquam recensetur; quanquam propter illum rixæ inter hunc et Agamemnonem exortæ; tres, *Atride Tyndarideque:* duo, *Atridis Tyndaridisque;* sed de fratrum pari Noster hic non agit: septem, *Æaciden Actoridenque.* Sarrav *Æacidem Nestorideque.* Si quid mutandum, legam, *Quantus in Æacidis Actoridisque fuit:* nam Achillis et Patrocli amicitia nobilissima. Sic *Hectoras* dixit

NOTÆ

15 *Placuisse*] Quasi Attici tam exquisitum judicium fuerit ut quod ipse probasset a nemine posset improbari.

16 *Hoc*] Quod tibi placere, atque adeo populo placitura, carmina mea intelligerem.

17 *Lima*] Metaphorice de censura aut castigatione Attici amici loquitur.

18 *Litura*] Ut quod minus probatum tolleretur, melius aliquid reponeretur.

20 *Junctis*] Quia assidebant, et una semper erant, uteumque licebat, amicorum more.

22 *Æacidis Actoridisque*] Alii *Æacide Nestorideque;* i. e. Achille, Æaci nepote, et Antilocho, qui Achilli etiam inter familiares. Quanquam hic sibi non constant scripta exemplaria; habentque plurima *Actorideque,* hiatu Nasoni non usitato. Hic ab ista lectione si te minus deterreat, per *Actoriden* Patroclum summum illum Achillis intellige, Actoris nepotem, filium Menœtii.

23 *Securæ*] Quia Lethes Inferorum fluvii si quis aquas gustasset, præteritorum omnium obliviscebatur.

Digitized by Google

Longa dies citius brumali sidere, noxque
  Tardior hyberna solstitialis erit:
Nec Babylon æstum, nec frigora Pontus habebit,
  Calthaque Pæstanas vincet odore rosas:
Quam tibi nostrarum veniant oblivia rerum.
  Non ita pars fati candida nulla mei.
Ne tamen hæc dici possit fiducia mendax,
  Stultaque credulitas nostra fuisse, cave:
Constantique fide veterem tutare sodalem,
  Qua licet, et quantum non onerosus ero.

oblivioscæ. Dies erit citius prolixa sole hyberno, et nox solstitialis longior hyberna. Neque Babylon sentiet calorem, neque Pontus frigora, et Caltha superabit odore rosas Pæstanas; quam oblivia rerum nostrarum te capiant. Non ita nulla pars sortis meæ est læta. Vide tamen ne hæc fiducia possit dici falsa, et credulitas nostra fuisse falsa; atque defende firma fide antiquum amicum quatenus conceditur, et quantum non ero molestus.

Epistola Laodamiæ.' *Heins.*—25 *Citius* Heins. dedit ex Sa. Arg. et sex aliis pro vulg. *citior:* R. *brevior.* Mox *sidere* est in vett. exemplaribus, et optimis Edd. alii *tempore.*—26 Pro *erit* nonnulli *erat;* Heins. conj. *eat.*—27 *Æstum* scripti potiores, teste Heinsio; vulg. *æstus.*—28 Pol. *Calthaq. Campanas vinc.*—30 In aliis *mei est.* At *est* deest in Argent. et septem aliis.—33 Alii *vet. tueare sod.*

NOTÆ

25 *Brumali*] Solstitio hyberno.

26 *Solstitialis*] Æstivam intellige: namque et hybernum est solstitium, quo nox longissima. Quanquam *Solstitium* simpliciter de æstivo dicitur; *Bruma* de hyemali.

27 *Babylon*] Fuit urbs illa Asiæ maxima a Belo condita, a Semiramide muris cincta, inter septem mundi miracula; quæ ad meridiem magis posita procul dubio fervidos sensit Solis radios.

Pontus] De cujus regionis nivibus et glacie sæpe querentem habuimus Poëtam.

28 *Caltha*] *La fleur de Soulci;* cujus lenis est odor.

Pæstanas] Quæ apud Pæstum Lucaniæ oppidum magna copia et fragrantissimo odore nascuntur.

30 *Candida*] Læta.

34 *Qua licet*] Nolebat Naso ut sua causa Atticus in Cæsaris offensionem incurreret.

Digitized by Google

EPISTOLA V.

SALANO.

ARGUMENTUM.

Ad Salanum scribit, agitque illi gratias, quandoquidem tam moleste tulerit relegationem suam, quamvis modico amicitiæ usu illi junctus fuerit: dicitque sibi gratum fuisse, carmina sua a se laudata fuisse. Eum deinde rogat ut si ad ejus aures liber de triumpho Germanici pervenerit, ejus tutelam suscipiat. Postremo docet quandam esse conjunctionem ingeniorum.

Condita disparibus numeris ego Naso Salano
  Præposita misi verba salute meo.
Quæ rata sit cupio, rebusque ut comprobet omen,
  Te precor a salvo possit, amice, legi.
Candor, in hoc ævo res intermortua pæne,
  Exigit, ut faciam talia vota, tuus.
Nam fuerim quamvis modico tibi cognitus usu,
  Diceris exiliis ingemuisse meis.
Missaque ab extremo legeres cum carmina Ponto;
  Illa tuus juvit qualiacumque favor.

Ego Naso misi voces astrictas numeris inæqualibus Salano meo amico *salute præmissa. Quæ opto sit firma; et ut faciat omen ratum per res ipsas, oro possit legi a te incolumi, amice. Sinceritas tua, res prope extincta his temporibus, facit, ut concipiam hujusmodi vota. Nam etsi tibi fuerim notus parva consuetudine, diceris indoluisse mea fuga: et cum legeres versus missos ab ultimo Ponto, favor tuus*

In quibusdam hæc Epist. inscribitur *Solano;* vel, ut quatuor vett. *Salino:* Heins. conj. *Silano,* vel *Salono.*—4 Arg. et septem alii *prec. ut salv.*—6 Leid. et P. *verba* pro *vota.*—7 Serv. *Nam fueram quamv.* Tum unus liber *medio tibi junctus ab usu:* plurimi etiam cum vulgatis habent *junctus ab;* ex duobus vett. Heins. recepit *cognitus:* tres *junctus amori.*—8 Plurimi *exil. indoluisse meis.*—9 *Extremo* rescripsit Heins. ex Pol. Comb. et multis aliis pro vulg.

NOTÆ

1 *Disparibus*] Quia versibus elegis scripsit.

3 *Rebus*] Salute ipsa, scilicet.

6 *Exigit*] Ad Salani commendandum candorem spectat vox ista.

9 *Extremo*] Ibi vero sita urbs To-

Digitized by Google

Optastique brevem salvi mihi Cæsaris iram;
Quod tamen optari, si sciat, ipse sinat.
Moribus ista tuis tam mitia vota dedisti:
Nec minus idcirco sunt ea grata mihi.
Quoque magis moveare malis, doctissime, nostris,
Credibile est fieri conditione loci.
Vix hac invenias totum (mihi crede) per orbem
Quæ minus Augusta Pace fruatur, humum.
Tu tamen hic structos inter fera prælia versus
Et legis, et lectos ore favente probas.
Ingenioque meo, vena quod paupere manat,
Plaudis, et e rivo flumina magna facis.
Grata quidem sunt hæc animo suffragia nostro;
Vix sibi cum miseros posse placere putes.
Dum tamen in rebus tentamus carmina parvis,
Materiæ gracili sufficit ingenium.

defendit illa qualiacumque. Atque cupivisti mihi brevem iram Cæsaris incolumis, quod tamen si ipse intelligat desiderari, patiatur. Præbuisti ista vota tam lenia tuis moribus; neque ideo illa sunt mihi minus accepta. Et quo magis tangaris nostris ærumnis, literis excultissime, credibile est fieri sorte loci. Crede mihi ægre reperias in orbe terram quæ minus gaudeat pace Augusta hac. Tu tamen et legis carmina condita hic inter sæva certamina, et laudas lecta ore æquo. Atque plaudis ingenio meo, quod fluit vena tenui; et facis ingentes fluvios ex rivulo. Illa quidem suffragia placent animo meo, quanquam vix credas infelices posse sibi acceptos esse. Dum tamen conamur scribere versus in materia tenui, ingenium par est materiæ

Euxino.—10 Arg. *vicit* pro *juvit.*—11 *Salvi* dedit Heins. ex Sa. Arg. pr. Med. aliisque compluribus; vulg. *fieri:* tres alii cum Twisden. *salvo:* P. *minui.*—15 P. *mal. tutissime nostr.* Fragm. V. *mitissime.*—18 Concinnius *humum* veteres decem, et Gryphii Editio. *Heins.*—19 *Hic scriptos* in nonnullis: Sa. *huc structos;* duo *instructos;* tres *hos structos:* reliqui fere omnes ut vulg. quod minime movendum censet Burm. Heinsius conj. *hic ductos:* et Bersm. notat *strictos* legi a quibusdam.—22 Unus V. *magn. trahis.*—23 Medonian.

NOTÆ

mi, ubi exulavit Naso.

12 *Quod*] Ut Augusti in Nasonem ira sit brevis.

13 *Moribus*] Quasi dicat se non meritum Salani favorem.

16 *Fieri*] Ut movearis nostris malis.

18 *Augusta*] Excellenti atque venerabili ab Augusto parata.

19 *Inter fera*] Secessum vero et otia boni versus amant.

21 *Vena paupere*] Infœcunditatem culpat ingenii.

24 *Vix sibi*] Suffragia dicit Salani sibi grata, tametsi sibi neque ipse, utpote miser, neque sui adeo versus placere possint.

25 *Rebus parvis*] Tenui argumento.

Digitized by Google

Nuper, ut huc magni pervenit Fama triumphi,
  Ausus sum tantæ sumere molis opus.
Obruit audentem rerum gravitasque nitorque :
  Nec potui cœpti pondera ferre mei.
Illic, quam laudes, erit officiosa voluntas :
  Cetera materia debilitata jacent.
Quod si forte liber vestras pervenit ad aures ;
  Tutelam, mando, sentiat ille tuam.
Hoc tibi facturo, vel si non ipse rogarem,
  Accedat cumulus gratia nostra levis.
Non ego laudandus, sed sunt tua pectora, laote,
  Et non calcata candidiora nive.
Mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse ;
  Nec lateant artes, eloquiumque tuum.

tenui. Nuper ut fama magni triumphi penetravit huc, non veritus sum aggredi opus tanti moliminis. Gravitas et splendor argumenti depressit audentem ; neque potui ferre onus mei ausus. Ibi erit voluntas obsequiosa quam probes : reliqua deficiunt fracta argumento. Quod si forte liber pervenit ad aures vestras, hortor ille sentiat tuum favorem. Gratia nostra superveniat cumulus levis tibi præstituro idem, etiamsi ipse non orarem. Ego non sum laudandus, verum cor tuum est candidius lacte et nive intacta. Atque suspicis alios, cum ipse sis suspiciendus : neque virtus et eloquentia tua

---

Grat. quid. tua sunt anim.—28 Heins. mallet *Aus. eram tant.* Mox meliores plerique dant *opus :* vulg. *onus.*—29 Leid. *Obr. audacem rer.* et mox a pr. man. *gravitasq. laborque :* V. *decorque.*—31 Pro *erit* P. et Ms. Bersm. *erat :* Leid. a pr. man. *eat.*—32 *Debilitata* meliores, teste Heins. alii *debilitante.*—33 Plurimi editi *Qui si :* Heins. reponit *Quod* ex melioribus.—34 Minime probo : non enim valde dignum exule, et tam abjecto supplice, *mandare,* quod expeditum velit. Libri, *precor ut sentiat ;* quod cur neglexerint recipere, ego non possum comminisci : 'mandare' tamen alibi est commendare. Lib. IV. de Pont. 6. 'Jam timeo nostram cuiquam mandare salutem.' *Barth.* Adv. XL. 12.—35 *Hoc* meliores teste Heins. vulg. *Hæc.* Mox Ms. Bersm. *factur. si non prius ipse.*—37 Barb. hinc novam Elegiam facit, quæ Heins. videbatur scripta ad Albinovanum.—39 V. *sis mirandus et ipse :* Arg. et duo alii *laudabilis.*—40 Excerpt. Voss. et editi quidam *Ne lat.* Mox Bas. et Barth. *consiliumque ;*

NOTÆ

27 *Triumphi*] De eo supra.

28 *Opus*] Ut triumphum illum versibus suis comprehenderet.

29 *Rerum*] Gestarum, scilicet, quæ triumphum meruerant.

30 *Nec potui*] Non videbantur versus materiæ æquare dignitatem.

31 *Illic*] In triumphi descriptione.

32 *Debilitata*] Quia res gestæ ampliores quam Nasonis versibus dicerentur.

35 *Hoc*] Ut Nasonis libellum defenderet.

36 *Cumulus gratia*] Appositio est. Optat Poëta, ut sui causa Salanus aliquid illi addat quod ex se facturus erat.

40 *Artes*] Bonas intellige, et disci-

Digitized by Google

Te juvenum Princeps, cui dat Germania nomen,
  Participem studii Cæsar habere solet.
Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis,
  Ingenio mores æquiparante, places.
Te dicente prius fit protinus impetus illi:
  Teque habet, elicias qui sua verba tuis.
Cum tu desisti, mortaliaque ora quierunt,
  Clausaque non longa conticuere mora;
Surgit Iuleo juvenis cognomine dignus,
  Qualis ab Eois Lucifer exit aquis.
Dumque silens astat, status est vultusque diserti,
  Spemque decens doctæ vocis amictus habet.

sint in occulto. Cæsar Princeps juvenum, cui Germania dat nomen, consuevit habere te sodalem ad studia. Tu comes vetus, tu addictus a teneris unguibus, gratus es ingenio consimili moribus. Te prius concionante continuo fit illi impetus; et habet te, qui moveas suam vocem tua. Cum tu absolvisti, et os mortale quievit, et clausum non conticuit longo tempore, juvenis dignus cognomine Iuleo surgit, qualis Lucifer ortus ab aquis Eois. Et dum astat tacens, status et vultus est eloquentis, et vestitus decorus facit

---

et P. cum Leid. et duobus aliis *ingeniumque.*—42 Ex melioribus *studii* rescripsit Heins. pro vulg. *studiis.*—43 *Antiquus* meliores, teste Heins. alii cum vulgatis *antiquis:* R. *antiquo;* et P. Dan. *assuetus:* Jun. *antiquis primis miki junctus ab ann.*—46 Thuan. *Cum* pro *qui.*—47 *Desisti* Heins. scribit cum melioribus pro vulg. *desiisti.*—48 Vett. multi cum nonnullis Edd. *Clausaque;* at vulg. *Tectaque.*—49 Mor. *Surgit ab his juvenis Iuli nomine dictus.*—50 *Exit,* e tribus libris, Burm. rectius putat quam vulg. *ortus.*—51 In quibusdam libris *silent* legebatur pro: *silens affiat, st.*—52 Sic Heins. emendat *silens:* Pol. in vulgatis edebatur *Spemq. docens d. v. amicus habet: decens* quidem recepit ex quin-

NOTÆ

plinas, quibus imbutus Salanus.

41 *Princeps*] Germanicus est, cui a pacata Germania datum nomen.

45 *Impetus*] Dicendi, scilicet, et eloquentia sua æquiparandi.

46 *Elicias*] Quasi æmulus Salani fuerit Germanicus.

47 *Mortalia*] Hinc Germanici et os et eloquentiam immortalem intelligas.

49 *Iuleo*] Cæsares dicebantur quotquot in Juliam gentem per adoptionem asciti.

50 *Ab Eois*] Quia ex mari oriri et in idem occidere astra videntur, ideo quasi de re vera eo modo Poëtæ locuti sunt.

Lucifer] Stella matutina, quæ Solem orientem solet antecedere.

51 *Silens*] Præstantissimorum oratorum more, qui, priusquam exordiantur, mora aliqua auditorum solent quodammodo solicitare attentionem.

Status vultusque] Quæ duo non parum ad oratoris præstantiam conferunt.

52 *Amictus*] Habet et hic, quantumvis leve quid videatur, vim suam ad faciendam expectationem.

Digitized by Google

Mox, ubi pulsa mora est, atque os cœleste solutum,
  Hoc Superos jures more solere loqui.
Atque, Hæc est, dicas, facundia Principe digna:
  Eloquio tantum nobilitatis inest.
Huic tu cum placeas, et vertice sidera tangas,
  Scripta tamen profugi vatis habenda putas.
Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,
  Et servat studii fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
  Rectorem dubiæ navita puppis amat.
Tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris;
  Ingenioque faves, ingeniose, meo.
Distat opus nostrum; sed fontibus exit ab îsdem:
  Artis et ingenuæ cultor uterque sumus.
Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis;
  Sed tamen ambobus debet inesse calor.

expectationem vocis disertæ. Mox, postquam sublata est cunctatio, atque os cæleste apertum, jures Deos consuevisse loqui hoc modo. Atque dicas, Hæc est eloquentia digna Principe, tantum nobilitatis inest dictioni. Cum tu gratus sis huic, et tangas astra vertice, credis tamen scripta Poëtæ relegati esse habenda. Nimirum aliqua est concordia ingeniis junctis, et quisque tuetur jura studii sui. Agrestis amat agricolam, miles moventem sæva bella, nauta gubernatorem incertæ navis. Tu quoque, studiose, faves studio Pieridum, et ingeniose, amas ingenium meum. Opus nostrum differt; verum prodit ex iisdem fontibus: et uterque sumus cultor artis liberalis. Namque thyrsus est latus a vobis, laurea a nobis; ceterum ardor debet esse

que vett. Mor. exhibet *tacens*. Editi etiam quidam *habes* pro *habet*.—54 Gallicus codex et prima editio, *ore solere loqui*. non invenuste. nihil tamen temere muto. Phædr. Fab. v. 7. 'Dii sunt locuti more tralatitio.' In Francofurtensi erat, *more Solane loqui*. *Hoc superos credas* unus. *Burm*.—57 Alii *cum tu* inverso ordine. Deinde Serv. *cum* pro *et*.—59 Arg. *ing. aliquid concord.* et tum Leid. *nostris*.—67 Mihi totum distichon hoc dubiæ fidei est suspectum. Κακοφωνία enim ista, *vobis, nobis, ambobus* mire offendit aures: deinde vix est

NOTÆ

57 *Et vertice*] Felicem dicit Salanum quod Germanico placeat.

58 *Habenda*] Atque adeo probanda.

59 *Junctis*] Quæ idem amant.

60 *Servat*] Non sine cautione istud accipiendum: namque contra evenit sæpe, ut sociis suis plurimi invideant.

62 *Dubiæ*] Quia tempestatibus ut plurimum objecta.

63 *Pieridum*] Musarum; quæ a Piero Thessaliæ monte, aut Pieri filiabus in Picas mutatis, quod cum Musis certare ausæ, eo nomine dictæ sunt.

65 *Distat*] Quia poëticæ Naso, oratoriæ Salanus vacabat.

Fontibus] Quibus præsunt Musæ.

67 *Thyrsus*] Bacchi fuit gestamen,

Digitized by Google

Utque meis numeris tua dat facundia nervos;
Sic venit a nobis in tua verba nitor.
Jure igitur studio confinia carmina vestro,
Et commilitii sacra tuenda putas.
Pro quibus ut maneat, de quo censeris, amicus,
Comprecor ad vitæ tempora summa tuæ:

ambobus. Atque ut tua eloquentia præbet vires meis numeris, ita splendor oritur a nobis tuis sermonibus. Merito ergo credis versus affines studio vestro, et sacra commilitii esse defendenda. Pro quibus oro, ut amicus, de quo censeris, perstet ad

assequi, quid velit. Nam in scriptis codicibus monstra lectionum comparent. Sarravianus, *Thyrsus sublestæ gestata est laurea nobis.* Combianus, *Thyrsus ubi est a te.* Polit. et Fragmentum Vaticanum cum Rottendorphiano, *Delphica non æque gestata est laurea nobis:* tres, *Thyrsus inest vobis:* duo, *adest.* Pro *Sed tamen* unus Medic. *Sed favor.* Puto, *Sed par*, Heins. Si retinendum distichon, transponenda puto pronomina, et legenda, *Thyrsus enim nobis, gestata est laurea vobis*, et per 'Thyrsum' Poëticam intelligo, ut IV. Trist. I. 43. 'Sic ubi mota calent viridi mea tempora thyrso:' et in Bacchi tutela Poëtas fuisse sæpe Noster canit. Per 'laurum' Oratoriam: nam et Oratores lauro coronatos fuisse puto. De coronis Oratorum vid. Pascal. de Coron. vs. 5. In pentametro mallem, *Par tamen ambobus.* Bentl. ad Horat. Od. III. 30. 15. præfert, *Delphica non æque gustata est laurea vobis.* Burm.—69 Jun. Leid. Excerpt. Voss. et pr. Ed. *facund. vires.*—71 In vulgatis erat *Jure i. st. c. carmina vestro* [alii *nostro,*] *Et cum militiis sacra t. putas.* Nihil difficultatis hic locus habet, si modo recte legatur. Non enim *studio nostro*, aut *cum militiis*, legendum: sed, *sacra commilitii*, et *carmina confinia vestro studio:* ut sit sensus, Jure igitur defendis carmina confinia, et quasi cognata vestro, id est, oratorio studio: et sacra commilitii, hoc est, in quibus iidem quasi commilitones sumus. *Mycill.*—73 *Maneat* reposuit Mycillus, ut de Germanico accipiatur,

NOTÆ

hasta hedera involuta; per quam hoc in loco oratoriam intellige facultatem, eam præsertim quæ in administrandis rebus politicis elucet: Bacchus quippe, si Horatio credis, non imperator tantum sed doctor fuit eximius.

Laurea] Qua poëtæ ornari solebant.

68 *Calor*] Mentis quidam impetus, quo sine vix quisquam aliquid memoria dignum incipiat.

69 *Tua*] Perinde in amici gratiam loquitur ac si ille oratoriæ facultatis fontes servaret.

70 *Nobis*] A poëtica facultate.

Tua] Scilicet a poëtis plurima mutantur oratores; atque, ut habet Cicero, 'Est finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior; multis vero ornandi generibus socius, ac pæne par,' &c.

72 *Commilitii sacra*] Deos et jura intellige, quibus conjuncti oratores et poëtæ, quasi commilitones, sese invicem tuerentur.

73 *Quibus*] Quod, scilicet, sacra tuenda putas, faves, &c.

De quo] Ex cujus gratia et favore censum habes, et ab omnibus tua dignitas et æstimatio augetur.

Digitized by Google

Succedatque tuis orbis moderator habenis. 75
Quod mecum populi vota precantur idem.

ultima tempora vitæ tuæ: et succedat moderator orbis suis lyris. Quod idem vota populi orant mecum.

pro vulg. *maneas.*—75 *Tuis* plurimi vett. alii cum vulg. *suis.* Mox pro *moderator*, quod exhibent plurimi editi, unus Ha. *moderamen* habet: P. et unus Thuan. *moderandus*; et veterrimus Sa. *moderatus.*

NOTÆ

75 *Tuis*] Vetus lectio, *suis*, revocanda, quam excluserat clariss. Heinsii auctoritas, utcumque vetustis exemplaribus nixa. Nullum enim satis idoneum sensum ex illa, optimum ex hac decerpimus. Vovet nimirum Poëta, ut, postquam Germanicus Cæsaris auspiciis multa præclara gesserit, ex sese et arbitrio proprio orbem terrarum regat.

EPISTOLA VI.

GRÆCINO.

ARGUMENTUM.

Ad Græcinum scribens Poëta, eum monet ne crimen admissum culpet, quandoquidem præterita mutari non possunt. Illum postremo monet, ut malit sibi lapso opem aliquam ferre, ut facit, quam ea damnare quæ potius excusanda sunt.

Carmine Græcinum, qui præsens voce solebat,
Tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.

Naso mœstus, qui consueverat salutem dicere voce, cum adesset, salutat Græcinum

Qui Heins. dedit ex Sa. et P. pro vulg. *quem.* Tum Thuan. *pr. ore sol.*—

NOTÆ

2 *Euxinis*] Tomis nempe exulabat Naso, ad Ponti Euxini oram occi-

Digitized by Google

Exulis hæc vox est. Præstat mihi litera linguam:
Et, si non liceat scribere, mutus ero.
Corripis, ut debes, stulti peccata sodalis:
Et mala me meritis ferre minora doces.
Vera facis, sed sera, meæ convicia culpæ.
Aspera confesso verba remitte reo.
Cum poteram recto transire Ceraunia velo,
Ut fera vitarem saxa, monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest discere facto,
Quam mea debuerit currere cymba viam?
Brachia da lasso potius prendenda natanti:
Nec pigeat mento supposuisse manum.
Idque facis, faciasque precor. Sic mater et uxor,
Sic tibi sint fratres, totaque salva domus.

versibus ab aquis Euxinis. Hæc est vox relegati: epistola dat mihi linguam: et nisi liceat scribere ero mutus. Arguis, ut debes, errata insani amici: atque ostendis me pati mala leviora meritis. Facis æqua sed tarda convicia peccato meo. Parce sævis dictis erga reum confessum. Eram admonendus, ut effugerem sævas rupes, cum poteram prælerire Ceraunia velo recto. Nunc quid me juvat discere, naufragio facto, quodnam iter meus phaselus debuerit tenere? Porrige potius lacertos corripiendos natanti defesso; neque pigeat summisisse manum mento. Atque id præstas, et præstes oro: ita genitrix et conjux, ita fratres et tota domus sit tibi incolumis.

3 *Præstat* ex Fr. placet Burm. præ vulg. *præbet*.—5 Tres libri *Corrigis, ut deb.* Tum unus *stult. delicta sodal.*—6 P. et Mor. *Meque meis merit.* Deinde Fabro assentitur Heinsius reponenti *doces* pro vulg. *doles*.—7 *Justa facis* duo libri; *sed sæva* Excerpt. Voss. et *convicia linguæ* duo.—9 Leid. *vento* pro *velo*.—10 P. *fer. mutarem sax.*—11 Immo *discere* cum Sarrav. et aliis quinque. *Heins.* Alii *dicere*.—12 Alii *Qua...via*. Plurimi etiam *mea debuerat curr.*—13 Quindecim scripti *da lasso:* duo *delapso*.—16 Ms. Bersm. *sic tibi* pro *totaq.*

NOTÆ

3 *Litera*] Illis vero absentes alloquimur.

4 *Mutus*] Vix enim ad absentes aliter quam literis verba liceat facere.

5 *Ut debes*] Omnino, siquidem et amico vere, et sibi caute prospicere vellet.

8 *Remitte*] Optime certe Naso: namque officii admonere oportet amicum cum ad peccandum pronus est, non autem postquam et peccavit et peccatum agnovit.

9 *Recto*] Hoc est vitam sapienter instituere. Metaphora est a navigantibus petita.

Ceraunia] Montes sunt Epiri in mare excurrentes, præternavigantibus periculosissimi.

11 *Naufragio*] Postquam et peccavi, et in exilium missus sum.

14 *Mento supposuisse*] Quod solent facere qui lasso aut vix satis enatanti opem ferunt.

Digitized by Google

Quodque soles animo, quod semper voce precari,
  Omnia Cæsaribus sic tua facta probes.
Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
  Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:
  Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, et fortunæ cedere, amicum
  Et, nisi sit felix, esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati:
  Non hæc Ægidæ Pirithoique fides.
Quos prior est mirata, sequens mirabitur ætas:
  In quorum plausus tota theatra sonant.
Tu quoque, per durum servato tempus amico,
  Dignus es in tantis nomen habere viris.
Dignus es: et quoniam laudem pietate mereris,
  Non erit officii gratia surda tui.

Et, quod soles vovere animo, et petere *semper voce, ita approbes omnia tua facta Cæsaribus. Indecorum erit nulla parte tulisse opem tuam tuo sodali in rebus afflictis. Indecorum retrocedere, neque consistere firmo gressu: indecorum destituisse navem fatiscentem. Indecorum amicum sequi casum, et cedere fortunæ, et nisi sit beatus inficiari esse suum. Filii Strophii atque Agamemnonis non sic vixerunt: non hæc* fuit *fides Ægidæ et Pirithoi. Quos ætas præterita mirata est et futura mirabitur, in quorum plausus tota theatra perstrepunt. Tu etiam mereris consequi famam inter tantos viros, amico servato per durum tempus. Mereris: et, quandoquidem dignus es laude per pietatem, meritum beneficii tui non erit vanum. Crede*

—20 Leid. a man. sec. *tuliss. suum.*—23 Distichon Ovidianæ venæ nil habet. Pro *fortunæ cedere*, Argent. Sarrav. et tres alii, *fortunæ accedere.* Heins. *Fortunæ ac cedere* Argent. et duo alii. Forte legi posset, *Turpe s. casum Fortunæ, ac lædere amicum, Et n. s. f. e. n. suum.* De Casu distincto a Fortuna vid. ad Quintil. Decl. IV. 13. aliter 'cedere fortunæ' recte dici docuimus ibid. ad Decl. VI. 16. *Fortunæ et cedere* tres codices: *cedere amaræ* unus. Posset etiam legi, *et prodere amicum.* Burm.—25 Unus Heins. *Stroph. et Amithaone nati.*—26 Sa. *hæc Æacidæ P.*—28 Multi Vett. et Ms. Bersm. *quor. plausu tot.*—

NOTÆ

17 *Quodque*] Ut, scilicet, te Cæsaribus approbes. Namque apud magnates habenda est etiam gratia si quid in bonam partem accipiunt quod bene factum fuerit.

21 *Referre*] Amicitia desistere. Metaph. est a militibus.

25 *Strophio*] Pyladen dicit, de quo sæpius, Oresti amicitia conjunctissimus *Agamemnone*] Fuit hic Orestis pater, notior quam ut de eo quicquam dicatur.

26 *Ægidæ*] Thesei Ægei filii, cujus cum Pirithoo sæpe jam vidimus certam amicitiam.

28 *Theatra*] Illorum nempe amicorum decantata fides in tragœdiis.

32 *Surda*] Ut quam ipiisti, neque intelligam, neque referam.

Digitized by Google

Crede mihi, (nostrum si non mortale futurum
Carmen,) in ore frequens posteritatis eris.
Fac modo permaneas lapso, Græcine, fidelis;
Duret et in longas impetus iste moras.
Quæ tu cum præstes, remo tamen utor in aura.
Nil nocet admisso subdere calcar equo.

mihi, si versus nostri non sunt interituri, multus eris in ore posterorum. Fac modo, Græcine, perstes fidelis lapso, et iste fervor maneat in longum tempus. Quæ cum tu facias, adhibeo tamen remos aspirante vento. Nihil obest addere calcar equo incitato.

32 Thuan. *muta* pro *surda*.—35 Meliores, teste Heins. *lasso* pro *lapso*.—37 *Quem tu* Combii, et quinque alii; tres, *Quod;* duo, *Quam*. Scribe, *Quem te cum præstes:* hoc est, fidelem, quod præcesserat. Deinde multi veteres, *utor in auras*, vel *utar*. Sarrav. Polit. et duo alii, *utor in aura;* quod verum est. *Heins.* Quidam editi etiam *utar et aura*.—38 Pro *admisso* Arg. *alterno*, ut de equis desultoriis agat; quod et Heins. exemplis tuetur. Vid. Not. Var. 'Sed *admisso* hic minime mutandum; ut enim vento ferenti addimus remum, sic nil nocet currentem et admissum equum calcaribus stimulare: nec desultores calcaria addebant, sed nudis equis insistentes per terga ludebant volantium.' *Burm.*

NOTÆ

35 *Lapso*] Mihi qui erravi.

36 *Impetus*] Ardor amicitiæ. At enim et laudat et callide officii amicum admonet Naso.

37 *Remo tamen*] Eleganti Metaph. rationem reddit, cur amicum sponte sua opem ferentem officii admoneat.

EPISTOLA VII.

ATTICO.

ARGUMENTUM.

Ad Atticum scribens, primo eum salutat. Deinde percunctatur quid agat, et an eum amet: queriturque de fortuna, ac mala sua breviter commemorat, et innumerabilia esse dicit. Postremo in tot tantisque malis solam sibi spem relictam solatio esse asserit: precaturque in fide pristina permaneat, neo se amicum deserat.

Digitized by Google

Esse salutatum vult te mea litera primum
A male pacatis, Attice, missa Getis.
Proxima subsequitur, quid agas, audire voluptas:
Et si, quicquid agas, sit tibi cura mei.
Nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum
Sæpe supervacuos cogit habere metus.
Da veniam, quæso, nimioque ignosce timori.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
Sæpe canem longe visum fugit agna, lupumque
Credit, et ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum:
Vanaque solicitis incutit umbra metum.

Attice, mea epistola scripta a Getis male domitis jubet primum te esse salutatum. Proxima voluptas subsequitur accipere quid facias; et si, quicquid facias, me ames: neque sum incertus quin id *fiat; verum ipse metus malorum sæpe subigit frustra timere. Parce, precor, et da veniam nimio timori. Naufragus metuit etiam aquas quietas. Piscis semel vulneratus ab hamo doloso, arbitratur æra curva latere sub omnibus escis. Sæpe agna vitat canem longe conspectum, et arbitratur* esse *lupum, et ignara ipsa fugit præsidium suum. Artus vulnerati metuunt etiam levem contactum; et umbra vana creat timorem iis qui sunt anxii. Ita ego saucius*

3 *Voluptas* ex melioribus reposuit Heins. pro vulg. *voluntas*.—4 Edebatur *Et modo, quicq. agas, sit*. Sarrav. et duo alii, *Et si quid agis sit*, omisso *τῷ modo*: pro quo alii, *bene*, cum Argentinensi, alii, *jam*, vel *tu*, vel *nunc*, et similia. Scribe, *Et si, quicquid ages, sit tibi cura mei*. Atque ita tres scripti; nisi quod in iis, *agas*. Posset etiam reponi, *Est bene, quicquid agas, si tibi cura mei est*. Heins.—7 Serv. et Bersm. Ms. *fasso* pro *quæso*.—9 *Qui semel est facili piscis deprensus ab hamo* Farnes. An non pro *læsus* etiam liceret legere, *lapsus?* ut fieri solet sæpe in piscatu, ut elabatur piscis non bene fixus hamo, qui periculo doctus omnibus escis putat hamum subesse. *Burm.*—10 Barth. Jun. et Bersm. Ms. *subess. timet*.—14 *Incutit* est ex Heins. emend. quod et Barb. habet pro var. lect. alii cum vulg. *incitat*. Leid. *solicitos incitat u. metus;* Jun. *solicitum concitat u. metum*. Post hunc vs. in prima Ed. additum hoc distichon: *Si volucri captæ dat sors evadere posse, Partibus in cunctis esse putat laqueum.*—

NOTÆ

2 *Male pacatis*] Quia bellum semper inter illos barbaros.

5 *Malorum*] Cujuscumque fuerint generis. Solent vero illi qui adversam fortunam senserunt, ad omnia extimescere.

10 *Æra*] Ex quibus hami confiuntur.

12 *Suam*] Quia a canibus oves adversus lupos defenduntur.

14 *Solicitis*] Qui sibi tuti satis non videntur, et ex diverso impendentia mala reformidant.

Digitized by Google

Sic ego Fortunæ telis confixus iniquis,
  Pectore concipio nil, nisi triste, meo.
Jam mihi fata liquet, cœptos servantia cursus,
  Per sibi consuetas semper itura vias.
Observare Deos, ne quid mihi cedat amice;
  Verbaque Fortunæ vix puto posse dari.
Est illi curæ me perdere, quæque solebat
  Esse levis, constans et bene certa nocet.
Crede mihi, si sum veri tibi cognitus oris,
  Nec fraus in nostris casibus esse potest;
Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas,
  Altaque quam multis floreat Hybla thymis:
Et quot aves motis nitantur in aëra pennis,
  Quotque natent pisces æquore, certus eris:
Quam tibi nostrorum statuatur summa laborum,
  Quos ego sum terra, quos ego passus aqua.

infestis telis fortunæ nihil induco in animum meum nisi lugubre. Jam mihi constat fata tenentia cursus inceptos itura semper per iter solitum. Arbitror, amice, Deos invigilare ne quid mihi bene vertat, et vix fortunam posse decipi. Est illi curæ me perdere, et quæ consueverat esse inconstans, obest constans et bene confirmata. Fidem mihi habe, si sum tibi perspectus veridicus, neque dolus potest esse in nostris infortuniis; recensebis prius spicas segetis Cinyphiæ, et quam multis thymis Hybla excelsa floreat, et quot aves tollantur in aërem alis agitatis, et tibi constabit quot pisces natent in mari, quam tibi definiatur summa malorum nostrorum, quæ ego to-

15 Pro *iniquis*, 'rectius legeretur *iniquæ*, ut Heinsius in ora libri correxerat.' *Burm.* Juretus ad Symmachum Epist. I. 94. citat *acutis*.—17 Arg. et tredecim alii *fat. liquent*. Tum Leid. et Fr. *certos serv.* Tres alii *serv. gressus;* et Mor. cum sex libris *casus*.—18 Duo libri *Per mihi cons.*—22 P. Bersm. et novem alii *cert. manet;* Serv. *fuit*.—23 In Arund. *tib. creditus or.*—24 In aliis *Nec numerus nostris:* nostram lect. Heins. recepit ex Arg. et decem aliis: Sa. *Nec planis nostr.* 'Barthius reperit in suis *Nec frax est nostris, &c.* Latet aliquid.' *Burm.*—27 Sa. *mot. mittantur in:* Pat. et Thuan. *vibrantur*, unde Heins. *librantur;* et tum cum sex scriptis legebat *in aëre:* sed optimi, teste Burm. *nitantur in aëra*.—29 Excerpt. Scalig. *nostr. monstretur summ.* et tum Leid.

NOTÆ

17 *Cæptos*] Poëtæ maxime iniquos.

20 *Verba fortunæ*] Ut decepta mihi nocere non possit.

22 *Levis*] Quia data opera ideo tantum favere videtur, ut gravius noceat: neque diu eadem manet.

23 *Veri oris*] Atque adeo minime mendax.

25 *Cinyphiæ*] Libycæ; est namque Cinyps Libyæ fluvius, per uberrima arva decidens, Mela teste. Quare et Libya horreum dictum Romanorum.

26 *Hybla*] Mons fuit Siciliæ thymo et melle optimo celeberrimus; juxtaque urbs ejusdem nominis.

Digitized by Google

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe :
  Sed tamen hi nostris ingemuere malis.
Quæ tibi si memori coner perscribere versu,
  Ilias est fatis longa futura meis.
Non igitur vereor, quod te rear esse verendum,
  Cujus amor nobis pignora mille dedit :
Sed quia res timida est omnis miser ; et quia longo
  Tempore lætitiæ janua clausa meæ est.
Jam dolor in morem venit meus : utque caducis
  Percussu crebro saxa cavantur aquis ;
Sic ego continuo Fortunæ vulneror ictu :
  Vixque habet in nobis jam nova plaga locum.
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab usu,
  Nec magis est curvis Appia trita rotis ;
Pectora quam mea sunt serie cæcata laborum :
  Et nihil inveni, quod mihi ferret opem.

levavi terra, quæ ego toleravi aqua. Nulla natio est ferocior in toto mundo quam Getæ ; sed tamen hi doluerunt nostris ærumnis. Quæ si tentavero tibi enumerare carmine fideli, longa Ilias futura est meis fatis. Non ergo metuo, quod putem te esse metuendum, cujus amor exhibuit nobis mille indicia. Verum quia omnis infelix est res meticulosa, et quia fores occlusæ sunt meo gaudio longo spatio. Jam dolor meus mutatus est in consuetudinem, et quemadmodum silices teruntur frequenti ictu aquis decidentibus, ita ego lædor assiduo percussu fortunæ, atque jam vix novum vulnus habet locum in nobis. Neque vomer magis minuitur usu continuo, neque Appia est magis trita curvis rotis, quam meum cor est obsessum caterva malorum ; neque quicquam reperi,

malorum.—31 Excerpt. Scalig. et V. *est atrocior orb.* tres alii *crudelior.*—33 Mor. *Quæ mala si m. cupiam perscr.* Pro *coner* etiam Serv. *conor*, et Leid. *cogar.* Tum Twisden. *destringere vers.*—34 Leid. *Ilios est.*—35 Nonnulli vett. *quo* pro *quod ;* et tres *quia.* Sa. et Scalig. *verear qua terrear ess.*—36 Pro *mille*, libri quinque *multa ;* et unus *certa.*—37 Faber malebat *claus. mea est*, Heins. non nolente.—41 Arg. et Feschianus *F. verberor ict.*—42 Octo libri omittunt τὸ *que.*—44 Ita edidit Heinsius ex scriptis et optimis editionibus ; quædam tamen, *nec magis a curvis ;* etiam non male. *Burm.*—45 *Cæcata* retinendum putat Burm. variant vero admodum Codd. Barthii libri *celata ;* quidam Heins. inspecti *vexuta ;* alius *contrita ;* plurimi editi *calcata :* conj. et Heins. *sulcata*

NOTÆ

34 *Ilias*] Id est, longum opus ; cujusmodi fuit Homeri poëma de bello Trojano, quod Ilias dicitur.

44 *Appia*] Viam dicit ab Appio Censore stratam et cognominatam, quæ ab Roma Brundusium usque pertingebat.

45 *Cæcata*] Alii codices habent *calcata :* verum illa vox altera multo melius atræ curæ designat molestias et horrores

Digitized by Google

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis:
Infelix perii dotibus ipse meis.
Vita prior vitio caret, et sine labe peracta:
Auxilii misero nil tulit illa mihi.
Culpa gravis precibus donatur sæpe suorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit.
Adjuvat in duris alios præsentia rebus:
Obruit hoc absens vasta procella caput.
Quæ non horruerint tacitam quoque Cæsaris iram?
Addita sunt pœnis aspera verba meis.
Fit fuga temporibus levior: projectus in æquor
Arcturum subii, Pleiadumque minas.

quod mihi auxilio esset. Multi invenerunt gloriam per artes liberales: miser ipse interii per meas dotes. Vita anteacta est sine culpa, et absoluta absque macula: illa nihil profuit mihi infelici. Sæpe grave peccatum condonatur precibus suorum; omnis favor fuit mutus pro nobis. Præsentia prodest aliis in rebus asperis: ingens procella subvertit hoc caput absens. Quæ non reformidaverint iram etiam mutam Cæsaris? Voces sævæ adjectæ sunt supplicio meo. Exilium fit tolerabilius pro tempestatibus: ego pulsus in mare me objeci Arcturo et minis Pleiadum. Sæpe

---

vel *fæcata*. Tum nonnulli *malorum*.—47 Mor. *est gratia mult*.—49 Alii *peract. est*: at τὸ *est* abest a Sa. Arg. Twisden. et quatuor aliis.—51 Thuan. *prec. pacatur sæp*.—53 Pro *alios* meliores, teste Heins. *aliquem*; pr. Med. *aliquid*; Sa. *aliquo*; multi editi *aliquos*: Heins. suadet *aliqua*.—54 Quatuor libri *Obr. absentis vast*.—55 Edd. vulgatæ *Quem non obrueret taciti quoq.* '*Obruerit* multi. *Quæ non obruerit* Combii. *Quod non obruerit iram* Vossian. alius, *horruerit iram*: veterrimus Sarravianus, *Quæ non horruerit tacitam quoq.* recte, si *horruerint* reponas: nisi malis, *Quis non horruerit*; nam *Obruit* cum præcesserit versu

NOTÆ

48 *Dotibus*] Quia per artes poëticas seu potius amatorias exilio mulctatus.

52 *Muta*] Quia vel pro me amici Imperatorem non oraverunt, vel eorum preces inutiles fuerunt.

53 *Præsentia*] Quia, scilicet, pro se causam dicunt præsentes, ad amicos confugiunt, &c.

54 *Procella*] De Cæsaris ira loquitur, quæ absentem premebat.

57 *Fuga*] De sua non loquitur: sed in genere leniri exilium eorum dicit qui tempore navigationi apto proficiscuntur.

Projectus] Quasi certo periturus.

58 *Arcturum*] Stella est in majoris Ursæ cauda, quæ exortu suo tempestates dicitur ciere; quas et subiisse queritur Naso. Oritur autem illa octavo Kalendas Octobris.

Pleiadum] Stellæ sunt septem in capite Tauri, quæ quanquam navigandi tempus suo exortu indicant, qui in quartum nonas Apriles rejicitur, nihilominus tamen imbres trahere credebantur.

Digitized by Google

Sæpe solent hyemem placidam sentire carinæ:
Non Ithacæ puppi sævior unda fuit.
Recta fides comitum poterat mala tanta levare:
Ditata est spoliis perfida turba meis.
Mitius exilium faciunt loca: tristior ista
Terra sub ambobus non jacet ulla polis.
Est aliquid patriis vicinum finibus esse:
Ultima me tellus, ultimus orbis habet.
Præstat et exulibus pacem tua laurea, Cæsar:
Pontica finitimo terra sub hoste jacet.
Tempus in agrorum cultu consumere dulce est:
Non patitur verti barbarus hostis humum.
Temperie cœli corpusque animusque juvantur:
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
Est in aqua dulci non invidiosa voluptas:
Æquoreo bibitur cum sale mixta palus.

naves consueverunt experiri hyemem lenem: aqua non fuit asperior navi Ithacensi. Fides intemerata sociorum poterat minuere nostros labores: scelestum agmen auctum est meis spoliis. Loca reddunt fugam minus asperam; nulla terra est sub utroque axe mœstior ista. Est aliquid esse proximum finibus patriis: remotissima terra, pars mundi remotissima tenet me. Tua laurea certam facit pacem profugis, Cæsar: terra Pontica est sub hoste proximo. Suave est traducere tempus in agricultura: hostis Barbarus non sinit terram subigi. Corpus et animus exhilarantur temperatura aëris: regio Sarmatica indurata est continuo frigore. Est voluptas non invidiosa in aqua dulci: palus

superiori, hic ferri non potest.' *Heins. Tristis quoque* Leid.—61 *Tanta* Burm. dedit ex V. pro vulg. *nostra*.—62 Unus liber *perf. terra meis*.—65 In voc. *finibus* variant Codd. alii *mœnibus, partibus, fontibus, turribus*.—67 Serv. *in* pro *et*. —68 Jun. *sub axe jacet;* et Serv. *sub hoste riget*.—70 Quinque libri *verri* pro *verti*.—71 Arg. *cœl. tempusque animusq.* Tum omnes fere scripti, teste Burm.

NOTÆ

60 *Ithacæ*] Ulyssis Ithacensis, qui per decennium erravit, et multa adversa pertulit, priusquam Ithacam suam tangere posset. Insulam autem illam in Ionio mari fuisse, e regione Acarnaniæ, nihil opus est, credo, toties repetere.

Sævior] Quam mihi fuit, supple, aut navi qua vectus sum.

61 *Comitum*] De amicis non intellexero, verum de iis hominibus qui cum Poëta, rei faciendæ causa, aut ob alias rationes navigationi sese commiserant.

64 *Ambobus*] Arctico, scil. et Antarctico.

67 *Laurea*] Coronam ex lauro pro Cæsaris gloria et imperio posuit, quia illa victoriarum et gloriæ signum.

72 *Sarmatis*] Tomos in Sarmatiam relegatum Poëtam centies vidimus.

73 *Non invidiosa*] Quia omnibus haurire licet.

74 *Palus*] Aqua palustris.

Digitized by Google

Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit.
Ille etiam vires corpus habere facit.
Sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est;
At flecti nervos si patiare, cadet.
Spes quoque, posse mora mitescere Principis iram,
Vivere ne nolim deficiamque, cavet.
Nec vos parva datis pauci solatia nobis,
Quorum spectata est per mala nostra fides.
Cœpta tene, quæso; nec in æquore desere navem:
Meque simul serva, judiciumque tuum.

potatur confusu cum sale marino. Omnia desunt; tamen animus superat omnia; ille facit etiam corpus habere vires. Contendendum est totis cervicibus, ut feras pondus: at si sinas nervos flecti, ruet. Spes est *etiam, iram Principis posse molliri tempore; prospicit ne nolim vivere atque deficiam. Neque præbetis nobis levem consolationem,* vos *pauci, quorum fides probata est per nostras ærumnas. Permaneas, oro, in instituto, neque destitue navem in mari; atque tuere me simul et judicium tuum.*

juvatur.—72 Arg. *ora tegit.*—77 Alii *nitend. est vert. recto:* ex Pat. Fabricius profert *nitend. vert. recto est,* quod numerosius putat. At *vert. pleno est* Heins. dedit ex Sa. Scalig. Arg. et octo aliis.—78 *Cadet* pro vulg. *cades* recepit Heins. ex plurimis scriptis.—83 Quatuor vett. *æq. desine nav.*

NOTÆ

77 *Onus*] Quo quis premitur. In genere et sententiose hoc dicit, sui quasi hortandi causa, et consilium probandi: quomodo dicimus Gallice; *Il faut bien faire ferme, lorsque, &c.*

80 *Caret*] Spes, scilicet, quæ ultima miserorum consolatio.

81 *Pauci*] De amicis loquitur.

83 *Cœpta*] In meam gratiam.

Navem] Allegorice de se loquitur, quasi dicat, Ne me destituas in meis periculis.

84 *Judicium*] Venia dignum Poëtam censuerat Atticus, vel bene sperandum dixerat.

Digitized by Google

EPISTOLA VIII.

MAXIMO COTTÆ.

ARGUMENTUM.

HANC epistolam scribit ad Cottam, eique gratias agit quod ad se miserit Augusti Cæsaris, Liviæ, ac etiam Tiberii imagines: quos quoniam præsentes, et aliter videre non poterat, pro Diis venerabatur. Rogat deinde eos ut sibi mitius exilium concedant: nec patiantur eorum imagines, quas habet semper secum, esse in hostili et inviso loco.

REDDITUS est nobis Cæsar cum Cæsare nuper,
Quos mihi misisti, Maxime Cotta, Deos.
Utque suum munus numerum, quem debet, haberet,
Est ibi Cæsaribus Livia juncta suis.
Argentum felix, omnique beatius auro,
Quod, fuerat pretium cum rude, numen erit.
Non mihi divitias dando majora dedisses,
Cœlitibus missis nostra sub ora tribus.

Maxime Cotta, Cæsar cum Cæsare, quos Deos mihi misisti, nuper nobis est redditus: atque, ut tuum donum haberet numerum, quem debet, Livia est ibi addita suis Cæsaribus. Argentum beatum, atque felicius omni auro, quod, cum fuerit pretium rude, habet numen. Præbendo mihi divitias, non obtulisses majora munera, *tribus*

2 Quidam pro *Deos* legunt *duos*.—3 *Suum* ex Barb. alii cum vulg. *tuum*.—4 Ursin. *Cumque ibi C.* et editi quidam *Est tibi*.—6 Sic legerem cum Vossiano et Francofurt. id est, quod, cum fungebatur vice aliarum rerum, et ita pretium erat, id est argentum, quo aliquid emi posset, nunc mihi numen erit propter imagines Cæsarum. *Erat* Leidensis, et quatuor alii: *fuerat* sexdecim alii libri. De nummo capit Fabricius, sed vs. 57. ' simulacra' et 70. ' signa' vocans videtur icunculas indicare: nisi et ita facies nummo insculptæ vocari possint. *Burm.* Fabricius ita legit et distinguit: *Quod fuerit pretium, cum*

NOTÆ

1 *Cæsar cum Cæsare*] Augusti et Tiberii imagines.

3 *Quem debet*] Quia sine Livia sua, altera sui parte, Augusto satis prospectum non fuisset.

4 *Suis*] Marito, scilicet, et filio.

6 *Rude*] Non signatum.

Numen] Propter impressas in argento antea rudi Cæsarum imagines.

8 *Cœlitibus*] In conspectum datis

Digitized by Google

Est aliquid spectare Deos, et adesse putare;
  Et quasi cum vero numine posse loqui.
Præmia quanta, Dei! nec me tenet ultima tellus:
  Utque prius, media sospes in Urbe moror.
Cæsareos video vultus, velut ante videbam:
  Vix hujus voti spes fuit ulla mihi.
Utque salutabam, numen cœleste saluto.
  Quod reduci tribuas, nil (puto) majus habes.
Quid nostris oculis, nisi sola Palatia desunt?
  Qui locus, ablato Cæsare, vilis erit.
Hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romam.
  Nam patriæ faciem sustinet ille suæ.
Fallor? an irati mihi sunt in imagine vultus;
  Torvaque nescio quid forma minantis habet?
Parce, vir immenso major virtutibus orbe,
  Justaque vindictæ supprime lora tuæ.

cœlestibus missis sub nostrum conspectum. Est aliquid intueri Deos: et credere adesse, et posse loqui tanquam cum vero numine. Quantum munus, Dii! Neque remotissima terra me habet: et incolumis versor in media Urbe, ut antea. Intueor faciem Cæsaris, sicut prius intuebar. Vix ulla mihi spes fuit hujus voti. Atque saluto numen cœleste, sicut salutabam. Credo, nihil habes majus, quod præbeas reduci. Quid nisi sola palatia desunt nostris oculis? qui locus erit contemtus, Cæsare sublato. Cum ego hunc videam, mihi videor spectare Romam: nam ille tuetur formam patriæ suæ. Decipior, an facies est mihi infensa in effigie, et figura iniqua habet nescio quid minantis? Ignosce, vir major virtutibus mundo immenso, et at-

rude numen habet?—11 Legebatur olim *Quantum ad me redii; nec me, &c.* Decem veteres *Quos postquam vidi:* quinque, *Esse liber videor:* duo, *Quando ad me redii.* Politiani codex, *Præmia quanta, Dei!* eleganter. Sarravianus, *Quanta meridi;* mendose. alii aliter. *Heins.* Forte legendum, *Quam prope jam redii, nec me tenet ultima tellus? Jam liber videor* unus: *nam liber redii* alius: *quanta mihi dederim* Ms. Bersm. *Burm.*—13 Jun. *ante solebam.*—17 Pro *desunt* duo libri *desint;* unus Medonian. *desit:* Heins. suadet *defit.*—18 Arg. et duo alii *vil. erat.*—21 Arg. *ab* pro *in.*—22 Unus Med. *form. minacis hab.*—24 Pol. et quinque

NOTÆ

tribus quos tanquam Deos Naso, sicut et alii, venerabatur, aut certe venerari testabatur.

11 *Nec me tenet*] Se jam dicit in Scythia non esse, cum Deos præsentes habeat qui Romæ imperium habebant. Subtilissima est adulatio.

17 *Palatia*] Ubi Augustus habitavit, in Palatino monte.

23 *Vir*] Augustum in numismate alloquitur.

24 *Supprime*] Hac ab aurigis petita metaphora iram suam coërcere cupit Augustum.

Digitized by Google

Parce, precor, sæcli decus indelebile nostri;
  Terrarum dominum quem sua cura facit.
Per patriæ nomen, quæ te tibi cărior ipso est;
  Per nunquam surdos in tua vota Deos;
Perque tori sociam, quæ par tibi sola reperta est,
  Et cui majestas non onerosa tua est;
Perque tibi similem virtutis imagine natum,
  Moribus agnosci qui tuus esse potest;
Perque tuos, vel avo, vel dignos patre nepotes,
  Qui veniunt magno per tua vota gradu;
Parte leves minima nostras et contrahe pœnas;
  Daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum.
Et tua, (si fas est,) a Cæsare proxime Cæsar,
  Numina sint precibus non inimica meis.
Sic fera quamprimum pavido Germania vultu
  Ante triumphantes serva feratur equos.

trahe justas habenas vindictæ tuæ. Ignosce, oro, honos indelebilis nostri ævi, quem sua cura facit dominum terrarum; oro *per nomen patriæ, quæ est tibi carior te ipso, per Deos nunquam difficiles in tua desideria; et per consortem lecti, quæ sola inventa est tibi æqualis, et cui Majestas tua non est inventa onerosa; et per filium tibi similem specie virtutis, qui potest agnosci esse tuus per mores; et per nepotes tuos dignos vel avo vel patre, qui veniunt magno gressu per tua desideria; minue nostrum supplicium, et leva parte minima, atque assigna locum longe ab hoste Scythico. Tum, Cæsar proxime a Cæsare, tua numina ne sint contraria meis votis, si fas est. Ita sæva Germania feratur brevi serva facie timida ante equos triumphan-*

alii *lora* pro *fræna*.—25 *Precor* Heins. dedit ex uno Voss. in vulgatis erat *puer:* sed duo τὸ *puer* non agnoscunt, et alius habet *per:* Scaliger conj. *pater:* Heins. etiam putat posse legi *Parce vir, o sæcl.* Deinde in vulgatis erat *dec. admirabile nostr.* Ex melioribus reponit Heins. *indelebile;* nisi quod Sa. Scalig. et duo alii habent *indeflebile:* unus etiam *advenerabile;* et duo *venerabile*.—26 Ms. Bersm. et Sa. *quod* pro *quem:* Barthius scribit *te tua cura;* Mycill. Gryph. et aliæ Edd. cum multis scriptis exhibent *quem tua cura:* Leid. *quem sua terra;* et Heins. conj. *quem pia cura*.—27 Tres libri cum Arund. *Per patrium numen:* tum pro *quod* multi habent *quæ*.—31 Arg. et septem alii *tui* pro *tibi*.—34 Ex uno V. Heins. dedit *vota;* vulg. *jussa;* Pat. *versa:* Heins. mallet *gesta*, quod scriptum fuerat *jesta*, unde ille putat *jussa* fieri.—35 *Leves* ex R. alii *leva*.—36 Multi editi *Daq. locum Sc. q. s. a. h. procul.* Duo etiam *ab orbe:* et Leid. *locus*.—37 *Proxime* ex P. alii cum vulgatis *proxima*.—40 *Triumphantes* vetustiores, teste Heins. alii *triumphales* vel

NOTÆ

29 *Tori sociam*] Liviam, scilicet, quæ Augusti fuit uxor.
31 *Similem*] Tiberium dicit.
33 *Tuos*] Tiberii filios.
Avo] Augusto.
Patre] Tiberio.
34 *Veniunt*] Virtute et dotibus omnis generis augentur.

Digitized by Google

Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos
  Vivant; et possis filius esse diu.
Tu quoque, conveniens ingenti nupta marito,
  Accipe non dura supplicis aure preces.
Sic tibi vir sospes, sic sint cum prole nepotes,
  Cumque bonis nuribus quas peperere nurus.
Sic, quem dira tibi rapuit Germania, Drusus
  Pars fuerit partus sola caduca tui.
Sic tibi, Marte suo fraterni funeris ultor,
  Purpureus niveis filius instet equis.
Annuite o timidis, mitissima numina, votis.
  Præsentes aliquid prosit habere Deos.

tes. Ita pater vivat in annos Pylios, et *mater in* annos *Cumæos, et possis esse diu filius. Tu etiam uxor apta magno marito, audi vota supplicis aure propitia. Ita maritus sit tibi incolumis, ita nepotes cum posteris* suis, *et nurus quas peperunt cum bonis nuribus sint* incolumes. *Ita Drusus, quem fera Germania tibi abstulit, fuerit sola pars caduca tuorum liberorum. Ita filius purpura indutus sit tibi cito vindex necis fraternæ in equis candidis. O Dii lenissimi favete precibus pavidis;*

---

triumphatos.—42 *Vivum et ut* Barberin. *Vivat et huic possis* unus Vatic. *Vivant ut possis* unus Medon. Puto scribendum, *Vivat, et o possis.* Vide Notas ad Epist. Penelopes vs. 101. [Not. Var.] *Heins.*—45 Voss. *tibi* pro *sic.* Tum unus liber et pr. Ed. *sint e prol.*—46 *Quos peperere* plerique veteres; nepotes innuit. Sarravianus et octo alii, *quod;* pro *quot,* ut Combianus. *Heins. Quod* etiam Ms. Bersm. et id rectum est: nam eleganter numero neutro in hac re utuntur veteres; ut Ter. Andr. III. 1. 'quod peperisset, jussit tolli.' Vid. Fast. II. 415. *Burm.*—47 Multi libri et pr. Ed. *dura* pro *dira.*—49 In vulgatis erat *Sic tibi fraterni mature funeris u.* Basil. *Sic tibi marte suo fraterni funeris auctor:* et hoc Barthii membranæ confirmant, et veram lectionem esse puto. *Vulneris* tres: *sanguinis* duo. *Burm.*—52 Pro *aliquid* unus V. *aliquos:* Heins. conj. *aliqua:*

NOTÆ

37 *Proxime*] Tiberium alloquitur.

39 *Pavido*] Quomodo victam pingi oportuit aut repræsentari in curru triumphali.

41 *Pater*] Augustus.

Pylios] Longissimos, quales Nestoris Pylii fuerunt, qui ad tertiam pervenit ætatem. Pylo vero Peloponnesi urbe ortum Nestorem sæpius in præcedentibus.

Cumæos] Quales dicuntur fuisse Sibyllæ Cumanæ.

43 *Tu*] Liviam Augusti uxorem, quam apud maritum plurimum posse intelligebat, Naso alloquitur.

45 *Prole*] Tiberio.

Nepotes] Tiberii filios.

47 *Drusus*] Frater fuit Tiberii; atque is in Germania periit; cujus obitus causa ad matrem Liviam Naso carmen scripsit consolatorium.

50 *Purpureus*] Purpura Triumphali indutus, de more.

Filius] Tiberius, scil.

52 *Præsentes*] Quia ex argento expressas habuit imagines hoc dicit;

Digitized by Google

Cæsaris adventu tota gladiator arena
  Exit; et auxilium non leve vultus habet.
Nos quoque vestra juvet quod, qua licet, ora videmus:
  Intrata est Superis quod domus una tribus.
Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
  Quique Deum coram corpora vera vident.
Quod quoniam nobis invidit inutile fatum;
  Quos dedit ars votis, effigiemque colo.
Sic homines novere Deos, quos arduus æther
  Occulit: et colitur pro Jove forma Jovis.
Denique, quæ mecum est, et erit sine fine, cavete,
  Ne sit in inviso vestra figura loco.
Nam caput e nostra citius cervice recedet,
  Et patiar fossis lumen abire genis:

aliquid juvet habere Deos præsentes. Gladiator exit tota arena adventu Cæsaris, et facies ejus *præbet non parvam opem. Nobis etiam prosit, quod intuemur vestros vultus quatenus conceditur; quod una domus est visitata a tribus Diis. Beati illi, qui non intuentur imagines, sed ipsos, et qui* vident *Deum coram,* et *corpora vera. Quod cum iniquum fatum nobis negavit, veneror simulacrum et quos ars obtulit desideriis. Ita homines noverunt Deos, quos excelsum cœlum velat, et forma Jovis colitur pro Jove. Denique prospicite ne vestra effigies, quæ est et erit usque mecum, sit in loco odioso. Nam sinam potius caput avelli a nostris cervicibus, et oculos erui*

Thuan. habet *studiis.*—58 Pro *tota* Fabricius mallet *tuta:* nonnulli libri et Edd. multi *tutus,* quod non displicet Heins. nisi malit quis *lætus.*—54 Multi vett. *vulnus* pro *vultus:* in quibusdam etiam *numen.*—56 In R. cum vulg. *Facta quod est S.* Heins. conj. *Tacta:* in multis vero Mss. *Intrata est S.*—57 Heins. mallet *Fel. illos, qui.*—58 Pro *Deum* duo libri *Deos;* unus *Dei.*—59 Ms. Bersm. *inutil. lignum.*—60 *Votis* ex Heins. corr. nam Sa. et Arg. *votus:* sed vulg. *vultus.*—65 Pro *e nostra* plurimi *a nostra;* et unus *a vasta:* Arg. *hoc nostra c. mercede r.* Deinde ' scribe *recidi,* et refer ad τὸ *patiar,* quod sequitur. Epistola tamen Paridis: 'Ante recessisset caput hoc cervice cruenta.' Propert. Eleg. II. 7. 'Nam citius paterer caput hoc discedere collo.' Quare, si vulgatam scripturam tuemur, *recedat* malo, quam

NOTÆ

ad illud alludens quod 'præsentem Deum' idem sit quod propitium habere.

53 *Adventu*] Cum in Circum venit.

54 *Exit*] Circo arena strato egreditur. Victi nimirum gladiatores ad pedes Cæsaris confugiebant, et dimittebantur.

Non leve] Immo maximum, siquidem servi liberarentur.

55 *Qua licet*] Ex imagine, scilicet, argento expressa.

56 *Tribus*] Augusto, Liviæ, et Tiberio.

58 *Vera*] Non imagines.

61 *Sic*] Per Imagines. Subtilissime istud adjecit, ut quemadmodum Jupiter ex imagine præsentem opem indulget, ita et Augustus suam præbeat.

Digitized by Google

Quam caream raptis, o publica numina, vobis.
Vos eritis nostræ portus et ara fugæ.
Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis:
Vosque meas Aquilas, vos mea signa sequar.
Aut ego me fallo, nimiaque cupidine ludor:
Aut spes exilii commodioris adest.
Nam minus et minus est facies in imagine tristis;
Visaque sunt dictis annuere ora meis.
Vera, precor, fiant timidæ præsagia mentis:
Justaque quamvis est, sit minor ira Dei.

genis fossis, quam vobis ablatis destituar, o numina communia. Vos eritis portus et ara nostro exilio. Ego vos complectar, si fuero circumventus armis Geticis, et sequar vos meas Aquilas, vos mea signa. Vel ego mihi impono, et decipior nimio desiderio, vel spes exilii commodioris adest. Nam species minus atque minus est severa in effigie, et vultus visus est favere meis sermonibus. Oro omina animi mei *pavidi sint certa, et quamvis ira Dei sit justa, sit levior.*

recedet.' Heins.—67 *Lumina* Leidens. et Argent. ut Sol et Luna ' publica lumina' Virgilio lib. I. Georg. dicuntur; nihil tamen hic muto: *munera* prim. Edit. ita ' publica munera' dixit Met. VI. 351. de aquis communibus. *Burm.* —68 *Ara* Heins. dedit ex Sa. Arg. pr. Med. et sex aliis pro vulg. *aura.*— 69 P. *Scythicis* pro *Geticis.* Tum Leid. *si tangar ab;* Arg. *jungar;* alius *vincar.*—70 Ita Heins. vs. emendat: in vulg. *Utque meas aq. vestra ego sign.* Cod. Mor. *Vosque meas aq. vestra ego sign.* Arg. et septem alii *vos mea sign.*— 76 Heins. malebat *Justaq. quantumvis, sit:* et ita Douza.

NOTÆ

64 *Inviso*] Hostili, scilic. ubi perire possit.
68 *Portus*] Proverbio dictum, pro Salus et Perfugium.
70 *Aquilas*] Cujusmodi in exercitu signa sequebantur.

EPISTOLA IX.

COTYI REGI.

ARGUMENTUM.

Ad Cotium filium Cotii regis Thraciæ hanc epistolam scribit, laudatque illum a generis origine: monetque, regium ac divinum esse miseris succurrere, et sibi potissimum, ob studia poëticæ facultatis; siquidem illa quasi quod-

Digitized by Google

dam amicitiæ vinculum habent. Postremo eum rogat ut oranti terra sua bellicosa, in qua exulabat, sit ei fida et amica.

Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty;
Fama loquax vestras si jam pervenit ad aures,
Me tibi finitimi parte jacere soli;
Supplicis exaudi, juvenum mitissime, vocem:
Quamque potes profugo (nam potes) affer opem.
Me Fortuna tibi (de qua ne conquerar, hoc est)
Tradidit; hoc uno non inimica mihi.
Excipe naufragium non duro littore nostrum,
Ne fuerit terra tutior unda tua.
Regia (crede mihi) res est, succurrere lapsis:
Convenit et tanto, quantus es ipse, viro.

Coty, soboles regia, cui origo nobilitatis pertingit usque in nomen Eumolpi; si fama garrula jam pervenit ad aures vestras, me jacere in parte terræ tibi vicinæ, lenissime juvenum, obtempera voci supplicis; et præbe auxilium quod potes exuli, namque potes. Fortuna, de qua hoc est ne conquerar, dedit me tibi, non infensa mihi hoc solo. Excipe naufragium nostrum littore non sævo, ne aqua fuerit tutior tua terra. Fidem mihi habe, res est regia subvenire illis qui ceciderunt, et decet

Varie inscribitur hæc Elegia; alii *Ad Cotim*, alii *Ad Cotium* habent: Excerpt. Scalig. *Ad Cotym regem Sapæorum*; alius Cod. *Ad Cotin Thraciæ regem.* —2 Unus Heins. *Nomine ab Eum.*—5 Arg. *juv. dulcissime, voc.*—6 Mor. *Quaque pot.*—7 Vulg. legebatur *qua quod non queror, hoc:* tres *quod conqueror;* sex *non conqueror;* unus V. *non conquerar:* nostra lectio est ex Heins. corr.— 8 Arg. *Prodidit; hoc.* Alius *inim. loco.*—9 Bersm. marg. *Accipe naufr.* Jun. *limine* pro *littore.*—10 Duo libri *Nec* pro *Ne:* Auctor Elect. Eton. malebat *Neu.* Mox Excerpt. Scalig. *terr. mitior und.*—11 Feschianus *laus* pro *res.*—

NOTÆ

2 *Eumolpi*] Hic Neptuni et Chiones fuit filius, rex Thracum; qui Eleusinis adversus Athenienses opem ferens ab Erechtheo fuit obtruncatus. Apollodorus.

Coty] Hic Cotys, Cotius, aut Cotyson, nam idem videtur esse ex Tranquillo, rex fuit Thraciæ in Getas imperium suum proferens.

7 *Hoc*] Quod tibi, scil. sum vicinus. Ne, inquit, de fortuna quererer, fecit ut tibi traderer.

9 *Duro*] Iniquo.

10 *Ne fuerit*] Tuto in mari tuo navigavi, inquit: tuto igitur et in terra tua habitem; ne hæc illo, contra naturam, iniquior videatur.

11 *Regia*] Verissime sane, namque et ita Deus gloriam suam amat patefacere. At enim quibus istud inculces hodie ægre reperiuntur. Melius videtur plerisque brutis, quæ humana larva tegit, ex protritorum sanguine dapes sibi inemtas apparare.

Digitized by Google

Fortunam decet hoc istam: quæ maxima cum sit,
Esse potest animo vix tamen æqua tuo.
Conspicitur nunquam meliore potentia causa,
Quam quoties vanas non sinit esse preces.
Hoc nitor ille tui generis desiderat: hoc est
A Superis ortæ nobilitatis opus.
Hoc tibi et Eumolpus, generis clarissimus auctor,
Et prior Eumolpo suadet Erichthonius.
Hoc tecum commune Deo: quod uterque rogati
Supplicibus vestris ferre soletis opem.
Nam quid erit, quare solito dignemur honore
Numina, si demas velle juvare Deos?
Jupiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo cur cadat icta Jovis?

tantum virum, quantus tu es. Istud convenit huic fortunæ, quæ cum sit summa, vix tamen potest esse par tuo animo. Potentia nunquam cernitur causa potiore, quam quoties non patitur preces esse inanes. Splendor ille tuæ stirpis istud expetit, hoc est opus nobilitatis derivatæ a Diis. Eumolpus illustrissimus auctor gentis, et Erichthonius antiquior Eumolpo suadet tibi hoc. Istud commune Deo tecum, quod ambo rogati consuevistis auxilium præbere vestris supplicibus. An aliquid erit quamobrem honoremus Deos de more, si tollas numina velle prodesse? Si Jupiter præbeat aures surdas precanti; quare hostia percussa procumbat ad templum Jo-

13 Pro *hoc*, Arg. et alius *hæc*, quod et placebat Heins.—14 Feschianus *vix satis*; alius *apta*; et Arg. cum alio et Bersm. *suo*.—17 Editi et scripti nonnulli *iste* pro *ille*.—19 R. *gen. gratissimus auct.*—21 Heins. suadet *Deo* cum P. vel *Deo est*: vulg. *Deis*: Sa. *Deos*; Arg. *decus*. 'Sed numerus iste hic quidem loci placuisse non debuerat. Bersm. Ms. *Et tecum commune Deus quod uterque*. Et libri sane, quantum novi, omnes, *uterque*, vel *utrique*, excepta editione Vicentina, ex qua legimus, *utrinque*.' Auctor Elect. Eton.—22 Jun. *Supplic. votis*: et Fr. *ferr. velitis op.*—23 *Namquid* omnes Vett. Edd. *Numquid* ex Sa. Heins. habet.—24 R. *si cernas*, vel *donas*.—26 Arg. et tres alii *cur cadit*; et multi

NOTÆ

13 *Decet*] Sæpissime hac voce utuntur boni auctores ad illud significandum quod maxime necessarium est, et homini præsertim convenit. Verum quid deceat quid non oblitos esse decere maxime plerique hodie arbitrantur.

19 *Eumolpus*] Qui Eleusiniis opem tulit.

20 *Erichthonius*] Hic pedibus draco ex Vulcani semine procreatus, Athenarum regnum, pulso Amphictyone, invasit. Ad illum Chione Eumolpi mater genus suum referebat; ut prolixe narratur ab Apollodoro: quem vide, si tanti est.

24 *Velle juvare*] Scilicet juvare vult Deus verus saltem: ast opem ejus contemnunt depravatione sua excæcati homines.

25 *Surdas*] Inexorabiles.

26 *Cur*] Stultissime quidem illum

Digitized by Google

Si pacem nullam pontus mihi præstet eunti,
  Irrita Neptuno cur ego thura feram?
Vana laborantis si fallat vota coloni,
  Accipiat gravidæ cur suis exta Ceres?
Nec dabit intonso jugulum caper hostia Baccho,
  Musta sub adducto si pede nulla fluant.
Cæsar ut imperii moderetur fræna precamur,
  Tam bene quo patriæ consulit ille suæ.
Utilitas igitur magnos hominesque Deosque
  Efficit; auxiliis quoque favente suis.
Tu quoque fac prosis intra tua castra jacenti,
  O Coty, progenies digna parente tuo.
Conveniens homini est, hominem servare, voluptas.
  Et melius nulla quæritur arte favor.
Quis non Antiphaten Læstrygona devovet? aut quis
  Munifici mores improbat Alcinoi?

vis? Si mare nullam indulgeat tranquillitatem mihi *eunti, quamobrem ego præbeam thura vana Neptuno? Quamobrem Ceres accipiat viscera porcæ prægnantis, si illudat inanibus votis agricolæ opus facientis? Neque hædus victima præbebit jugulum Baccho crinito, si nulla musta currant sub pede calcante uvas. Oramus ut Cæsar tractet habenas imperii, quod ille tam bene prospicit suæ patriæ. Ergo commodum facit homines et Deos magnos; singulis tuentibus sua præsidia. Tu etiam fac juves prostratum intra tua castra, o Coty, soboles digna patre tuo. Voluptas est homine digna servare hominem; neque gratia melius conciliatur ulla arte. Quis non execratur Antiphaten Læstrygonem? aut quis damnat mores liberalis*

cum editis quibusdam *ulla J.*—28 *Thura* scripti pleriqne; unus *vota:* Fabricius cum Pat. malebat *dona.*—29 Meliores teste Heins. *fallat:* vulg. *fiant.* R. *Van. laborantes si fallant v. colonos.*—30 Alii *Accipiet grav.* Deinde Arg. *cur sua sacra C.*—31 Multi vett. *immerito* pro *intonso.*—32 Heins. ex scriptis plurimis reponit *adducto* pro vulg. *inducto.*—34 *Quod* Argent. et primæ Editiones. Lege *quo*, nempe imperio. Deinde *ille* meliores. *Heins.* Vulg. *quam...ipse.* Auctor Elect. Eton. conj. *quod...illa*, scil. fræna.—36 Arg. *quippe* pro *quoque.* Ms. Bersm. *quemque fovendo;* et unus lib. *quemque favente.*—37 Plurimi scripti *inter* pro *intra;* Burm. conj. *juxta.* Tum Barb. *tua sceptra jac.* alius *regna;* quinque libri *claustra.*—39 Alii *hominum* pro *homini.* Mox plurimi *serv. voluntas.*—40 Jun. *nulli* pro *nulla.*—42 Tres libri *mor. non probat A.*—43 In

NOTÆ

quisquam veneretur, quem nullius boni auctorem cognoverit.

27 *Pontus*] Mare, in quod Neptunus imperium obtinet.

28 *Irrita*] Vana, quæque ad votorum confirmationem nihil conferunt.

30 *Suis*] Cereri frugum Deæ sus mactabatur præsertim fœmina, quia illius muneribus præ ceteris animalibus infesta.

32 *Sub pede*] Si nullam vini copiam, cui præest Bacchus, præbeat.

36 *Quoque favente*] Singulis utilitati suæ consulentibus.

Digitized by Google

Non tibi Cassandreus pater est, gentisve Pherææ;
Quive repertorem torruit arte sua:
Sed quam Marte ferox, et vinci nescius armis,
Tam nunquam facta pace cruoris amans.
Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Nec Regum quisquam magis est instructus ab illis,
Mitibus aut studiis tempora plura dedit.
Carmina testantur; quæ, si tua nomina demas,
Threicium juvenem composuisse negem.

Alcinoi? Cassandreus non est tibi genitor, aut gentis Phereæ, vel qui torruit inventorem arte sua: sed quam sævus bello, et nescius superari armis, tam nunquam gaudens sanguine pace facta. Adjice quod doctum esse accurate artes liberales facit mores placidos, neque patitur esse sævos. Neque ullus regum est magis ornatus ab illis, aut præbuit plura tempora studiis mollibus. Versus faciunt fidem; quos negem juvenem Thracium scripsisse, si tollas tuum nomen. Et ne Orpheus esset

vulgatis legebatur *Non tibi Cassandrus pater est durusque Caphareus:* sed 'inepte Caphareus scopulus cum Cassandro rege conjungitur: multi ex scriptis, *genitorve Caphareus.* Argentinus, qui est inter optimos, *durusve Phareus.* Sarravianus omnium veterrimus, *gentisve Pherææ;* eleganter et vere: quanquam *dirusve Pheræus* quoque non inconcinne possit reponi.' *Heins.* Sed vid. Not. Var. *Cassandreus* etiam ex Sa. Heins. monet legendum.—45 Plurimi scripti *Sed qui M.* Mox Pol. *tam* pro *et.*—46 Multi scripti *Et nunq.* et Jun. *Qui.* — 50 Duo libri *Artibus* aut, et tres *Mollibus.* — 52 Decem libri *putem* pro *negem.* Jun. sic vs. exhibet *Thr. vatem comp. putem.*—

NOTÆ

37 *Intra tua*] Quia undiquaque Scythis Cotyis imperio subjectis cinctus erat, sic loquitur.

41 *Antiphaten*] Hic Læstrygonum rex fuit efferis moribus, populis consimilis ingenii imperitans, qui primo Formiis, deinde in extrema Italia Siciliam versus, habitaverunt. Illum docet Homerus ex Ulyssis sociis unum devoravisse.

42 *Alcinoi*] Phæacum rex fuit justissimus, cujus liberalitatem sensit Ulysses naufragus.

43 *Cassandreus*] Apollodorum Cassandriæ tyrannum intellige, de cujus sævitia præ ceteris Ælianus Var. Hist. XIV. 41.

Pherææ] Alexandrum Pheræorum in Thessalia crudelissimum tyrannum designat, ab uxore Thebe ejusque fratribus denique obtruncatum: de quo Xenophon, Diodorus Siculus, Plutarchus, Valer. Maximus, alii.

44 *Quive*] Phalaris is fuit, qui Perilium ænei bovis repertorem, quo homines inclusi torrerentur, primum omnium sua arte excruciavit. De quibus in superioribus.

51 *Si demas*] Ut a quo conscripta fuerint carmina per nomen appositum non intelligatur.

52 *Threicium*] Atque adeo barbarum, minimeque Latinis literis excultum.

Digitized by Google

Neve sub hoc tractu vates foret unicus Orpheus,
  Bistonis ingenio terra superba tuo est.
Utque tibi est animus, cum res ita postulat, arma
  Sumere, et hostili tingere cæde manum;
Atque, ut es, excusso jaculum torquere lacerto,
  Collaque velocis flectere doctus equi;
Tempora sic data sunt studiis ubi justa paternis,
  Utque suis humeris forte quievit opus;
Ne tua marcescant per inertes otia somnos,
  Lucida Pieria tendis in astra via.
Hæc quoque res aliquid tecum mihi fœderis affert:
  Ejusdem sacri cultor uterque sumus.
Ad vatem vates orantia brachia tendo,
  Terra sit exiliis ut tua fida meis.
Non ego cæde nocens in Pontica littora veni;
  Mixtave sunt nostra dira venena manu:

unicus Poëta sub hac plaga, tellus Bistonis sese effert tuo ingenio. Utque properas arma capere, et inficere manum nece hostili, cum res ita suadet; atque ut es peritus mittere jaculum brachio impulso, et torquere colla equi pernicis; sic postquam tempora justa data sunt studiis paternis, et cum opus asperum suis humeris intermissum est, ne tua otia languescant per pigros somnos, petis cœlum splendidum via Pieria. Ea res etiam facit mihi aliquid fœderis tecum: sumus ambo cultores ejusdem sacri. Ego Poëta porrigo brachia precantia ad Poëtam; ut tua terra sit tuta meæ fugæ. Ego non accessi homicida in oras Ponticas, aut fera toxica sunt mista manu nostra:

54 Ms. Bersm. *suo* pro *tuo*.—55 Leid. *res expostulat, arm*.—57 Alii *Utque est exc.* et Ms. Bersm. *Atque ut in exc*.—59 Duo vett. *ut* pro *ubi*.—60 Heins. corr. *Utque* ex vett. quatuor; et *suis* ex Sa. Arg. et Comb. legebatur vulg. *Atque tuis:* conj. etiam *Atque* vel *Utque suis numeris*. Auctor Elect. Eton. conj. *Aque suis humeris:* Burm. vero præfert Heins. emendationem. In quibusdam vett. quoque *quiev. onus*.—61 Thuan. *tempora* pro *otia*.—62 Duo libri *Ejusd. studii cult*.—66 Editi et scripti quidam *sit auxiliis ut*. Mox unus Cod. *tuta* pro *fida*.—67 *Pontica* pro vulg. *Ponti* Heins. dedit ex Pol. uno Voss. et

NOTÆ

53 *Hoc*] Thracio, scilicet, ubi Orpheus olim, poëta et philosophus insignis, Cotys deinde rex vixerunt.

54 *Bistonis*] Thracia, a Bistone stagno sic dicta.

55 *Cum res*] Laus summa.

60 *Humeris*] Nisi hic latet mendum, 'sui humeri' dicuntur qui opus aut onus suum absolverunt aut pertulerunt.

62 *Pieria*] A Musis instituta; quæ Pieriæ et Pierides vel a Piero monte vel a Pieri natis virginibus in Picas mutatis appellatæ.

63 *Hæc res*] Quod Musas colis.

64 *Sacri*] Apollinis namque sacerdotes poëtæ, itemque Musarum.

Digitized by Google

Nec mea subjecta convicta est gemma tabella
Mendacem linis imposuisse notam.
Nec quicquam, quod lege veter committere, feci.
Et tamen his gravior noxa fatenda mihi est.
Neve roges quid sit; stultam conscripsimus Artem.
Innocuas nobis hæc vetat esse manus.
Ecquid præterea peccarim, quærere noli:
Ut lateat sola culpa sub Arte mea.
Quicquid id est, habui moderatam vindicis iram:
Qui nisi natalem nil mihi demsit humum.
Hac quoniam careo; tua nunc vicinia præstet,
Inviso possim tutus ut esse loco.

neque meus annulus convictus est infixisse signum fallax linis, tabella supposita. Neque patravi quicquam, quod prohibear lege patrare: et tamen majus peccatum est mihi agnoscendum. Neve quæras quod sit, Ars stulta, quam scripsi, ea prohibet manus esse nobis innocentes. Ne petas ecquid peccaverim præterea, ut peccatum meum cognoscatur sub sola Arte mea. Quicquid id est, habui iram ultoris lenem, qui nihil mihi abstulit præter terram natalem. Quandoquidem ea sum privatus, nunc tua vicinitas faciat ut possim esse securus in loco odioso.

uno V.—69 Pro *subjecta* unus Cod. *supposita;* Serv. *sub tecta.*—70 Vulgo edebatur *Mend. ceris impos.* Cujacius Observ. XI. 14. *lignis* legit: at *linis* scribendum monet Heins. cum Sa. Scalig. Arg. et uno V. alii *signis;* Barb. *tabulis;* alius *chartis.*—71 *Veter* ex melioribus; alii *vetor.*—72 Sic Heins. ex tribus vett. Alii *Est tamen...fatenda mihi.*—73 Alii *quæ* pro *quid.*—75 *Ecquid* Heins. recepit ex Sa. et Medonian. uno cum pr. Ed. pro vulg. *Et quid:* Arg. *Ne quid peccarim pro re mea quær. noli.*—76 Malim *lateat* cum Puteano et undecim aliis; studiose enim semper verum crimen celat. *Burm.* Vulg. *pateat.*—77 *Habui* ex nonnullis scriptis rectius quam vulg. *habuit* Heins. putat. Tum vet. Cod. a Fabricio citatus, exhibet vindicis, quod putat magis ad sententiam facere quam vulg. *Principis.*—78 Jun. et duo alii *Quæ* pro *Qui.*

NOTÆ

69 *Convicta*] Quasi falso apposita fuerit illa, aut sigillum meum.

Gemma] Pro sigillo.

73 *Artem*] Amandi, scilicet.

Digitized by Google

EPISTOLA X.

MACRO.

ARGUMENTUM.

Ad Macrum poëtam scribens, multis indiciis ostendit, debere eum esse memorem sui, et pristinæ amicitiæ: cujus fructus et amoris signa, si illi in mentem venerint, dicit se absentem futurum illi tanquam præsentem semper ante oculos: quod ut ipse quoque efficiat impense precatur Poëta.

Ecquid ab impressæ cognoscis imagine gemmæ
  Hæc tibi Nasonem scribere verba, Macer?
Auctorisque sui si non est annulus index,
  Cognitane est nostra litera facta manu?
An tibi notitiam mora temporis eripit horum?
  Nec repetunt oculi signa vetusta tui?
Sis licet oblitus pariter gemmæque manusque,
  Exciderit tantum ne tibi cura mei.
Quam tu vel longi debes convictibus ævi,
  Vel mea quod conjux non aliena tibi;
Vel studiis, quibus es, quam nos, sapientius usus;
  Utque decet, nulla factus es Arte nocens.

Macer, ecquid cognoscis ab figura ceræ impressæ Nasonem tibi scribere has voces? Et si annulus non est index sui auctoris, litera estne cognita scripta nostra manu? An spatium temporis tollit tibi memoriam horum? neque oculi tui revocant signa antiqua? Esto oblivioni tradideris pariter sigillum et manum, modo ne amor mei a te recesserit. Quem tu debes vel convictibus longi temporis; vel quod mea uxor non est *tibi aliena, vel studiis, quibus es usus prudentius quam nos, et nulla Arte*

1 *Gemmæ* Fragm. Boxhornii et Francof. quamvis vero vulgatam [*ceræ*] defendi posse sciam, rectius tamen meo judicio gemma dicitur imprimi, quam cera, cui gemma imprimit imaginem, et hoc confirmatur mox vs. 7. Vel legendum esset, *impressa cognoscis imagine ceræ*. Burm.—4 Pr. Ed. *Cognec nostr.*—5 P. *Quin tib.*—12 Pro *es* Burm. conj. *ab*; nam 'es' in superi-

NOTÆ

5 *Horum*] Cum sigilli, tum scripturæ Poëtæ.

6 *Nec repetunt*] Revocare nequeunt, aut in memoriam reducere.

Digitized by Google

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.
Naso parum prudens, Artem dum tradit amandi,
Doctrinæ pretium triste magister habet.
Sunt tamen inter se communia sacra poëtis;
Diversum quamvis quisque sequamur iter.
Quorum te memorem (quanquam procul absumus) esse
Suspicor; et casus velle levare meos.
Te duce, magnificas Asiæ perspeximus urbes:
Trinacris est oculis, te duce, nota meis.
Vidimus Ætnæa cœlum splendescere flamma;
Suppositus monti quam vomit ore gigas:
Hennæosque lacus, et olentia stagna Palici,
Quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.

factus es reus, ut decet. Tu cantas quicquid supererat immortali Homero, ne bella Trojana careant manu ultima. Naso magister parum sapiens habet lugubrem mercedem doctrinæ dum docet Artem amandi. Poëtæ habent tamen sacra communia inter se; quamvis singuli teneamus viam diversam. Quorum suspicor te esse memorem, quamvis procul dissiti sumus, et cupere subvenire meo infortunio. Lustravimus splendidas urbes Asiæ te duce; Sicilia est cognita oculis meis te duce. Vidimus aërem lucere igne Ætnæo, quem Gigas subjectus monti eructat ore; et lacus Hennæos, et stagna olentia Palici, et qua Anapus jungit Cyanen aquis suis: neque

ori vs. occurrit.—14 Pro *bella* duo vett. *facta*: Heins. conj. *fata*.—15 *Tradit*, quod non displicebat Heinsio, ex Comb. et Thuan. Burm. dedit pro vulg. *tractat*: Mor. *cantat*; R. *curat*.—17 Thuan. *se confinia sacr.* et Mor. *sacr. poëtæ*.—18 *Sequamur* ex Fabricii conj. vulg. *sequatur*: Sa. *queratur*; Ms. Bersm. *petamus*.—19 Quidam scripti et pr. Ed. *quamvis* pro *quanquam*. Unus Cod. *quamvis procul absumus a te*; F. *quamvis sumus orbe remoti*: Barb. *quanquam procul absumus urbe*.—20 Ms. Bersm. *Auspicor*; *et*. Deinde quatuor scripti *vell. juvare meos*.—21 Pat. *A. perreximus urb.* et plurimi *prospeximus*.—22 Alii *Trinacria*. Mox *nota* meliores, teste Heins. multi editi *visa*.—24 Tres libri et Bersm. Ms. *movet* pro *vomit*.—25 Plurimi legebant *Ætnæosque*: *Hennæosq.* Sa. Arg. et unus V. duo alii *Ennæosque*. Deinde Zinzerl. in Diatrib. *et olentis stagn.* Tum multi etiam habent *Palisci*.—26 Multi scripti et editi *Quaque su.*

NOTÆ

18 *Restabat*] Usque ad mortem Hectoris, carmen suum Homerus de bello Trojano perduxerat: cetera scribenda assumserat Macer.

22 *Trinacris*] Sicilia, quæ a triangulari forma tribusque promontoriis ea nomine dicta.

Te duce] Cum Macro igitur multas regiones lustraverat Naso.

23 *Ætnæa*] Quæ ex Ætna Siciliæ incenso monte erumpit.

24 *Gigas*] Typhoëus, scilicet; de quo in Metamorph.

25 *Hennæos*] Qui ab Enna Siciliæ urbe insigni, in insulæ umbilico, fontibus irrigua, nomen sortiti sunt.

Palici] Hi fratres fuerunt, quos Jovis filios nonnulli, Hesychius A-

Digitized by Google

Nec procul hinc Nymphen, quæ, dum fugit Elidis amnem,
Tecta sub æquorea nunc quoque currit aqua.
Hic mihi lapsantis pars anni magna peracta est.
Eheu, quam dispar est locus ille Getis!
Et quota pars hæc sunt rerum, quas vidimus ambo,
Te mihi jucundas efficiente vias!
Seu rate cœruleas picta sulcavimus undas;
Esseda nos agili sive tulere rota.
Sæpe brevis nobis vicibus via visa loquendi;
Pluraque, si numeres, verba fuere gradu.
Sæpe dies sermone minor fuit; inque loquendum
Tarda per æstivos defuit hora dies.

longe hinc vidimus *Nympham, quæ dum fugit fluvium Elidis nunc etiam fluit tecta sub aqua marina. Hic bona pars anni currentis a me transacta est. Eheu quam ille locus est dissimilis Getis! Atque hæc quantula sunt pars rerum quas ambo spectavimus, te mihi præstante iter gratum! sive eruimus aquas glaucas navi picta; sive carpenta nos vexerunt rota fervida. Sæpe iter visum est nobis breve vicibus confabulandi, et si recenseas voces fuerunt plures quam gressus. Sæpe dies fuit brevior colloquiis, et longa hora per dies æstivos defuit. Est aliquid metuisse*

Gronovius etiam cum quibusdam vett. scribebat *misc. Anapis aq.*—27 *Nymphen* scribe. *Heins.* Vulg. *Nymphe.*—28 Pr. Thuan. et V. *quoq. manat.* Tum Ms. Bersm. *humo* pro *aqua.*—29 Jun. *Hoc mihi pars anni labentis longa peracta est.* Unus liber *tota* pro *magna;* alius *tuta.*—30 Alii *Heu quantum disp.* multi vett. *Heu, heu, quam disp.* nonnulli etiam *Hei mihi quam disp.*—31 Heins. malebat *At quota.* Mox Jun. *sunt hæc;* et Ms. Bersm. *hæc est.*—35 [Pro *visa*] Ms. Bersm. *mensa,* quod invasit Auctor Elect. Eton. sed tunc re vera brevis fuisset via; et longitudinis mensura inita esset, vicibus loquendi ad quas calculos subduxissent loquentes; id enim notare verbis deberet. At nunc licet esset revera longa, jucundis sermonibus *visa* brevis fuit. *Burm.*—37 *Loquendum* recepit Heins. ex Sa. Arg. et quinque aliis pro vulg. *loquendo.*—38 Duo libri *æst. defluit hor.*

NOTÆ

drani cujusdam melius scripsit; a quibus lacus duo sulfureo odore in Sicilia, inde illi prodiisse dicuntur, nomen acceperunt.

26 *Cyanen*] Fons est Siciliæ, in quem Nympha hujus nominis, Proserpinæ a Plutone raptæ dolore, mutata: de qua in Metam.

Anapus] Siciliæ fluvius per campos Syracusanos in mare defluens.

27 *Nymphen*] Arethusa est, Dianæ comes, quæ in fontem sui nominis, dum Alpheum amnem fugit, mutata est: ut prolixe dictum in Metam.

Elidis] Regiuncula est Peloponnesi, quam et irrigat Alpheus fluvius.

28 *Sub æquorea*] Istud dicit, quia per subterraneos meatus Siciliam usque, ne suas aquas cum Alpheo commisceret, Arethusa perfugit.

29 *Hic*] In Sicilia.

31 *Quota*] Minimam innuit.

34 *Esseda*] Vehiculi genus, more Gallico.

Digitized by Google

Est aliquid, casus pariter timuisse marinos;
Junctaque ad æquoreos vota tulisse Deos:
Et modo res egisse simul; modo rursus ab illis,
Quorum non pudeat, posse referre jocos.
Hæc tibi si subeant, (absim licet,) omnibus horis
Ante tuos oculos, ut modo visus, ero.
Ipse quidem extremi cum sim sub cardine mundi,
Qui semper liquidis altior extat aquis;
Te tamen intueor, quo solo pectore possum:
Et tecum gelido sæpe sub axe loquor.
Hic es, et ignoras: et ades celeberrimus absens:
Inque Getas media visus ab Urbe venis.

æqualiter casus æquoreos, atque una nuncupavisse vota Diis marinis: et nunc tractasse negotia simul; nunc rursus ab illis posse commemorare ludos, quorum non pudeat. Si hæc veniant tibi in mentem singulis horis, quanquam sim procul, ero coram oculis, tanquam modo conspectus. Ego quidem, tametsi sim sub polo orbis ultimi, qui semper apparet excelsior aquis fluidis, nihilominus te specto animo, quo solo licet, et fabulor sæpe tecum sub cardine frigido. Hic es, et nescis, et absens ades frequentissimus, et venis ab Urbe media in conspectus Scythicos. Par pari

---

et Arg. et duo alii *deficit.*—39 Ed. Bersm. *Est modo res cas.* Mox quatuor libri *par. tenuisse mar.* Heins. volebat *tremuisse.*—42 Arg. *Qua non me pud.*—43 Multi scripti *cum* pro *si.* Mox *absim* est ex Jun. quidam vett. *absens:* vulg. *hic sim,* et Arg. *licet hic sim:* Sa. *ipsam.* Præterea ex Ro. et duobus aliis Heins. reposuit *horis* pro vulg. *annis.*—45 *Ipse quidem certe cum sim sub c. m.* Sarrav. cum vulgatis et ex scriptis multi; mendose haud dubie. Twisdenius *toto:* quinque, *certo:* Excerpta Scaligeri et duo ex nostris, *extremi;* etiam bene: unus cum Arundeliano *extremo:* quatuor *positus:* de quo vide Notas nostras [Not. Var.] supra Eleg. I. 5. 79. *Heins.* Unde etiam edidit Heinsius, *Extremi cum sim;* sed omnino eradicandum τὸ *cum sim* et sic habendum: *certe,* glossema τοῦ *quidem,* occupavit locum *extremi; cum sim,* interpretamentum τῷ *positus* superadditum, pro illo ipso, quasi facilioris sententiæ, receptum est: aliis tamen alio modo turbantibus. Hæc mihi adeo pro certis sunt, ut conjecturam, si tamen ita vocanda, in textum ausus sim recipere: *Ipse quidem extremi positus sub c. m.* Auctor Elect. Eton. Legendum esset, si quis *positus* vellet retinere, *Ipse quidem positus cum sim.* In Leidensi et duobus aliis erat, *Ipse quidem gelido cum sim; incerto* alius: *sub climate* Putean. *Burm.*—49 Unus Cod. *Hoc tamen ignor.* Mor. et Bersm. *sed abes celeb.* Vulgati etiam habent *sed;* at ex melioribus Heins. reposuit *et.*—50 Pro *media*

NOTÆ

35 *Vicibus loquendi*] Sermones alternatim cædendo.

36 *Gradu*] Singulis quippe passibus pluscula verba proferebant.

38 *Tarda*] Æstate nimirum dies sunt longiores.

39 *Aliquid*] Quo, scilicet, foveatur amicitia.

46 *Altior*] Polus vero Arcticus, cui propior Naso, in Getis agens, Oceano nunquam mergitur.

48 *Gelido*] Scilicet Septemtrionalis

Digitized by Google

Redde vicem: et, quoniam regio felicior ista est,
Illic me memori pectore semper habe.

refer; et quandoquidem plaga ista est beatior, habe me semper illic corde memori.

quidam habent *medios*. Tum ex plurimis scriptis Heins. dedit *visus* pro vulg. *missus*: Sa. Arg. et octo alii habent *jussus*: Thuan. *pulsus*, unde Heins. olim conj. *multus*.—51 *Et* deest P. Mox Jun. et alii *felic. illa est*; Leid. *hæc est*: Heins. maluerat *reg. hac felic. ista est*.—52 Ex sex scriptis *Illic* Burm. dedit pro vulg. *Istic*. Tum P. *me in memor*.

NOTÆ

plaga frigidior.

50 *Visus*] Poëtæ phantasia, scilicet.

51 *Ista*] Italiam vero nullus Scythicis regionibus feliciorem non crediderit.

EPISTOLA XI.

RUFO.

ARGUMENTUM.

Ad Rufum Fundanum, uxoris suæ avunculum, hanc epistolam scribit Poëta: cujus merita dicit se habere in memoria, quamvis sit longissimo intervallo remotus. Demum Deos precatur ut illi meritas gratias referant.

Hoc tibi, Rufe, brevi properatum tempore mittit
Naso, parum faustæ conditor Artis, opus:
Ut, quanquam longe toto sumus orbe remoti,
Scire tamen possis nos meminisse tui.

Rufe, Naso auctor Artis parum beatæ mittit tibi hoc opus festinatum exiguo tempore; ut quamvis sumus procul dissiti toto orbe, possis tamen intelligere nos re-

Hæc Epist. in Scalig. Excerpt. inscribitur *Ad Rufum Fundanum*.—3 Jun.

NOTÆ

1 *Hoc*] De secundo libro hoc loquitur.

Properatum] Festinanter perscriptum.

Digitized by Google

Nominis ante mei venient oblivia nobis,
  Pectore quam pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
  Quam fiat meriti gratia vana tui.
Grande voco lacrymas meritum, quibus ora rigabas,
  Cum mea concreto sicca dolore forent.
Grande voco meritum, mœstæ solatia mentis;
  Cum pariter nobis illa tibique dares.
Sponte quidem, per seque mea est laudabilis uxor;
  Admonitu melior fit tamen illa tuo.
Namque quod Hermiones Castor fuit, Hector Iuli,
  Hoc ego te lætor conjugis esse meæ.
Quæ, ne dissimilis tibi sit probitate, laborat;
  Seque tui vita sanguinis esse probat.
Ergo, quod fuerat stimulis factura sine ullis,
  Plenius auctorem te quoque nacta facit.

cordari tui. Prius obliviscar nominis mei, quam amor tuus excedat meo corde. Atque prius efflabimus spiritum in tenuem aërem, quam gratia beneficii tui vanescat. Dico magnum meritum lacrymas quibus spargebas faciem, cum mea esset arida dolore coacto. Dico magnum meritum consolationes tristis animi, cum præberes illas tibi juxta et nobis. Equidem mea conjux est bona ultro et per se, attamen illa fit laudabilior tuo consilio. Namque quod Castor fuit Hermiones, Hector Iuli, ego gaudeo te hoc esse meæ uxoris; quæ contendit ne sit tibi dispar moribus, et ostendit vitæ probitate esse tui generis. Quod igitur erat factura sine ullo suasu facit me-

---

et Ms. Bersm. *Et* pro *Ut*.—5 Heins. ex octo vett. edidit *mei veniant obliv.* sed tum Burm. monet mox *reddamus* legendum esse.—6 Pro *pulsa* quatuor libri *lapsa;* unus *pressa*.—8 Tres libri *grat. surda tui*.—10 Barb. pro *concreto* exhibet *perpetuo;* et Jun. *confecto*.—13. 14 *Per se mea sit* Vossian. *per se mea cum* Servii: *per seque meis* Edit. Gryph. quæ in margine, *per teque mea es*. Mox, *sit tamen* Junian. et Boxhorn. et edit. Bersm. Mauris. Histor. Dominor. de Romano citat, *Sponte quidem per se mea est laudabilior uxor. Fit tame admonitu melior ipsa tuo*, vitiose. *Burm*.—15 Alii *Hermione*, vel *Hermiones*. Vulg. *H. Iulo:* Sa. *H. illi;* unde Heins. *Iuli*, quomodo Arg. et Comb. cum Twisden. et Barb.—17 R. *sit pietate, lab*.—18 Marg. Bersm. *vitta* pro *vita*.—19 Arg. *quæ* pro *quod*.—20 Unus liber *Fortius auct.* at Feschianus *Hoc hortatorem te*.—

NOTÆ.

2 *Parum faustæ*] Quia ideo relegatus.

8 *Vana*] Per meam oblivionem.

14 *Admonitu*] Consiliis et hortationibus.

15 *Hermiones*] Ea fuit Helenæ filia, cujus ergo Castor, Helenæ frater, fuit avunculus.

Iuli] Hic, Æneæ filius, matrem habuit Creusam Hectoris sororem, adeoque Hectorem ipsum avunculum.

16 *Hoc*] Avunculum ergo.

18 *Vita*] Integra et honesta, scilicet.

20 *Auctorem*] Qui virtute tua illi meæ uxori facem præfers.

Digitized by Google

Acer, et ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.
Adde, quod absentis cura mandata fideli
Perficis, et nullum ferre gravaris onus.
O referant grates, quoniam non possumus ipsi,
Di tibi: qui referent, si pia facta vident.
Sufficiatque diu corpus quoque moribus istis,
Maxima Fundani gloria, Rufe, soli.

lius nacta te repulsorem. Equus generosus, et cursurus per se ad honores palmæ, curret tamen melius, si instiges. Adde quod exequeris jussa absentis cura fideli, et nullum onus quereris portare. O quandoquidem ipsi non possimus, Dii tibi referant gratias, qui referent si aspiciant pia facta: atque corpus subministret quoque diu istis moribus, Rufe, honos maxime terræ Fundanæ.

21 Serv. *ut* pro *et*.—22 Maurisius *tam. hortetur fortior ib.* Ms. Bersm. etiam *fortior*.—25 In Ed. Aldin. et alia *Ore ferant:* Arg. *Et referant;* Heins. conj. *At:* V. *Ergo ferant*.—26 Duo libri *pia vota vid.*—28 *Rure solo* Sarrav. forte scripserit, *Maxima Fundano gloria, Rufe, solo:* ita quidam codices. Trist. I. 4. 24. 'Hyrtacidæ Niso gloria nulla foret.' *Burm.*

NOTÆ

21 *Palmæ*] Quæ victoribus in honoris testimonium datur.

28 *Fundani*] Fundi oppidum fuit Campaniæ, hujus Rufi patria, ad quem scribit Naso.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

EX PONTO

LIBER III.

EPISTOLA I.

UXORI.

ARGUMENTUM.

HANC hujus libri primam epistolam ad uxorem mittit, cui Ponticæ regionis, ubi exulabat, incommoda narrat: quibus dicit debere illi minime mirum videri si mitioris soli exilium petit: qua in re ipsa pro marito debet præ ceteris laborare, si vult bonæ uxoris officio fungi. Docet deinde id sibi præstari posse, si ad Liviæ Augusti uxoris præsidium confugerit: cujus clementiam ac benignitatem exponit: ad quam rem peragendam eligendum esse tempus idoneum admonet: quo pacto autem id agendum, quidve petendum sit, elegantissime colligit Poëta.

ÆQUOR Iasonio pulsatum remige primum,
Quæque nec hoste fero, nec nive, terra cares;

Mare primum agitatum a remige Iasonio, et Terra, quæ neque destituta es hoste

NOTÆ

1 *Iasonio*] Jasonem Argo navi per Ponticum mare ad rapiendum vellus aureum vectum in Metam. vidimus.
2 *Terra*] Scythicam alloquitur.

Digitized by Google

Ecquod erit tempus, quo vos ego Naso relinquam,
In minus hostilem jussus abire locum?
An mihi Barbaria vivendum semper in ista?
Inque Tomitana condar oportet humo?
Pace tua, (si pax ulla est tibi, Pontica tellus,
Finitimus rapido quam terit hostis equo,)
Pace tua dixisse velim, tu pessima duro
Pars es in exilio, tu mala nostra gravas.
Tu neque ver sentis, cinctum florente corona:
Tu neque messorum corpora nuda vides.
Nec tibi pampineas autumnus porrigit uvas:
Cuncta sed immodicum tempora frigus habent.
Tu glacie freta vincta tenes: et in æquore piscis
Inclusus tecta sæpe natavit aqua.
Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pæne marini:
Qui potus dubium sistat alatne sitim.
Rara, neque hæc felix, in apertis eminet arvis
Arbor; et in terra est altera forma maris.

sævo, neque nive, eritne aliquod tempus, quo ego Naso vos deseram, jussus concedere in aliquem locum minus invisum? An semper mihi degendum in ista Barbaria? et necesse est sepeliar in terra Tomitana? Pace tua, si ulla est pax tibi, Terra Pontica, quam hostis vicinus pulsat equo veloci, velim dixisse pace tua, tu es pars gravissima in aspero exilio, tu auges nostra incommoda. Tu neque sentis ver coronatum sertis florentibus; tu neque cernis corpora nuda messorum. Neque Autumnus tibi præbet racemos pampineos, sed omnes tempestates habent frigus immoderatum. Tu tenes maria compacta gelu; et piscis clausus mari natavit sæpe, aqua operta. Neque habes fontes, nisi fere aquæ marinæ, qui potus incertum est leniat an accendat sitim. Rara arbor, neque hæc fœcunda, apparet in campis patentibus, et altera est

3 Jun. et plurimi *Ecquid;* Ms. Bersm. *En quid.*—4 Sic Heins. ex tribus scriptis: in vulgatis erat *hostili jussus abesse loco,* et in septem *abire;* et ita edidit Aldus in poster. Ed. Quidam scripti *inviso...loco.*—5 Arg. *Anne est B.* Boxhorn. *barbarie.* Alii *vivend. est.* Scripti et editi nonnulli *ist. est.*—7 *Tibi* pro vulg. *tua* restituit Heins. ex nonnullis libris.—9 Excerpt. Voss. *nostro* pro *duro.*—14 Nonnulli *frig. habet;* et sic Heins. scribit.—15 Alii *juncta* pro *vincta.*—16 Pro *tecta* unus *dubia;* duo *media:* nihil tamen mutaret Burm. nisi in super. vs. quis mallet *in æquora,* ut Trist. III. 10. 30. 'Tectis in mare serpit aquis:' et intelligatur piscis, ex fluviis in mare natans.—17 Quidam *Non* pro *Nec:* et unus V. a Ciofano citatus *Hic;* et mox *sed* pro *nisi.* Tres libri *sunt fontis latices nisi.*—18 Libri multi *dub. est sist.* τὸ *est* ejecit Heins. auctoritate Sa. R. P. et octo aliorum Codd. P. etiam habet *alatve.*—19 Unus liber *Raraque nec fel.* Decem etiam *Rara nec hic fel.*—20 Heins. pro *altera* conj. *æmula.*

NOTÆ

12 *Neque messorum*] Adeoque nec æstatem.
16 *Tecta*] Glacie, scilicet.
18 *Alat*] Sal nempe sitim acuit.

Digitized by Google

Non avis obloquitur: sylvis nisi si qua remotis
  Æquoreas rauco gutture potat aquas.
Tristia per vacuos horrent absinthia campos,
  Conveniensque suo messis amara loco.
Adde metus, et quod murus pulsatur ab hoste;
  Tinctaque mortifera tabe sagitta madet:
Quod procul hæc regio est, et ab omni devia cursu:
  Nec pede quo quisquam, nec rate, tutus eat.
Non igitur mirum, finem quærentibus horum
  Altera si nobis usque rogatur humus.
Te magis est mirum non hoc evincere, conjux;
  Inque meis lacrymas posse tenere malis.

species maris in terra. Non avis obmurmurat; nisi si qua bibit aquas marinas in sylvis remotis. Amara absinthia surgunt per vastos agros, et messis ingrata conveniens suo loco. Adde timores, et quod mœnia impetuntur ab hoste, et spicula infecta fluunt veneno pestifero; quod hic tractus est longe, et remotus ab omni itinere, et quo nullus securus transeat neque pede, neque navi. Non mirum igitur si altera terra semper rogatur a nobis expetentibus finem horum. Magis mirandum est, uxor, te non consequi istud, et posse compescere fletus in meis ærumnis. Petis

—21 Sic distinxit Mycillus: olim edebatur *obloquitur sylvis, nisi, &c.* 'Aut recipienda distinctio Mycilli, aut locus corruptus est. Nam quis unquam vidit in remotis sylvis avem potare aquam æquoream? et præterea sæpe queritur Naso, nullas arbores esse in loco, quo degebat. Quare ego mallem legere, *Non avis obloquitur, sylvis nisi si qua relictis Æquoreas, &c.* Verba illa *remotis* et *relictis* sæpe confusa. Relinquunt vero sylvas et mediterranea aves frigore ingruente, ut maris aquam, quæ non tam cito congelascit, bibant; quod et nos quotannis videmus. *Alloquitur* sex libri.' *Burm.*—22 Multi *potet* pro *potat.*—23 Duo libri *vac. hærent absinth.*—25 Unus lib. *mur. pulsetur ab;* et alius *cingatur.*—26 Mor. *Tactaque mort.* Tum Jun. *cæde sag.* et R. *sag. manet.*—27 *Quod* Heins. recepit ex Twisden. quatuor aliis et pr. Ed. pro vulg. *Quam:* Sa. *Quo.* Mox Barb. *dev. portæ.*—28 Pro *quo* multi cum Bersm. et Aldin. *qua;* V. *quam:* sed quia *quam quisquam* offendit aures Burm. præfert vulgatum.—29 Jun. et Bersm. *mir. est, fin.*—30 P. *usq. rogetur hum.*—31 Plurimi *hæc* pro *hoc:* et tum Leid. *evertere* conj.—33 P. *Quid faciam, quær.*—

NOTÆ

19 *Neque felix*] Quia aut nihil, aut fructus profert asperos.

20 *Altera*] Quia æquor aut planities sterilis, et gignentium vacua.

21 *Obloquitur*] Cantat. Sed ad varias alludit Metamorphoses.

23 *Tristia*] Amara.

24 *Conveniens*] Quia locus asper et ingratus.

25 *Murus*] Tomitana mœnia.

26 *Tabe*] Veneno sagittas suas tingere solebant Scythæ.

29 *Horum*] Quæ mala commemoravit.

31 *Hoc*] Ut altera humus mihi assignetur.

Digitized by Google

Quid facias, quæris? quæras hoc scilicet ipsum;
Invenies, vere si reperire voles.
Velle parum est: cupias, ut re potiaris, oportet;
Et faciat somnos hæc tibi cura breves.
Velle reor multos. Quis enim mihi tam sit iniquus,
Optet ut exilium pace carere meum?
Pectore te toto cunctisque incumbere nervis,
Et niti pro me nocte dieque decet.
Utque juvent alii, tu debes vincere amicos,
Uxor; et ad partes prima venire tuas.
Magna tibi imposita est nostris persona libellis:
Conjugis exemplum diceris esse bonæ.
Hanc cave degeneres. Ut sint præconia nostra
Vera vide; Famæ quo tuearis opus.

quid agere oporteat. Nimirum quæras istuc ipsum: reperies, si cupias invenire. Leve est velle, opus est optes ut rem consequaris, et hoc negotium reddat tibi somnos exiguos. Puto multos velle; quis enim sit mihi tam infensus, ut cupiat meum exilium esse sine pace? Decet te niti toto animo, et totis viribus, et contendere pro me die et nocte. Atque ut ceteri opem ferant, tu conjux debes superare amicos, et prima succedere officio tuo. Magna persona est tibi data nostris libellis: diceris esse exemplum bonæ uxoris. Prospice ne hanc corrumpas: fac laudes nostræ sint

34 V. *Invenias, ver.* Mox septem *reper. velis;* et duo *cupis.*—35 Scribe, *ut spe potiaris,* vel contra libros veteres: sic et 'potiri votis' passim apud Nostrum. Adi Notas [Not. Var.] Fastor. VI. vs. 126. *Heins.* Si quid mutandum, malim, *Velle parum est: cupias, ut me potiaris, oportet:* 'Cupere' plus enim est quam 'velle:' 'volumus,' cum optamus et votis simpliciter defungimur; 'cupimus,' cum laboramus, ardenter volumus et operam damus, ut re cupita potiamur. Male Merula 'cupere,' optare interpretatur, quod sequenti disticho refutatur, ubi 'velle' et 'optare' idem notat: sed 'cupere' est, pectore et cunctis nervis incumbere, ut recte Mycillus. *Facias ut re* duo. *Burm.*—39 Quidam codd. *tot. totisque incumb.* Duo et Bersm. *cunctisque incumb. remis;* unus etiam *curis.*—41 Novem libri *vinc. cunctos.*—44 Fr. *Conj. exemplar dic.*—45 Heins. recepit *Hanc cave degen.* ex plurimis scriptis; quidam etiam *Huic:* vulgati autem habebant *Hanc ne degen.* et Mycillus conj. *Hinc* vel *Hac ne degen.* Deinde nonnulli *et* pro *ut;* et sic quidem vulg. meliores autem scripti *ut.*—46 Nostræ membranæ cum Bersm. *quod,* pro *quo:* et legi potest, *ut sint*

NOTÆ

36 *Breves*] Nocte adeoque aliquid excogites quo Imperator flectatur et mitius faciat mihi exilium.

37 *Velle*] Id est, sine studio aut cura approbare.

41 *Vincere*] Opera et diligentia in me juvando alios superare.

42 *Partes*] Ad officium tuum, mihi succurrendo.

43 *Persona*] Pro nomine et fama posuit.

45 *Hanc degeneres*] Degenerare honorem, propinquos, palmas, apud bonos auctores invenias: quæ locuti-

Digitized by Google

Ut nihil ipse querar; tacito me Fama queretur,
  Quæ debet, fuerit ni tibi cura mei.
Exposuit mea me populo Fortuna videndum;
  Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit.
Notior est factus Capaneus a fulminis ictu:
  Notus humo mersis Amphiaraus equis.
Si minus errasset, notus minus esset Ulixes;
  Magna Philoctetæ vulnere fama suo est.
Si locus est aliquis magna inter nomina parvis;
  Nos quoque conspicuos nostra ruina facit.
Nec te nesciri patitur mea pagina, qua non
  Inferius Coa Battide nomen habes.

verœ; ut protegas opus famæ. Quanquam ego nihil conquerar, fama queretur, me silente, nisi cura mei quæ debet esse *fuerit tibi. Sors mea exposuit me spectandum populo, et dedit plus nominis quam fuit prius. Capaneus celebratus est de ictu fulminis; Amphiaraus cognitus equis absorptis terra. Si Ulysses minus errasset, esset minus cognitus: fama Philoctetæ est ingens plaga sua. Si aliquis est locus parvis inter tanta nomina, nostra clades reddit nos etiam claros. Neque mei libelli sinunt te ignorari, quibus consecuta es famam non leviorem Battide Coa. Quicquid ergo*

præconia nostra Vera, vide famæ quod tuearis opus: id est quanquam laudibus meis vita tibi anteacta et officiorum in me tenor plane respondeat, non tamen secura esse debes, aut rem parvi laboris existimare, tantam famæ molem ut sartam tectam præstes; cum talia opera tueri non multo minus sit, quam ædificare. *Auctor Elect. Eton.* Jun. et Leid. habent *quod:* et Heins. pro *opus* malit *onus*, cui Burm. consentit.—47 Arg. *F. loquetur.*—49 Sic Heins. emendat: vulg. *Exp. memet populis F.* Arg. *Exp. mala populo;* et quidam *meme.*—51 Alter Medonian. *Not. es fact. Capaneu.* Burm. reposuit *a* ex Fr. et Ms. Bersm. pro vulg. *de:* multi alii omnino omittunt præpositionem.—55 Multi *tanta* pro *magna.*—57 *Qua* Heins. legit cum scriptis pro vulg. *quæ.*—58 Leid.

NOTÆ

ones quid sibi velint nullus non intelligit.

46 *Tuearis*] Falsa enim si fama prædicet, statim dissolvitur.

51 *Capaneus*] Unus fuit ex ducibus Argivis, qui una cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, dum muris scalas admoveret lapidibus obrutus est: quare a Jove fulmine ictum finxerunt.

52 *Amphiaraus*] Œclei fuit filius et Græcus vates, qui Eriphiles uxoris fraude ad bellum Thebanum ab Adrasto perductus, hiatu terræ absorptus est, tum pro Deo cultus.

53 *Errasset*] Per decem annos terra marique jactatum priusquam in patriam reverti posset decantaverunt Poëtæ.

54 *Philoctetæ*] De hoc Herculis comite, ejusque sagittis venenatis, itemque ipsius vulnere, jam sæpius dictum.

58 *Coa*] Coo insula oriunda, quam Philetas carminibus suis celebravit.

Digitized by Google

Quicquid ages igitur, magna spectabere scena:
Et pia non parvis testibus uxor eris.
Crede mihi; quoties laudaris carmine nostro,
Quæ legit has laudes, an mereare rogat.
Utque favere reor plures virtutibus istis,
Sic tua non paucæ carpere facta volent.
Quare, tu præsta, ne livor dicere possit:
Hæc est pro miseri lenta salute viri.
Cumque ego deficiam, nec possim ducere currum;
Fac tu sustineas debile sola jugum.
Ad medicum specto, venis fugientibus, æger:
Ultima pars animæ dum mihi restat, ades.
Quodque ego præstarem, si te magis ipse valerem,
Id mihi, cum valeas fortius, ipsa refer.
Exigit hoc socialis amor, fœdusque maritum:
Moribus hoc, conjux, exigis ipsa tuis.
Hoc domui debes, de qua censeris, ut illam
Non magis officiis, quam probitate, colas.

facies, conspicieris magno theatro; et eris conjux fida non parvis testibus. Crede mihi, quoties celebraris nostris versibus, qui legit hæc præconia quærit an sis digna. Atque ut puto multas plaudere istis virtutibus, sic non paucæ cupient reprehendere acta tua. Quare fac tu ne invidia queat dicere: Hæc est tarda pro salute infelicis mariti. Et cum deficiam, neque possim agere currum, vide ut tu sola feras infirmum jugum. Ægrotus respicio ad medicum venis deficientibus: faveas mihi dum pars novissima spiritus superest: et redde mihi quod ego facerem, si ipse fruerer firmiori valetudine te, cum tu fruaris meliori. Amor conjugalis, et fœdus maritum hoc poscit: tu ipsa uxor poscis hoc ex moribus tuis. Debes hoc domui, de qua censeris, ut illam exornes non plus officiis quam probitate. Quamvis omnia agas; nisi sis

Bersm. et editi nonnulli *nom. habet.*—59 Tres libri *agas* pro *ages*. Alii etiam *scen. spectab. magn.* ordine mutato.—60 Nonnulli *paucis* pro *parvis*.—62 Vulg. *Qui legit*. 'Francof. *Quæ legit;* non male, ut agat de mulieribus, quæ aliarum laudes non libenter legunt, sed cupide detrectant: et ita 'non paucæ' sequitur.' *Burm.*—65 *Quare* Fr. et V. vulg. *Quarum*. Mox Ed. pr. *liv. ne*, inverso ordine.—69 Quatuor scripti et unus Bersm. *venio* pro *specto*.—74 Arg. et octo alii *exigit ipsa suis*. Leid. *ipse*.—75 *Magis* plerique vett. alii

NOTÆ

63 *Istis*] Tuis, quas laudo.

67 *Ducere currum*] Meis rebus præesse. Metaph. ab aurigis petita.

68 *Debile jugum*] Res afflictas et dubias.

69 *Medicum*] Uxorem suam non secus ac medicum in extremis spectare se Naso agnoscit.

Fugientibus] Deficientibus. Quæ res ad commovendos bonæ uxoris affectus maxime idonea.

70 *Animæ*] Pro vita posuit.

Ades] Fer opem.

75 *Censeris*] In censu numeraris.

Digitized by Google

Cuncta licet facias; nisi sis laudabilis, uxor,
Non poterit credi Marcia culta tibi.
Nec sumus indigni; nec (si vis vera fateri)
Debetur meritis gratia nulla meis.
Redditur illa quidem grandi cum fœnore nobis,
Nec te, si cupiat lædere, livor habet.
Sed tamen hoc factis adjunge prioribus unum,
Pro nostris ut sis ambitiosa malis.
Ut minus infesta jaceam regione, labora:
Clauda nec officii pars erit ulla tui.
Magna peto, sed non tamen invidiosa roganti:
Utque ea non teneas, tuta repulsa tua est.
Nec mihi succense, toties si carmine nostro,
Quod facis, ut facias, teque imitere, rogo.
Fortibus assuevit tubicen prodesse; suoque
Dux bene pugnantes incitat ore viros.

bona, conjux, Marcia non poterit credi honorata a te. Neque sumus immeriti: neque, si vis agnoscere verum, nulla gratia debetur meis beneficiis. Illa quidem refertur nobis cum magno fructu; neque Invidia habet quod possit carpere, si cupiat: verum tamen adjice hoc unum factis præcedentibus, ut sis ambitiosa pro nostris calamitatibus. Contende ut jaceam in plaga minus tumultuosa; neque ulla pars officii tui erit infirma. Posco ingentia, sed non tamen invidiosa oranti; et quanquam non consequaris, repulsa tua est secura. Neque mihi irascaris, si oro toties nostris versibus ut agas quod agis, et te æmuleris. Tubicen consuevit accendere strenuos, et imperator hortatur suo ore viros fortiter dimicantes. Probitas tua perspecta est,

---

cum vulg. *minus*. Tum pr. Ed. *officio:* et Mor. et tres alii *quam pietate col.*—77 *Sis* ex Heins. emend. et sic quidem V. et Bersm. vulg. *eris.*—78 *Marcia* pro vulg. *Martia* Heins. monet scribendum; sic quoque Arund.—82 Unus liber *Nec quo si.* Mox *livor* Heins. reposuit ex multis vett. alii cum vulg. *rumor.*—85 *Infesta* plurimi scripti et editi: at V. *hostili.* Mox Edd. priscæ et Mor. et Serv. Codd. *jac. tellure, lab.*—86 Ex multis Codd. Burm. recepit *Clauda* pro vulg. *Clausa:* Fr. habet *Surda,* at *Clauda* pro var. lect.—87 Duo

NOTÆ

Scilicet omnes familiæ in censum referebantur.

78 *Marcia*] Maximi fuit uxor, Marcii Philippi, vitrici Augusti, filia.

84 *Ambitiosa*] Id est, quæ solicite quorumlibet gratiam et favorem, mea causa, ambire nunquam desinas.

86 *Clauda nec*] Omnia præstiteris, quæ ex te optare possim.

88 *Teneas*] Consequaris.

Tuta] Neque eo quicquam tibi mali eveniet.

90 *Teque imitere*] Acute sane uxorem ad officium præstandum hortatur.

91 *Prodesse*] Injurium quia videtur, neque sine causa, quempiam ad illud hortari quod ex se ultro præstare debeat, ideo exemplis ostendit Naso

Digitized by Google

Nota tua est probitas, testataque tempus in omne:
  [Sit virtus etiam non probitate minor.]
Non tibi Amazonia est pro me sumenda securis,
  Aut excisa levi pelta gerenda manu.
Numen adorandum est; non ut mihi fiat amicum,
  Sed sit ut iratum, quam fuit ante, minus.
Gratia si nulla est, lacrymæ tibi gratia fient.
  Hac potes, aut nulla, parte movere Deos.
Quæ tibi ne desint, bene per mala nostra cavetur:
  Meque viro flendi copia dives adest.

et probata in omne tempus; fortitudo sit quoque non minor probitate. Securis Amazonia non tibi capienda, aut scutum excisum gerendum alacri manu pro me. Deus orandus est, non ut fiat mihi amicus, sed sit minus infensus quam fuit prius. Si nullus est favor, fletus tibi conciliabunt favorem: potes flectere numina hac parte aut nulla. Qui ne te destituant bene prospicitur per nostras ærumnas; et cum sim tibi maritus, adest tibi ampla materia lacrymandi. Atque, ut res meæ se habent,

scripti et pr. Ed. *insid. petenti*; unus *precanti*.—94 *Sit virtus in te* unus codex: forte, *Sed virtus tibi sit non prob.* ut virtus constantiam, robur animi notet, qua incitata non desistat a rogando. *Burm.*—95 Τὸ *est* multi codices non agnoscunt. Forte, *Amazonias...securis*. Græca enuntiatione. *Heins.* Et ferri potest *Amazonia*, ut ' occulta spolia:' vulgatum non potest. *Auctor Elect. Eton.* Si bene capio, vult vir doctus, ultimam in *Amazonia* produci propter duas consonas sequentis vocis *pro*, ut in ' occulta,' sequente ' spolia.' Scio talia multa a Barthio ad Statium et Claudianum, et ab aliis observata: sed Ovidiani id moris fuisse, apertius erat demonstrandum: sed hæc est aberratio librarii, ut mox vs. 104. in Leidensi et Juniano erat, *Has tibi fortuna nostra*. An hinc etiam ante *n* corripi ultimam in ' Fortuna' aliquis contendat, quia apud sequioris ævi Poëtas infinita hujus labis exempla deprehendet? ita et mox vs. 103. legeret aliquis jure suo, *nil opus est morte*, et ita facile omnes modorum leges possent pessumdari, ubi quis vitiosam lectionem exemplis vitiosioribus defendere sibi proponat. *Burm.*—96 *Excisa* pro vulg. *excussa* in libris emendatioribus, teste Fabricio. Deinde *pelt. terenda man.* malebat Heins. duo scripti et pr. Ed. *petenda*.—99 *Fient* meliores, teste Heins. alii *fiant*.—100 *Haud* pro *aut* in Edd. Vincent. Aldin. post. et marg. Gryph.—101 Leid. Jun. et plurimi alii *nostr. caveto*.—102 *Meq.* meliores, teste Heins.

NOTÆ

contra posse fieri ut ad bonos et sponte sua officio fungentes hortamina dirigantur.

94 *Virtus*] Plura ad virtutem, seu animi fortitudinem et bonarum rerum audaciam, quam ad probitatem requiruntur.

95 *Amazonia*] Cujusmodi utebantur Amazones mulieres bellicosæ. A negotii facilitate uxorem suam Naso hortatur.

96 *Excisa*] Quia ad Lunæ decrescentis similitudinem facta scuta illa quibus Amazones utebantur.

97 *Numen*] Augusti, scilicet.

99 *Gratia fient*] Plurimum posse apud cordatos et generosos viros, modo ut dolis ne sint confictæ, experientia testatur.

102 *Me viro*] Cum me tam infeli-

Digitized by Google.

Utque meæ res sunt; omni (puto) tempore flebis.
Has Fortuna tibi nostra ministrat opes.
Si mea mors redimenda tua (quod abominor) esset;
Admeti conjux, quam sequereris, erat.
Æmula Penelopes fieres, si fraude pudica
Instantes velles fallere nupta procos.
Si comes extincti manes sequerere mariti,
Esset dux facti Laodamia tui.
Iphias ante oculos tibi erat ponenda, volenti
Corpus in accensos mittere forte rogos.
Morte nihil opus est, nil Icariotide tela:
Cæsaris at conjux ore precanda tuo.
Quæ præstat virtute sua, ne prisca vetustas
Laude pudicitiæ sæcula nostra premat.

lacrymabis, credo, omni tempore. Nostra fortuna tibi præbet eas divitias. Si obitus meus esset compensandus tuo, quod detestor, uxor erat Admeti, quam imitareris. Fieres æmula Penelopes, si uxor velles decipere dolo verecundo procos instantes. Si comes sequereris Manes viri mortui, Laodamia esset dux fati tui. Iphias erat tibi sistenda ante oculos, cum velles dare corpus strenuum in rogos accensos. Nihil est opus morte, nihil tela Icariotide: uxor Cæsaris est oranda tuo ore; quæ facit per suam virtutem, ne prisca antiquitas vincat nostrum ævum laude pudicitiæ: quæ cum

vulg. *Deque.*—105 Unus lib. *Si mihi sors red.* tres alii etiam *sors.*—108 Ms. Bersm. *pellere* pro *fallere.* Tum tres libri *nupt. viros.*—110 *Dux fati* Jun. et Leid. *factis...tuis* unus Voss. sed Virg. Æn. I. 368. 'dux fœmina facti:' mallem, *dux facti Laodamia pii;* nisi mox vs. 114. *ore...pio* malis: sæpe enim 'tuus' et 'pius' apud Nasonem commutantur a librariis: vid. inf. vs. 165. *Burm.*—111 *Erat* ex nonnullis scriptis recepit Heins. pro vulg. *erit.*—112 Gottorph. *in arsuros mitt.* P. et sex alii *ponere* pro *mittere.*—113 Ne peccetur in leges metri, scribe cum tribus codicibus, *Nil opus est letho.* Vide Notas [Not. Var.] Trist. lib. v. Eleg. ult. vs. 41. ubi monui posse etiam non inconcinne legi, *Morte tibi haud opus est.* Duo alii codices, *Nil opus est morte.* Heins. Sed neque peccatur, neque facile credi potest, si, ut Heinsius vult, scriptum reliquisset Ovidius, quenquam fuisse mutaturum. Nunc videmus cur mutatum sit, et qui paululum respexerit, videbit cur hic loci vox *Morte* sit præstantior. *Auctor Elect. Eton.* Ego quoque non temere mutem. *Burm.*—115 Duo

NOTÆ

cem habeas maritum.

106 *Admeti*] Hic Pheræorum in Thessalia rex fuit, cujus uxor Alcestis, Peliæ filia, pro eo mortem oppetere non dubitavit.

108 *Fallere*] Quomodo illa procorum importunitatem tela sua eluserit videsis in Epistolis.

110 *Laodamia*] Quæ Protesilai sui fata secuta est; sicuti in præcedentibus vidimus.

111 *Iphias*] Evadne est Iphidis filia, quæ sese in ardentem Capanei sui rogum per nimium amorem præcipitem dedit.

113 *Icariotide*] Cujusmodi Icarii

Digitized by Google

Quæ Veneris formam, mores Junonis habendo,
Sola est cœlesti digna reperta toro.
Quid trepidas? quid adire times? non impia Procne,
Filiave Æetæ voce movenda tua est:
Nec nurus Ægypti, nec sæva Agamemnonis uxor;
Scyllave, quæ Siculas inguine terret aquas:
Telegonive parens vertendis nata figuris;
Nexave nodosas angue Medusa comas.
Fœmina sed Princeps; in qua Fortuna videre
Se probat, et cæcæ crimina falsa tulit.

habeat pulchritudinem Veneris, et *mores Junonis, sola inventa est digna lecto cœlesti. Quid tremis, et metuis accedere? Non fera Procne, aut nata Æetæ est flectenda tua voce; neque nurus Ægypti, neque crudelis conjux Agamemnonis, et Scylla quæ terrorem incutit aquis Siculis inguine: vel mater Telegoni facta ad transmutandas formas, seu Medusa habens capillos impexos implicatos serpentibus. Sed fœmina princeps, in qua fortuna ostendit se cernere, et quod tulit falsa crimina cæcæ; quæ*

libri *longa* pro *prisca*.—117 Pro *mores* Leid. *laudes*. P. *V. formam, formam* J.—119 R. et quatuor alii *Quid dubitas*. In vulgatis erat *Quid trepidas, et adir.* quod Burm. corr. ex Jun. et Fr.—120 Pro *movenda* Leid. *monenda;* R. *premenda;* Mor. et sex alii *roganda*.—121 *Ægypti* scribendum cum Sarraviano: qui fuit Danai frater. Noster in Ibin: 'Exulis Ægypti, turba cruenta, nurus.' *Heins.* Alii *Ægisthi*.—122 V. *turbat* pro *terret:* Fr. *torquet*.—123 V. unus *par. imitandis n.* Præstantiores omnes, teste Heins. *nata;* ceteri *nota*.—

NOTÆ

filia Penelope in decipiendis procis suis usa est.

114 *Conjux*] Livia.

116 *Premat*] Pudicarum fœminarum laude nostrum sæculum superet.

117 *Quæ Veneris*] Laus magna Liviæ, quam raris tribuas.

119 *Procne*] Quæ, ut habetur in Metam. filium Ityn patri Tereo epulandum apposuit.

120 *Filia*] Medea est, Æetæ Colchorum regis filia, cujus crudelitatem in patrem, fratrem, maritum, aliosque, sæpius vidimus.

121 *Nurus*] Quælibet Danaidum puellarum, quæ una nocte maritos suos patrueles, Ægypti filios, omnes præter Hypermnestram occiderunt.

Agamemnonis uxor] Clytæmnestra, quæ in adulterii gratiam maritum suum Troja redeuntem occidit.

122 *Scylla*] Hæc patrem Nisum Minoi hosti non verita est una cum regno ejus tradere.

123 *Telegoni parens*] Circe est, de qua toties, cum qua postquam consuevisset Ulysses, Telegonum peperit.

124 *Angue*] In angues a Pallade Medusæ mutati capilli quibus maxime placebat, quod in ejus templo cum Neptuno sese commiscuisset.

Medusa] Phorci fuit filia, immane monstrum denique, quod nullus tam caute intueri posset, quin saxi formam indueret, donec illi Minervæ ope Perseus caput abstulit, cui tamen vis sua permansit.

125 *Videre*] Neque cæcam esse, ut plerique omnes calumniantur. Dicit Poëta, siquidem ad Principatum Liviam fors evexerit, tantæ virtutis fœminam, indicio esse quod non temere,

Digitized by Google

Qua nihil in terris, ad finem Solis ab ortu,
  Clarius, excepto Cæsare, mundus habet.
Eligito tempus, captatum sæpe, rogandi,
  Exeat adversa ne tua navis aqua.
Non semper sacras reddunt oracula sortes;
  Ipsaque non omni tempore fana patent.
Cum status Urbis erit, qualem nunc auguror esse;
  Et nullus populi contrahet ora dolor;
Cum domus Augusti, Capitolî more colenda,
  Læta (quod est, et sit) plenaque pacis erit;
Tum tibi Di faciant adeundi copia fiat,
  Profectura aliquid tum tua verba puta.

orbis nihil habet illustrius in terris ab ortu Solis ad occasum, si excipias Cæsarem. Elige tempus sæpe quæsitum orandi, ne tua navis solvatur aqua contraria. Oracula non proferunt semper sacras sortes, et templa ipsa non sunt semper aperta. Cum status Urbis erit, qualem conjicio nunc esse, et nulla ærumna corrugabit faciem plebis; cum domus Augusti, colenda ritu Capitolii, erit læta (quod est, et sit) et plena pacis; tum Dii faciant tibi liceat accedere: crede tuas voces aliquid tum opis

129 *Rogandi* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *roganti.*—130 Thuan. *Extet in advers.* Heins. conj. *Perstet:* unus V. *Extat in adversa ne tibi nav.* unus V. *Ereat,* quod judice Heins. positum est pro *Hæreat.*—131 Distichon dubiæ fidei, nisi *Clarius...sortes* fortassis reponi placet. *Heins.*—132 Ms. Bersm. *templa* pro *fana.*—133 R. *Dum stat.*—134 Barb. *pop. conteret or.* et Ms. Bersm. *timor* pro *dolor.*—135 Ut *κακοφωνία* vitetur, malim, *Cumque Augusta d. C. more colendi:* nam *colendi* Argentinus. Vide Notas Trist. III. Eleg. 8. Posset et, *C. in mole colendi.* Heins. Vellem, *Cumque Augusta d. C. more colenda.* Auctor Elect. Eton. *Voce* unus Heins. Ego nihil moveo: nam sæpe in his et Tristium libris Augustum Jovi, et Palatium templo Capitolini Jovis, confert. Vid. III. Trist. 1. 35. et seq. *Burm.*—137 Etiam hic versus mendosus est. Sarrav. *Tum tibi deficiant:* quinque alii, *Di faveant: Di fuerit* Argentin. alius *τὸ Di* non agnoscit. *Heins. Copia detur* duo.—138 *Tum* meliores. Sarra-

NOTÆ

sed consulto, et pro merito eorum quos extollit, sua bona conferat.

127 *Qua*] Livia, scilicet, fœmina principe.

Ad finem] Ad occasum.

129 *Eligito*] Optimum, si ullum datur, consilium; ex quo insuper quam miserum sit cum potentioribus rem habere, nisi generosissimi fuerint, quivis intelligat.

130 *Exeat*] Ne, sicuti navis, quæ ventis adversis et turbatæ aquæ infeliciter quandoque ab imperitis creditur, tu etiam inania verba et vanas preces in Liviæ aures ingeras.

131 *Sacras*] Quas venereris et ames.

134 *Contrahet*] Corrugabit, ut solet, cum gravis est dolor.

135 *Capitolî*] Quod per lætitiam et triumphos intratur.

136 *Et sit*] Mali ominis avertendi causa, quasi non semper lætam fore Augusti domum innuisset, cautissime hæc verba subjecit.

Digitized by Google

Si quid aget majus, differ tua cœpta; caveque
  Spem festinando præcipitare meam.
Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima quæras.
  Corporis ad cultum vix vacat illa sui.
Curia cum patribus fuerit stipata verendis;
  Per rerum turbam tu quoque oportet eas.
Cum tibi contigerit vultum Junonis adire,
  Fac sis personæ, quam tueare, memor.
Nec factum defende meum: mala causa silenda est.
  Nil nisi solicitæ sint tua verba preces.
Tum lacrymis demenda mora est: submissaque terræ
  Ad non mortales brachia tende pedes.
Tum pete nil aliud, sævo nisi ab hoste recedam:
  Hostem Fortunam sit satis esse mihi.

allaturas. Si quid faciat majus, protrahe tuum institutum, et noli perdere spem meam urgendo. Neque contra hortor, ut quæras donec sit otiosissima: illa vix habet spatium ad curandum suum corpus. Cum palatia erunt plena Senatoribus venerandis, oportet ut tu etiam accedas per turbam rerum. Cum potueris venire in conspectum Junonis, fac recorderis personæ quam sustineas. Neque tuere factum meum; causa mala est tacenda: tuæ voces nihil sint nisi preces anxiæ. Tum sine cunctatione indulgendum fletibus; et porrige brachia in terram, inclinata ad pedes divinos. Nihil aliud tum posce, nisi ut *removear ab hoste crudeli: sufficiat fortu-*

vianus quoque, *putas;* ut et alii nonnulli: tres, *puta:* bene: nisi *putem* mavis cum Rottendorphiano. *Heins.* Vulg. *cum...putes.*—139 *Ages,* et emendatum *agas,* Leidensis. *agent* Francof. forte recte. Cæsar scilicet et Livia, cum qua sæpe consilia conferebat. *Burm. Ages* Arg.—141 Duo *rursum* [pro *rursus*]. Latet ulcus. *Heins.*—142 *Curam* pro *cultum* Heins. profert ex Scalig. Sa. Arg. Feschiano, Arund. et duobus aliis.—143 Tres libri *fuer. stipanda ver.*—144 *Rerum* ex Sa. Heins. rescripsit pro vulg. *patrum:* Arund. *patriam;* Burm. mallet *matrum.* Quædam membranæ *Per patrum turbas tunc quoq. &c.*—145 In aliis *formam* pro *vultum.*—147 *Mea causa* Ms. Bersm. et *mala culpa* Mor.—148 *Nil* meliores, teste Heins. ceteri *Nec.*—149 Sa. Leid. pr. Ed. et Marg. Bersm. *terra* pro *terræ.*—150 Mor. *mort. oscula tend.*—151 Alii *Tu pet.*

NOTÆ

139 *Si quid aget*] O optimum consilium! cujusmodi semper uti si prudentia daret, animi impotentia non prohiberet!

141 *Quæras*] Rogandi captes opportunitatem.

143 *Curia*] Augusti domus.

Patribus] Senatoribus, qui gratulabundi ad Augusti ædes per publicam lætitiam confluunt.

145 *Junonis*] Liviam Junoni parem facit.

146 *Personæ*] Mœstissimæ uxoris, scilicet, quam summa ope et ante omnes causam meam agere et pro me niti decet.

149 *Tum lacrymis*] Egregius artifex.

150 *Non mortales*] Liviæ, scilicet.

151 *Hoste*] Scytha, scilicet.

152 *Satis*] Ne insuper Scytharum

Digitized by Google

Plura quidem subeunt: sed jam turbata timore
Hæc quoque vix poteris ōre tremente loqui.
Suspicor hoc damno tibi non fore: sentiat illa
Te majestatem pertimuisse suam.
Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit.
Interdum lacrymæ pondera vocis habent.
Lux etiam cœptis facito bona talibus adsit,
Horaque conveniens, auspiciumque favens.
Sed prius imposito sanctis altaribus igni,
Thura fer ad magnos vinaque pura Deos.
E quibus ante omnes Augustum numen adora;
Progeniemque piam, participemque tori.
Sint utinam mites solito sibi more; tuasque
Non duris lacrymas vultibus aspiciant.

nam esse mihi infensam. Plura quidem veniunt in mentem; *sed jam turbata metu, ægre etiam poteris proferre hæc ore tremente. Auguror hoc tibi non futurum detrimento: illa cognoscat te reveritam esse Majestatem suam. Neque oberit, si voces tuæ abrumpantur lacrymis: fletus habent nonnunquam vim sermonis. Vide etiam ut faustus dies detur hujusmodi inceptis, itemque tempus idoneum, et propitium augurium. Verum igni admoto antea sacris aris præbe thura et merum magnis Diis; e quibus cole præ ceteris numen Augustum, et piam prolem, et sociam lecti. Utinam sint tibi faciles de suo more, et cernant tuos fletus placidis vultibus.*

In vulgatis erat *nisi sævo ut ab host.* sed meliores *s. n. ab h.* teste Heins. Auctor Elect. Eton. legere malebat *nisi sævo ut ab host.* vel *sævo nisi ut.* —152 Unus liber *F. sufficit ess.* Pol. *ess. meam.*—153 *Jam* ex Ed. pr. notavit Heins. putatque Burm. meliorem esse lectionem vulgata *tu:* multi *sed sunt turb.* et nonnulli *sed conturbata.*—154 Nonnulli *voce* pro *ore.*—155 Ex melioribus Heins. dedit *hoc...sentiat;* ceteri *hæc...sentiet.*—157 Sex scripti *flet. scindantur verb.*—160 Unus liber *auspicioque:* alius *auspiciisque:* Gryph. *hospitiumque.*—161 Decem scripti *sacris* pro *sanctis.*—162 Quidam codices *votaque* [pro *vinaq.*]; sed in uno erat, *Thura fer ad magnos semper itura Deos;* quod nescio an a librario profectum sit. Certe odoribus thuris Deos pasci, et si recta vapor ille cœlum ascenderet, boni ominis sacrificium credebant veteres, ut notissimum. *Burm.*—163 *Augustum* meliores, teste Heins. alii *Augusti.*—165 *Sibi* ex Heins. corr. vulg. *tibi;* duo libri *mihi.* Mox unus Cod. *piasque* pro *tuasq.*

NOTÆ

experiar sævitiam.

155 *Hoc*] Quod timore turbata vix loqui poteris.

Sentiat] Plaudi autem sibi in sua excelsitate amant magnates. Num tuto ipsi videant.

159 *Lux*] Dies felix, inter atros non numeratus.

160 *Auspicium*] Namque, ut habet Virgilius, 'Nihil invitis fas quenquam fidere Divis.'

164 *Progeniem*] Tiberium intellige præsertim.

Participem] Liviam, scilicet, Augusti conjugem.

Digitized by Google

EPISTOLA II.

COTTÆ.

ARGUMENTUM.

Ad Cottam Romanum scribens, ejus fidem laudat Poëta: quod cum alii amicum in rebus adversis deseruerint, ipse semper in amicitiæ firma opinione permanserit, cujus merita dicit futura sibi semper in memoria, quoad vixerit, ac etiam post ejus mortem, si modo ejus scripta ad posteros pervenerint.

Quam legis a nobis missam tibi, Cotta, salutem,
Missa sit ut vere, perveniatque, precor.
Namque meis sospes multum cruciatibus aufers;
Utque sit e nobis pars bona salva, facis.
Cumque labent alii, jactataque vela relinquant;
Tu laceræ remanes anchora sola rati.
Grata tua est igitur pietas: ignoscimus illis,
Qui cum Fortuna terga dedere fugæ.

Oro, Cotta, ut salus quam legis tibi missam a nobis sit vere missa et ad te *perveniat. Namque incolumis multum demis meis doloribus, et facis ut bona pars mei sit intacta. Et cum alii vacillent, et deserant lintea agitata, tu perstas sola anchora navi quassæ. Adeoque tua pietas est accepta. Parcimus illis qui dilapsi sunt cum*

In Leid. hæc Epistola inscribitur, *ad Cotum.*—1 P. *Qui leg.* Mox Jun. *Cota;* et Leid. *Cote.*—4 Sic Heins. emend. in vulgatis erat *Atque sit ut nob.* ubi *τὸ ut* Arg. non agnoscit: sex alii ex melioribus *Utque sit in nob.* Fr. *Atque sit ut nostri;* Ms. Bersm. *Atque sit e nobis:* Jun. Leid. et tredecim alii *Atque ut sit nobis;* unus etiam *Atque ut de nobis.*—5 Pro *aliqui* Arg. et Sa. *alii.* Tum unus liber *lacerataque:* et Arg. *tela relinq.*—8 Pro *fugæ* Heins.

NOTÆ

2 *Vere*] Atque adeo valeas.
5 *Alii*] Ex amicis olim meis.
Vela] Hic somniavit Interpres. 'Vela jactata' expone Nasonis fortunam dubiam.
6 *Anchora*] Rerum mearum firmamentum.

Digitized by Google

Cum feriant unum, non unum fulmina terrent:
Junctaque percusso turba pavere solet.
Cumque dedit paries venturæ signa ruinæ,
Solicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non e timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?
Me quoque amicorum nimio terrore metuque,
Non odio, quidam destituere mei.
Non illis pietas, non officiosa voluntas
Defuit: adversos extimuere Deos.
Utque magis cauti possunt timidique videri,
Sic appellari non meruere mali.
At meus excusat caros ita candor amicos;
Utque habeant de me crimina nulla, favet.
Sint hac contenti venia, signentque licebit,
Purgari factum me quoque teste suum.

fortuna. Cum fulmina percutiant unum non incutiunt terrorem soli, et agmen proximum illi qui ictus est consuevit formidare: et cum paries fecit indicia ruinæ futuræ, ille locus deseritur pavore anxio. Quis meticulosus non fugit commercia cum morbido, timens ne inde contrahat morbum proximum? Nonnulli etiam ex familiaribus meis deseruerunt me nimio pavore et metu, non odio. Non amor, non voluntas officiosa defuit: reformiduerunt Deos infensos. Et sicuti possunt videri provida et meticulosi, ita non digni sunt dici improbi. At candor meus sic excusat dilectos amicos, et favet ne habeant ulla crimina de me. Sint expleti hac indulgentia; et concedetur scribant suum factum exemtum esse ab omni culpa, me etiam

scribit *mea.*—10 Bas. *Junctaq. percussæ turb.* Tum Arg. *jacere sol.*—13 Quatuor libri *contag. vitet;* et pr. Ed. *curat.*—18 Pro *adversos* Burm. malit cum pr. Ed. et quibusdam scriptis *aversos;* laudatque Trist. I. 3. 45. Epist. VII. 4. Octo libri etiam *timuere D.*—19 Pro *magis* Heins. conj. *nimis* vel *satis;* qui etiam ex Sa. Arg. Pol. et quinque aliis reposuit *videri* pro vulg. *vocari.*—21 Arg. duoque alii *Aut meus;* tres *Et;* unus *Ut.* Mox pro *ita* Heins. legit *mihi.*—22 In vulgatis olim legebatur *Utq. habeant de me crimina nulla facit.* Arg. exhibet *habeat...favor.* Unus liber *ex* pro *de.* Sa. et tres ex melioribus *favet;* Twisden. *cavet.* Heins. conj. *Utq. habeant per me crim. nulla, cavet.*—23 Scribe, *Sint hac contenti venia,* cum Moreti codice. Pro *signentque* Sarrav. *sientque:* Argent. *fugiaque:* reliqui, *fugiantque;* nisi quod Arundelianus, *veniaque fugaque.* Nil muto: *fugiantque* perperam occupavit multas

NOTÆ

9 *Non unum*] Non te solum, exposuerunt. Dormitabant. Amicos temporarios excusat Naso; dicitque in genere ita fieri, ut uno afflicto plurimi, quasi eodem fulmine afflati essent, dejiciantur.

22 *Habeant de me*] Mea causa nulli sint crimini obnoxii.

23 *Signent*] Testentur.

Digitized by Google

Pars estis pauci potior, qui rebus in arctis
  Ferre mihi nullam turpe putastis opem.
Tunc igitur meriti morietur gratia vestri,
  Cum cinis absumto corpore factus ero.
Fallar, et illa meæ superabit tempora vitæ;
  Si tamen a memori posteritate legar.
Corpora debentur mœstis exsanguia bustis:
  Effugiunt structos nomen honorque rogos.
Occidit et Theseus, et qui comitavit Oresten:
  Sed tamen in laudes vivit uterque suas.
Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes;
  Claraque erit scriptis gloria vestra meis.
Hic quoque Sauromatæ jam vos novere Getæque:
  Et tales animos barbara turba probat.
Cumque ego de vestra nuper probitate referrem,
  (Nam didici Getice Sarmaticeque loqui,)

teste. Pauci estis pars melior, qui credidistis non esse indecorum præbere mihi omne auxilium in rebus afflictis. Gratia ergo vestri beneficii tunc intercidet, cum ero factus pulvis corpore consumto. Decipior, atque illa porrigetur ultra spatium vitæ meæ, si tamen legar a posteris memoribus. Corpora mortua debentur tristibus rogis; fama atque gloria subtrahuntur structis pyris. Et Theseus, et qui comitatus est Oresten, mortuus est; sed tamen uterque superstes est in suam gloriam. Ultimi successores celebrabunt vos quoque frequenter, et laus vestra erit illustris meis versisibus. Sauromatæ et Getæ jam quoque vos noverunt hic, et agmen barbarum laudat hujusmodi animos. Et cum nuper verba facerem de vestro candore, (nam didici

editiones, etiam nostram. ‘ Signare’ verbum juris. Pont. IV. Eleg. 15. ‘ Confiteor: testere licet: signate, Quirites.’ *Heins.* Sed *τῷ signent* hic locum esse vix puto, cum nemini credi posset, qui in rem suam signet, sed ut testis alterius facti aliquid confirmet: et cum Ovidio teste vellent uti, ille signare debuisset, non isti. Quare mallem, *fingantque licebit:* hoc sibi persuadeant et fingant, me etiam probare eorum innocentiam, et testari, non fuisse in eorum manu mihi opem ferre. *Burm.*—25 *Potior* ex uno V. et Pat. alii *melior.* Deinde Ms. Bersm. *in istis.*—26 Alii *turp. putatis op.*—27 Arg. *Nunc igit.* Deinde Scalig. Excerpt. cum quibusdam Edd. *gloria* pro *gratia.* —29 *Fallar* ex Fragm. Boxhorn. placet Heins. præ vulg. *Fallor.* Mox in quibusdam *sperabit* pro *superabit.*—32 Alii *honosque.*—33 In nonnullis *Orestem.*—38 Jun. *barb. terra prob.*—40 Pro *Getice* unus *Scythice.* Tum quatuor libri

NOTÆ

28 *Absumto*] Igne, scilicet, in rogo post mortem meam.

29 *Fallar*] Corrigit illud quod gratitudini metas posuerat; vult namque versibus suis æternam.

31 *Mœstis*] Quia a mœstissimis colliguntur ex bustis defunctorum ossa et cineres.

33 *Qui comitavit*] Pylades, scilicet; de quo paulo antea.

34 *Vivit*] Quia a Poëtis fides et amicitia eorum celebrata.

Digitized by Google

Forte senex quidam, cœtu cum staret in illo,
  Reddidit ad nostros talia verba sonos:
Nos quoque amicitiæ nomen bene novimus, hospes,
  Quos procul a vobis frigidus Ister habet.
Est locus in Scythia, (Tauros dixere priores,)
  Qui Getica longe non ita distat humo.
Hac ego sum terra (patriæ nec pœnitet) ortus.
  Consortem Phœbi gens colit illa Deam.
Templa manent hodie, vastis innixa columnis:
  Perque quater denos itur in illa gradus.
Fama refert, illic signum cœleste fuisse.
  Quoque minus dubites, stat basis orba Dea.
Araque, quæ fuerat natura candida saxi,
  Decolor affuso tincta cruore rubet.

loqui Getice et Sarmatice,) cum forte senex quidam esset in illa turba, excepit nostram orationem hujusmodi narratione: Nos etiam, peregrine, quos frigidus Danubius tenet longe a vobis, novimus bene nomen amicitiæ. Est locus in Scythia, (veteres appellaverunt Tauros,) qui non ita procul dissitus est a terra Getica. Ego sum ortus illa terra; neque me *piget patriæ. Illa natio adorat sororem Apollinis. Templa stant hodie imposita columnis ingentibus, et ascenditur in illa per quadraginta gradus. Fama prædicat illic fuisse statuam cœlestem; et quo minus diffidas, basis restat destituta Dea. Atque altare, quod fuerat album natura marmoris, de-*

Sauromateque loq.—44 Τὸ *alter et orbis habet* erat omissum in Sarravíano. Argent. Twisd. Arundel. et quatuor alii, *ultimus orbis habet*. Scaligeri codex, *Geticus orbis;* mendose. Polit. et octo alii, *frigidus Ister habet:* tres, *frigidus orbis:* totidem, *frigidus axis:* multi, *dividit Ister aquis:* quinque, *barbara terra tenet:* prim. Mediceus, *Pontus et Ister habet*. Forte, *Ponticus Ister:* sic 'Ponticus Castor' Elegia de Nuce. Vide Notas supra [Not. Var.] lib. II. El. 9. vs. 67. *Heins.* Unus liber cum Ms. Bersm. *altera terra tenet.*—46 P. *bene* pro *ita.*—49 Unus liber *vast. subnixa col.*—52 Heins. mallet *orb. Deæ.*—53 Pro *natura* Heins. mallet *nativi.*—54 P. *Discolor affus.* Multi scripti *effuso;*

NOTÆ

38 *Tales*] Tam fidos.

43 *Hospes*] Ad Nasonem orationem suam dirigebat hic senex Geta.

45 *Est locus*] Principium est narrationis Scythæ.

Tauros] In Chersoneso Taurica ad paludem Mæotim, paulo ultra Getas, ad Septemtrionem fuisse famosam illam Dianæ aram, de qua mox dicetur, nullus nescit qui aliquem Poëtam inspexerit.

47 *Patriæ*] Optime sane; namque et ranis sua placent stagna.

48 *Consortem*] Dianam, scilicet, Phœbi seu Apollinis sororem.

51 *Signum*] Deæ statua, scilicet.

52 *Orba*] Quia Deam Orestes una cum Iphigenia sorore fugiens abstulit.

54 *Decolor*] Nativo candore destituta.

Digitized by Google

Fœmina sacra facit, tædæ non nota jugali:
  Quæ superat Scythicas nobilitate nurus.
Sacrificî genus est, (sic instituere priores,)
  Advena virgineo cæsus ut ense cadat.
Regna Thoas habuit, Mæotide clarus in ora:
  Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras
  Nescio quam dicunt Iphigenian iter.
Quam levibus ventis sub nube per aëra vectam
  Creditur his Phœbe deposuisse locis.
Præfuerat templo multos ea rite per annos,
  Invita peragens tristia sacra manu:
Cum duo velifera juvenes venere carina;
  Presseruntque suo littora nostra pede.

color rubet infectum sanguine asperso. Puella non cognita faci connubiali, quæ vincit nobilitate puellas Scythicas, habet curam sacrificii. Genus est sacri, ut peregrinus interemtus procumbat cultro virgineo: veteres ita sanxerunt. Thoas illustris in regione Mæotide tenuit imperium, neque alius fuit illustrior in aquis Euxinis. Cum ille potiretur sceptro, aiunt nescio quam Iphigeniam advenisse per aërem fluidum. Quam latam per aërem sub nube ventis velocibus Diana dicitur deposuisse in his locis. Ea præposita fuerat rite delubro per multos annos, absolvens lugubria sacrificia manu repugnante; cum duo adolescentes appulerunt navi velifera, et cal-

quinque cum edd. nonnullis *a fuso*.—55 Sunt qui legant, sed male, *Tæda non nata jugali*, id est, nuptiis nata non legitimis. Sunt iterum, qui probent: *Tæda non nupta jugali*. Sed manuscripta sequor, quæ et Aldus secutus est. *Fabr. Nupta* decem veteres: *tædæ non nota* Sarrav. Argent. multique alii. Lege, *tædæ non nata*; et adi Notas nostras Rem. Amor. vs. 220. nisi malis reponi, *tædæ non vota jugali*. Recurre ad Notas [Not. Var.] Met. XIII. vs. 634. *Heins. Tæda non nota jugali* præstat: ut 'notus arte,' 'improbitate' et similia dicuntur: nisi *tædæ jugalis* quis velit, ut Horat. Od. II. 2. 'notus fraterni animi.' Posset et *nota* ad 'sacra' referri, ut sint sacra ad quæ solis virginibus aditus sit, et ideo ignota tædæ jugali, id est, fœminis nuptis; quod probat vs. 58. *Burm.*—57 Naugerius notat esse in nonnullis *Hoc sacri gen.* Mox quidam scripti *instit. parentes.*—61 Voss. *tenues* pro *liquidas.*—62 Arg. *dicant* pro *dicunt.*—63 *Aëra* ex Codd. Fabricius protulit; vulg. *æquora.* Fr. *levibus pennis sub nube per aëra vect.*—64 Duo libri *Ph. destituisse loc.*—65 Pol. et duo alii *hæc* pro *ea.*—67 Arg. *veligera*; alius *veloci*: Heins.

NOTÆ

55 *Tædæ non*] Atque adeo virgo: namque cum tædis celebrari solitas nuptias sæpius in Amoribus diximus.

56 *Nurus*] Pro puellis positæ, ut vides.

58 *Virgineo*] Virginis Sacerdotis.

59 *Mæotide*] Ad Mæotim paludem sita.

60 *Aquis*] Id est, populis qui ad mare Euxinum positi.

61 *Fecisse*] Dianæ immolandam Iphigeniam a Dea per aërem in Tauricam regionem delatam, cerva pro ea aræ supposita, in Metam. vidimus.

64 *Phœbe*] Diana, Phœbi soror.

66 *Invita*] Parum quippe virgini

Digitized by Google

Par fuit his ætas, et amor: quorum alter Orestes,
  Alter erat Pylades. Nomina fama tenet.
Protinus immitem Triviæ ducuntur ad aram,
  Evincti geminas ad sua terga manus.
Spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
  Ambiat ut fulvas infula longa comas.
Dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis:
  Dum tardæ causas invenit usque moræ:
Non ego crudelis, juvenes ignoscite, dixit;
  Sacra suo facio barbariora loco.
Ritus is est gentis. Qua vos tamen urbe venitis?
  Quove parum fausta puppe petistis iter?
Dixit: et, audito patriæ pia nomine virgo,
  Consortes urbis comperit esse suæ.
Alter at e vobis, inquit, cadat hostia; sacri
  Ad patrias sedes nuntius alter eat.

caverunt nostra littora suo pede. Ætas et amor fuit illis æqualis, quorum alter Orestes, alter erat Pylades: fama servat nomina. Continuo ducuntur ad triste altare Triviæ, habentes ambas manus religatas post suum dorsum. Sacerdos Græca aspergit captos aqua lustrali, ut prolixa infula cingat flavos capillos. Et dum adornat sacrum, dum coronat tempora vittis, dum reperit sine fine causas retardationis; Juvenes, inquit, date veniam, ego non sum *crudelis; facio sacra sæviora suo loco. Is est mos nationis. Vos tamen ex qua urbe accedítis, quove contendistis navi parum felici? Dixit, et virgo pia, nomine audito patriæ, invenit esse consortes urbis suæ. Alteruter, ait, procumbat victima votis sacris; alter eat nuntius ad ha-*

malebat *velivola*.—70 Septem libri *Ast alter P.* P. Dan. et octo alii *Et est P.* Arg. *Ast P. alter*.—71 Unus lib. *Prot. invitæ Tr.*—72 Dan. et octo alii *Et vincti g. post sua*.—73 Meliores, teste Heins. *Spargit*; alii *Spargit*. Mox Leid. *geminos* pro *captos*.—74 Unus lib. *Ambit ut*: Heins. volebat *Ambit ut hinc*. Tum tres libri *flavas inf*.—75 Unus lib. *sacris* pro *sacrum*.—76 Thuan. *caus. reperit illa mor*. Editi etiam multi et scripti nonnulli *illa* vel *ipsa*: ex Leid. Heins. profert *usque*.—78 Forte, *Sacra meo facio barbariora solo*; nam in uno Vossiano, *lolo*, pro *loco*: vel, *sacra sui facio barbara morte loci*. Heins.—79 Pro *gentis* Heins. malebat *genti*. Deinde Mss. Bersm. *urb. venistis*.—80 Alii *Quave*, vel *Quodve*.—82 *Comperit* Ciofan. profert ex vett. alii *reperit*.—83 Sic

NOTÆ

vivos homines mactare et aris admovere placebat.

71 *Triviæ*] Dianæ, quæ viis triviisque præesse credebatur; quare et in triviis ei sacrificabatur.

73 *Aqua lustrali*] Qua ad lustrandas purgandasque hostias utebantur.

Graia] Scilicet Iphigenia Agamemnonis filia Græca fuit.

74 *Infula*] Fascia fuit in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependebant.

79 *Is*] Homines Dianæ immolare.

82 *Urbis*] Mycenarum, scilicet, ubi

Digitized by Google

Ire jubet Pylades carum periturus Oresten.
  Hic negat: inque vicem pugnat uterque mori.
Extitit hoc unum, quo non convenerit illis:
  Cetera par concors et sine lite fuit.
Dum peragunt pulchri juvenes certamen amoris;
  Ad fratrem scriptas exarat illa notas.
Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur,
  (Humanos casus aspice) frater erat.
Nec mora; de templo rapiunt simulacra Dianæ:
  Clamque per immensas puppe feruntur aquas.
Mirus amor juvenum, quamvis abiere tot anni,
  In Scythia magnum nunc quoque nomen habet.
Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo;
  Laudarunt omnes facta piamque fidem.
Scilicet hac etiam (qua nulla ferocior) ora
  Nomen amicitiæ barbara corda movet.

bitationes patrias. Pylades moriturus jubet dilectum Orestem discedere; hic negat; et uterque certat vicissim procumbere. Istud unum fuit in quo non congruerent: in ceteris fuerunt par concors, et sine rixa. Dum adolescentes absolvunt litem egregiæ amicitiæ, illa scribit epistolam ad fratrem. Dabat jussa ad fratrem, et (vide sortes humanas) ille erat frater cui jussa dabantur. Et sine cunctatione, tollunt signum Dianæ ex templo; et vehuntur secreto per vastum æquor. Stupendus amor adolescentum, tametsi tot anni effluxerunt, habent nunc etiam præclaram famam in Scythia. Postquam fabula trita recitata est ab illo, omnes probarunt acta et piam fidem. Nimirum regione etiam ista, qua nulla truculentior, nomen amici-

Burm. emend. in vulg. erat *Alt. ut e:* Ms. Bersm. *et:* Heins. conj. *Alteruter votis, inquit, cadat hostia sacris.* Multi etiam legunt *dixit* pro *inquit.*—85 Leid. *car. moriturus O.*—86 P. Dan. *inq. vices certat;* plurimi etiam *vices pugnat.*—87 In vulgatis erat *quod non convenerat:* Arg. aliique complures *quod n. convenerit:* Heins. emendat *quo n. concenerit.*—88 *Par* scribendum Naugerius monet pro vulg. *pars,* cui etiam Heins. consentit: et hic quidem posse legi putat *Pax animi conc.* Tum septem Codd. *sin. labe fuit.*—89 Arg. et Barb. *cert. honoris.*—90 Ms. Bersm. *fecerat* pro *exarat;* et Excerpt. Scalig. *egerat.*—93 Pol. *templ. rapuit simulacr.*—95 Unus liber *Magnus am.* et alius *Dulcis.* Mox Jun. et Leid. *tot annis.*—96 *Habet* Heins. dedit ex scriptis pro vulg. *hăbent.*—98 P. Dan. *homines* pro *omnes.*—99 *Hac* meliores, teste Heins. ceteri *hic.* Nonnulli libri etiam *null. est feroc.*—102 Duodecim libri et Bersm. Ms.

NOTÆ

Agamemnon Orestis et Iphigeniæ imperium tenebat.

87 *Hoc*] Quod neuter socium mori passus est; uterque pro amici salute mactari cupiit.

93 *Nec mora*] Namque statim per eas literas, et quæ esset Iphigenia Oresti, et quis esset Orestes Iphigeniæ, patuit.

Digitized by Google

Quid facere Ausonia geniti debetis in Urbe,
Cum tangant diros talia facta Getas?
Adde, quod est animus semper tibi mitis, et altæ
Indicium mores nobilitatis habet:
Quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor;
Quos Numa maternus non neget esse suos;
Adjectique probent genitiva ad nomina Cottæ,
Si tu non esses, interitura domus.
Digne vir hac serie, lapso succurrere amico
Conveniens istis moribus esse puta.

tiæ tangit animos feroces. Quid debetis præstare nati in urbe Ausonia, cum hujusmodi acta moveant crudeles Getas? Adjice quod est semper tibi animus lenis, et mores præbent testimonium excelsæ nobilitatis: quos Volesus auctor nominis patrii probet, quos Numa maternus non diffiteatur esse suos; et Cottæ additi tuis *nominibus gentilitiis, domus peritura nisi tu esses, laudent. Vir digne eo* Majorum *ordine, crede esse congruum istis moribus subvenire amico qui erravit.*

duros pro *diros.*—103 Arg. et tres alii *anim. longæ tib.*—104 *Habet* ex Pol. restituit Heins. pro vulg. *habent.*—105 In nonnullis *Valesus*, vel *Valerus.*—106 Nauger. postr. Ed. *N. materni non.*—107 Unus Heins. et Mor. *Adjunctique prob.*

NOTÆ.

101 *Ausonia*] Roma, scilicet. Pulchre vero ratiocinatur Naso, longeque melius quam plurimi faciunt Christiani; qui vix aliter sapere quam ut jus sit male facere didicerunt.

104 *Mores*] Illos, scilicet, de quibus agitur, mansuetos et humanos.

105 *Volesus*] Ab illo paternum genus traxisse Cottam indicat, quem Spartanam propaginem scripsit Silius.

106 *Numa*] Romanorum rex secundus.

107 *Adjecti*] Adoptione innuit hunc ad quem scribit amicum Naso in Aureliam Cottarum familiam transiisse. Verum lege Interpretationem, neque Commentatorem audieris somniantem.

108 *Interitura*] Hinc defecisse Cottarum gentem intelligas, in quam hic cooptatus.

109 *Serie*] Majorum ordine, quocumque modo spectaveris.

Digitized by Google

EPISTOLA III.

FABIO MAXIMO.

ARGUMENTUM.

Ad Fabium Maximum scribens, fingit sibi in lecto cubanti sese obtulisse Cupidinem, poëtamque de illo questum, quod, cum ejus causa in exilium objectus sit, velit etiam efficere, ut Augustus placatus mitius exilium concedat. Postremo inducit etiam Cupidinem ad ea respondentem.

Si vacat exiguum profugo dare tempus amico,
O sidus Fabiæ, Maxime, gentis, ades:
Dum tibi quæ vidi referam; seu corporis umbra,
Seu veri species, seu fuit ille sopor.
Nox erat: et bifores intrabat Luna fenestras,
Mense fere medio quanta nitere solet.
Publica me requies curarum somnus habebat,
Fusaque erant toto languida membra toro:
Cum subito pennis agitatus inhorruit aër;
Et gemuit parvo mota fenestra sono.
Territus in cubitum relevo mea membra sinistrum:
Pulsus et e trepido pectore somnus abit.

Si licet præbere breve spatium amico exuli, adesto, o Maxime, splendor gentis Fabiæ: dum tibi narrabo quæ intuitus sum, sive illud fuit spectrum, sive repræsentatio veri, sive somnus. Nox erat, et Luna subibat fenestras bipartitas, propemodum quanta solet splendere mense medio. Sopor communis requies curarum tenebat me; et artus inertes erant strati toto lecto; cum repente aër concussus alis intremuit, et fenestra mota crepuit exiguo sono. Tremefactus tollo meos artus in cubitum sinistrum; et sopor fugatus excessit ex pavido pectore. Amor consistebat vultu,

1 Barb. *Si juvat exig.*—3 Ha. *Dummodo quæ.* Tum Edd. priores *vid. refero; seu*; et *umbra est*: at R. *umbram*, omisso *est.*—6 Mor. *fer. in med.*—7 Medonian. *somn. alebat.*—10 *Gemuit* ex Pat. et aliis vett. proferunt Ciofan. et Fabric. in vulgatis erat *sonuit.* Tum Gottorph. *prono*: et Arg. *tota fenestr.*—

NOTÆ

5 *Bifores*] Bipartitas.

Digitized by Google

Stabat Amor vultu, non quo prius esse solebat,
  Fulcra tenens læva tristis acerna manu:
Nec torquem collo, nec habens crinale capillis;
  Nec bene dispositas comtus, ut ante, comas.
Horrida pendebant molles super ora capilli;
  Et visa est oculis horrida penna meis:
Qualis in aëriæ tergo solet esse columbæ,
  Tractantum multæ quam tetigere manus.
Hunc, simul agnovi, (neque enim mihi notior alter,)
  Talibus affata est libera lingua sonis:
O puer, exilii decepto causa magistro,
  Quem fuit utilius non docuisse mihi;
Huc quoque venisti, pax est ubi tempore nullo,
  Et coit astrictis barbarus Ister aquis?

non quo ante consueverat, mœstus tractans manu sinistra scipionem acernum; neque habens torquem in collo, neque crinale in capillis, neque crines bene compositos ornatos ut prius. Crines delicati fluebant super faciem hispidam; et alæ visæ sunt mădidæ oculis meis: quales solent esse in tergo columbæ aëriæ, quam multæ manus tractantium tetigerunt. Cum primum cognovi, (neque enim alius mihi familiarior,) lingua mea *libera est allocuta* eum *hujusmodi vocibus: O puer causa fugæ deluso præceptori, quem fuit mihi commodius non erudivisse, accessisti etiam huc, ubi nunquam pax datur, et Danubius barbarus concrescit gelidis aquis? Quæ tibi causa*

12 Decem libri *et a trep.*—14 In vulgatis *Sceptr. ten.* Cod. Scalig. habebat *Fulva*, unde ille *Fulcra* conj. quod et V. primæ notæ confirmat.—15 Plurimi *crin. capillo.*—16 *Dispositas* ex Codd. Fabricius profert: vulg. *compositas.* Tum Serv. *cultus* pro *comtus.*—17 Repetitur ea vox *horrida* versu proximo, quare malim *Squallida ora* hic legi. Vide Notas in Epicedion Drusi vs. 86. nisi versu proximo *sordida pluma* reponas. *Heins. Mollesque sub ora capilli* Servii codex: unde vero illud *humida penna* petierit Heinsius tacet, nec inveni, nisi in uno Juniano; *horrida barba* Moreti: sed imberbis Cupido. Illud *humida* non convenit sequentibus: non enim columbæ tergum humidum fit tractantum manu, sed horridum, cum plumæ antea æquatæ, *horridæ*, id est, hirtæ quasi et hispidæ, fiunt: id enim proprie 'horridus' notat. Vid. ad Petron. cap. 99. Relinquatur ergo repetitum ex more Ovidii verbum. *Burm.*—20 *Tractantum* Heins. reponit ex Pol. et quatuor aliis; vulg. *Tractatam.*—22 *Affata* ex scriptis dedit Heins. alii *effata.*—24 Duo libri *Quem foret util.*—

NOTÆ

13 *Amor*] Cupido Deus.

14 *Fulcra*] Baculum ex acere ligno factum.

15 *Crinale*] Fasciam, qua cohibentur crines, ne in os defluant.

19 *Ante*] Quo tempore Amatoria Nasoni suadebat.

23 *Magistro*] Me Ovidio Amorum doctore.

24 *Docuisse*] Cupidinem Amoris magistrum habuit Naso, scilicet.

25 *Huc*] In Scythiam ubi exulo.

26 *Astrictis*] Gelu compactis.

Digitized by Google

Quæ tibi causa viæ? nisi uti mala nostra videres?
Quæ sunt, si nescis, invidiosa tibi.
Tu mihi dictasti juvenilia carmina primus:
Apposui senis, te duce, quinque pedes.
Nec me Mæonio consurgere carmine, nec me
Dicere magnorum passus es acta ducum.
Forsitan exiguas, aliquas tamen, arcus et ignis
Ingenii vires comminuere mei.
Namque ego dum canto tua regna, tuæque parentis,
In nullum mea mens grande vacavit opus.
Nec satis id fuerat; stultus quoque carmina feci,
Artibus ut posses non rudis esse meis.
Pro quibus exilium misero mihi reddita merces:
Id quoque in extremis, et sine pace, locis.
At non Chionides Eumolpus in Orphea talis;
In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.

itineris; nisi ut cerneres nostram calamitatem? quæ, si ignoras, est tibi invidiæ. Tu primus suggessisti mihi versus juveniles: te auctore adjeci quinque pedes senis. Neque sivisti me fieri clarum versu Homerico, neque me cantare facta ingentium imperatorum. Arcus et ignis fregerunt vires ingenii mei, forte parvas, attamen non nullas. Namque dum ego celebro tua regna, et tuæ matris, ingenium meum non dedit operam ulli magno poëmati. Neque illud satis fuerat: insanus scripsi quoque versus, ut posses non esse imperitus aut ineptus meis Artibus. Pro quibus exilium est attributum præmium mihi infelici, atque illud in locis remotissimis et sine pace. At Eumolpus Chionides non erat *talis erga Orpheum; neque Olympus talis*

---

25 Pol. *venist. quo pax est:* et *qua* Heins. malebat.—27 Fr. *nis. si ut mal.* Arg. *nis. ut hæc mal.* Burm. conj. *nis. quo mal.* i. e. *quo* pro *ut*, ut sæpe Cicero et alii: Jun. *nisi ne ut:* et Pol. *num quod;* unde Heins. conj. *num quo.* Mox Scalig. Excerpt. et tres libri *nostr. levares.*—29 Nonnulli codd. exhibent *juvenalia.* Mox scripti et editi quidam *carm. primum.*—32 Unus Heins. *act. Deum.*—33 Scripti multi et Edd. quædam *et ignes.*—35 Jun. *Nam quoque dum.*—37 Tres libri *Non satis id:* unus *Nec tamen hoc:* multi alii etiam *hoc.* Mox unus *studio* pro *stultus;* et Arg. et Ro. *stulto quoq. carmine.*—39 *Misero* libri vett. vulg. *durum.*—41 Libri multi, *non Echionides,* vel, *nec Echionides.* Sed

NOTÆ

30 *Senis*] Pedibus, scilicet, quibus constat hexameter pentametro præpositus. Cujusmodi versuum genere Amatoria scripsit Naso.

31 *Mæonio*] Heroico, quali usus es Homerus Mæonius.

33 *Arcus*] Quæ arma sunt Cupidinis, a quo corruptum ingenium aut comminutum queritur Poëta.

35 *Parentis*] Veneris, scilicet.

38 *Artibus*] Libris de Arte amandi.

41 *Chionides*] Chiones filium Eumolpum supra diximus.

Orphea] Orpheum insignem vatem et theologum Thracium jam sæpius habuimus.

Digitized by Google

Præmia nec Chiron ab Achilli talia cepit,
  Pythagoræque ferunt non nocuisse Numam.
Nomina neu referam longum collecta per ævum,
  Discipulo perii solus ab ipse meo.
Dum damus arma tibi, dum te, lascive, docemus;
  Hæc te discipulo dona magister habet.
Scis tamen, ut liquido juratus dicere possis,
  Non me legitimos solicitasse toros.
Scripsimus hæc istis, quarum nec vitta pudicos
  Contingit crines, nec stola longa pedes.
Dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas;
  Et facere incertum per mea jussa genus?

erga Satyrum Phrygem. Neque Chiron reportavit similem mercedem ab Achille; et dicunt Numam non obfuisse Pythagoræ. Neve recenseam nomina deportata ex prolixis temporibus, ego solus interii a meo discipulo. Dum instruimus te armis, dum erudimus te, lascive, præceptor refert hæc præmia te discipulo. Habes tamen compertum, et possis profiteri vere juratus, me nihil quicquam machinatum esse adversus lectos legitimos. Ista scripsimus iis, quarum neque vitta tangit comas pudicas, neque prolixa stola pedes. Dic, quæso, ecquando doctus es decipere nuptas, et reddere sobolem incertam per mea præcepta? An omnis fœmina *sit severe repulsa*

---

vulgata lectio bene se habet. Εὐμόλπου Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης Pausaniæ: at Theocrito Idyll. XXV. Φιλαμμονίδης Eumolpus dicitur. Mater autem Philammonis Chione; ut Noster ipse Met. XI. 314. memorat. Docuit hic Eumolpus cithara Herculem canere, teste ibidem Theocrito. Argent. *At non crudes Eumolpus:* mendose. *Heins.*—43 *Achilli* vett. alii *Achilla* vel *Achille.* Mox unus liber *sumsit* pro *cepit.*—45 Mor. *quid* pro *neu:* alii *ne,* vel *nec.* Mox Medonian. *long. collata per.*—47 Arg. *dum tendere tela doçemus.*—48 Alii *Hæc de discip.*—49 *Ut* Heins. rescripsit ex Arg. pro vulg. *Et.*—51 Alii *hoc* pro *hæc. Istis* ex Pol. vulg. *illis.* Deinde Ursin. *vitt. pudoris.*—52 Pro *Contingit* multi *Contigerit;* duo *Contingunt:* totidem *Attigerit;* tres *Attingit,* quomodo et minor Gryph. unde Scaliger *Astringit:* Arund. *Constringit.* Mox Fr. *stol. fulva ped.* Burm. conj. *fusa.*—53 Mor. Serv. et Mycill. Gryph. Bersm. aliæ que Edd. *prec. hoc, quando didic.* Jun. et Leid. *hoc quando:* P. *o quando;* alius

NOTÆ

42 *Phryga*] Marsyam dicit Celænis Phrygiæ oppido oriundum, qui tibia Apollinem ausus provocare.

43 *Chiron*] Centaurus, de quo in Metam. Achillis præceptor.

44 *Numam*] Ex illorum opinione loquitur qui hunc Romanorum regem secundum Pythagoræ Philosophi discipulum credunt fuisse.

47 *Damus arma*] Præcepta sua de expugnandis puellis arma vocat.

48 *Hæc*] Exilium, scil.

51 *Vitta*] Vestalium et matronarum capitis tegmen aut fascia coërcendis crinibus fuit.

52 *Stola*] Vestis erat quæ ad imos pedes defluebat.

54 *Incertum*] Nothi certe quo patre nati sint ut plurimum ignorant.

Digitized by Google

An sit ab his omnis rigide summota libellis,
  Quam lex furtivos arcet habere viros?
Quid tamen hoc prodest, vetiti si lege severa
  Credor adulterii composuisse notas?
At tu, sic habeas ferientes cuncta sagittas;
  Sic nunquam rapido lampades igne vacent;
Sic regat imperium, terrasque coërceat omnes
  Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos;
Effice, sit nobis non implacabilis ira;
  Meque loco plecti commodiore velit.
Hæc ego visus eram puero dixisse volucri.
  Hos visus nobis ille dedisse sonos;

ab his libellis, quam lex vetat habere viros adulteros? Quid tamen istud juvat, si dicor scripsisse præcepta adulterii interdicti lege rigida? At tu, sic habeas spicula vulnerantia omnia; sic nunquam faces careant flamma violenta; sic Cæsar, qui est tibi nepos a fratre Ænea, administret imperium, et compescat omnes terras; fac tra ejus *non sit nobis inexorabilis, et patiatur me puniri in loco minus molesto. Ego visus eram dixisse hæc puero alato; ille visus est reposuisse nobis has voces,*

heu quando. Tum Mor. et tres alii *docui te fall.*—55 Arg. et duo alii *Absit ab his:* Bersm. Cod. *An sat ab his;* unde Heins. conj. *Nam sat ab his,* sublata interrogationis nota; vel *At satis his.* Fr. *An sit ab his mulier rigid.* Lov. *sublata lib.*—56 Leid. *arc. habere toros,* unde Burm. conj. *inire toros.*—58 P. *Credar adult.* et Mor. *Dicor.* Mox Boxhorn. Fragm. *compes. nefas.*—61 Malebat Heins. *reg. imperio.*—62 Leid. habet *forte* pro *fratre.* In sex Codd. etiam Heins. invenit *fratre tuus.*—64 Thuan. pro *plecti* habet *poni,* quod et Heins. legit Epist. I. 5. 79. 'Sed *plecti* maneat: non enim pœnam hic nec alibi de-

NOTÆ

55 *An sit*] Vana excusatio; namque venenum quod in Amoribus Naso propinavit ad omnes pariter est derivatum.

His] Amatoriis, scil.

56 *Furtivos*] Cujusmodi sunt adulteri, qui furtim ad alienas uxores commeant.

57 *Lege*] Juliam dicit, quæ in adulteros gladio, neque temere, animadvertebat.

58 *Notas*] Versus intelligit quibus adulteria suasisse Naso arguebatur.

60 *Sic*] Formula utitur solenni, cum quidpiam impense magis aliquis ab alio expeteret.

59 *Sagittas*] Quæ altera arma Cupidinis.

60 *Lampades*] Faces, Cupidinis altera tela, ut docuit noster in lib. de Arte.

62 *Ænea fratre*] Cupidinis Æneas frater, siquidem matrem uterque habuit Venerem. Augustus vero Cupidinis nepos, quia Julii Cæsaris filius per adoptionem, qui Julius ab Iülo seu Ascanio, Æneæ filio, genus suum ducebat, aut ducere dicebatur.

65 *Puero*] Cupidini alato.

66 *Sonos*] Verba.

Digitized by Google

Per, mea tela, faces, et per, mea tela, sagittas,
Per matrem juro, Cæsareumque caput;
Nil, nisi concessum, nos te didicisse magistro;
Artibus et nullum crimen inesse tuis.
Utque hoc, sic utinam defendere cetera posses!
Scis aliud, quod te læserit, esse magis.
Quicquid id est (neque enim debet dolor ille referri)
Non potes a culpa dicere abesse tua.
Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres;
Non gravior merito vindicis ira fuit.
Ut tamen aspicerem, consolarerque jacentem,
Lapsa per immensas est mihi penna vias.
Hæc loca tum primum vidi, cum matre rogante
Phasias est telis fixa puella meis.
Quæ nunc cur iterum post sæcula longa revisam,
Tu facis, o castris miles amice meis.
Pone metus igitur; mitescet Cæsaris ira:
Et veniet votis mollior hora tuis.

Juro per mea tela tædas, et per mea tela sagittas, per genitricem et caput Cæsareum, nos nihil didicisse te præceptore nisi permissum; et nullum crimen esse in Artibus tuis. Utinam posses tueri cetera sicut istud! Nosti esse magis aliud quod te perdiderit. Quicquid illud est (neque vero ille dolor debet memorari) non potes dicere carere tuo crimine. Quamvis tu tegas delictum sub specie erroris, ira ultoris non fuit sævior merito. Ut tamen viderem et consolarer te *afflictum, ala mea descendit per immensas vias. Aspexi tum primum hæc loca, cum jussu genitricis puella Phasias est vulnerata meis telis. Quæ quidem loca tu causa es ut nunc repetam denuo post longa tempora, o miles amice castris meis. Omitte ergo timores: ira Cæsaris lenietur; et tempus mitius dabitur tuis desideriis. Et ne metuas dila-*

precatur, sed ut mutato loco leniatur.' *Heins.*—68 Unus lib. *Per Venerem jur.* —71 Scripti et editi quidam *hæc* pro *hoc*. Deinde nonnulli *cet. possem*; unde Heins. *defendi cet. possent*.—73 V. dedit *ille*: vulg. *ipse*; unus *iste*.—74 Quatuor *culp. liber abesse*; et unus *liber adesse*: alius *libera esse*. Heins. suspicatur aliquid latere mendi.—76 Mss. Bersm. *grav. meritis*. Tum *vindicis* Ciofanus profert ex vett. scriptis: vulg. *judicis*; et unus Heins. *principis*.—78 *Mihi* Heins. dedit ex duobus libris pro vulg. *mea*.—79 Jun. et Leid. *Quæ loc.* Mox Leid. *matr. jubente*; et alius *petente*.—81 P. Dan. *cuncta* pro *longa*.—82 R. *hoc* pro *o*.: et sex libri *mil. amate meis*.—84 Mor. *velis* pro *votis*. Tum Ms. Bersm. et unus Heins. *dulcior aura tuis*. *Hora* Naugerius profert ex quibus-

NOTÆ

70 *Artibus*] Libellis de Arte Amandi.

79 *Hæc*] Scythica, scil.

80 *Phasias*] Medea est, cui a Phasi Colchorum fluvio, quibus imperabat Æetes, ejus pater, hoc nomen datum.

Digitized by Google

Neve moram timeas, tempus, quod quærimus, instat:
Cunctaque lætitiæ plena triumphus habet.
Dum domus, et nati, dum mater Livia gaudet:
Dum gaudes Patriæ magne Ducisque Pater:
Dum sibi gratatur populus, totamque per Urbem
Omnis odoratis ignibus ara calet:
Dum faciles aditus præbet venerabile templum;
Sperandum nostras posse valere preces.
Dixit; et aut ille est tenues dilapsus in auras,
Cœperunt sensus aut vigilare mei.
Si dubitem, quin his faveas, o Maxime, dictis,
Memnonio cycnos esse colore putem.
Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor:
Nec, quod erat candens, fit terebinthus, ebur.

tionem, hora quam poscimus prope est; et triumphus habet omnia plena gaudii. Dum domus et filii, dum genitrix Livia lætatur; dum lætaris Pater ingens Patriæ et Ducis; dum plebs tibi gratulatur, et omne altare est incensum flammis odoratis; dum templum venerandum dat accessus faciles, sperandum preces nostras posse valere. Dixit, et aut ille evanuit in subtilem aërem, aut mei sensus cœperunt vigilare. Si dubitem quin faveas his vocibus, o Maxime, credam cycnos esse colore Memnonio. Sed neque liquor lacteus transit in atram picem, neque ebur, quod erat

dam scriptis: nam vulgati habebant *aura*.—88 Tres libri *magn. ducumque P.* —89 *Tibi* [pro *sibi*] rectius quidam: est enim sermo ad Augustum. *Heins. Tibi* Mycil. Gryph. Bersm. et aliæ Edit. sed *sibi* retineri potest; id est, se felicem existimat tali principe. Sic Met. IX. 244. 'Totoque libens mihi pectore grator.' Ep. XI. 65. 'Quid tibi grataris:' quomodo et *gratulari* ponitur: Cicer. Epist. ad Fam. III. 11. 'Ipse mihi gratulatus sum.' Sic 'gratulari patriæ' Just. VI. 8. est felicem prædicare: 'reipubl. gratulari' etiam Cicero et alii. Utrumque jungit Noster Trist. I. 8. 53. 'tota mihi mente, tibique Gratulor.' *Burm.*—91 Mycill. Gryph. et Bersm. Edd. *venerab. tempus.* —93 Ed. D. Heins. *ten. delapsus in.*—94 Serv. *Cœpere aut s. pervigilare;* Fr.

NOTÆ

86 *Triumphus*] Pannonium intellige seu Dalmaticum, quem quarto anno ab Ovidii fuga Tiberius egit.

87 *Domus*] Augusta, scil. cum Augusti filiis, Tiberio, et Germanico, itemque uxore Livia.

88 *Pater*] Augustum dicit, Tiberii ducis patrem per adoptionem, et patriæ per amorem et curas. Ceterum assenteturne utrique, Tiberio præsertim, nihil opus est ut ego dicam.

90 *Odoratis*] Ex thure per triumphi lætitiam apposito.

91 *Templum*] Capitolium, scil. quo triumphantes ascendebant, Jovi gratias acturi.

95 *Maxime*] Fabium Maximum alloquitur Naso.

96 *Memnonio*] Nigro, cujusmodi Memnonis Æthiopis Auroræ ex Tithono filii color fuisse dicitur.

98 *Nec quod*] Adeoque neque tu,

Digitized by Google

Conveniens animo genus est tibi; nobile namque
  Pectus, et Herculeæ simplicitatis, habes.
Livor, iners vitium, mores non exit in altos;
  Utque latens ima vipera serpit humo.
Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum:
  Grandius ingenio nec tibi nomen inest.
Ergo alii noceant miseris, optentque timeri;
  Tinctaque mordaci spicula felle gerant:
At tua supplicibus domus est assueta juvandis:
  In quorum numero me precor esse velis.

album, fit terebinthus. Genus est tibi simile animo; namque habes cor generosum et candoris Herculei. Invidia vitium ignavum non infestat istos mores; et repit veluti vipera condita terra infima. Animus tuus excelsus tollitur supra nobilitatem ipsam; neque nomen est tibi illustrius natura. Alii igitur obsint afflictis, et cupiant esse pavori, et ferant sagittas infectas felle amaro. At tua domus solet opem ferre abjectis; in quorum numero oro patiaris me esse.

Cæperunt s. invigilare: Burm. conj. *Cæpere aut s. evigilare mei.*—101 Jun. *transit* pro *exit*. Mox *altos* plurimi vett. quod non placet Heins. vulg. *istos*. Burm. præfert *altos*, ut oppositio sit cum 'serpit humo.'—102 Lov. *repsit* pro *serpit*.—104 R. *nom. adest.*—107 Jun. *tua simplicibus dom.*

NOTÆ

Maxime, unquam mutaberis.

Terebinthus] Arbor est eximii ac nigri splendoris in Syria præsertim nascens.

100 *Herculeæ*] Qualis fuit in Hercule, quem Plutarchus Fabiæ gentis auctorem scripsit.

106 *Spicula*] De linguæ intelligit præsertim venenatis aculeis.

EPISTOLA IV.

RUFINO.

ARGUMENTUM.

TIBERII Ovationem seu Triumphum de Germania, vel potius de Illyrio, Romam mittens Poëta Rufino amico et doctissimo viro commendat. Excusatque se multis rationibus, quod non ita eleganter materiam istam absol-

Digitized by Google

vat, ut æquum fuerat. Postremo vertit sermonem ad Liviam Cæsaris matrem, vaticinaturque fore ut brevi alterum etiam triumphum de Germania ipsa consequatur, ut inferius dicemus.

Hæc tibi non vanam portantia verba salutem,
Naso Tomitana mittit ab urbe tuus;
Utque suo faveas mandat, Rufine, Triumpho;
In vestras venit si tamen ille manus.
Est opus exiguum, vastisque paratibus impar:
Quale tamen cumque est, ut tueare, rogo.
Firma valent per se, nullumque Machaona quærunt:
Ad medicam dubius confugit æger opem.
Non opus est magnis placido lectore poëtis:
Quamlibet invitum difficilemque tenent.
Nos, quibus ingenium longi minuere labores,
Aut etiam nullum forsitan ante fuit,
Viribus infirmi, vestro candore valemus.
Quem mihi si demas, omnia rapta putem.

Naso tuus mittit tibi ab urbe Tomitana has voces ferentes salutem veram, Rufine, atque jubet ut faveas suo Triumpho, si tamen ille venit in vestras manus. Opus est tenue, neque conveniens magno apparatui. Qualecumque tamen est, oro ut defendas. Quæ sana sunt stant per se, neque recurrunt ad ullum Machaonem; ægrotus incertus implorat auxilium medici. Non opus est lectore indulgente poëtis excellentibus; tenent quantumvis nolentem et morosum. Nos quibus labores diutini fregerunt ingenium, aut forte quoque nullum prius fuit, debiles viribus, probamur vestro favore: quem si mihi auferas, credam omnia sublata. Et cum omnia mea

3 Hæc [*Triumpho*] est veterum exemplarium scriptura, quæ, ut puto, vera est; ut sit res quæ in libro continetur: *libello* minus placet; cum poëta inferat; 'Est opus exiguum.' *Ciofan.*—5 *Vastisq.* ex Comb. vulg. *vestrisq.* Ms. Bersm. *nostrisq.*—8 Pr. Ed. *med. dubitans conf.*—10 *Quamlibet* Heins. recepit ex quatuor libris pro vulg. *Quemlibet:* et sic quidem Gruterus edidit.—14 Leid. et marg. Bersm. *Quod mih.* Mox R. *rupta* pro *rapta:* Mor. *desse,*

NOTÆ

3 *Suo*] Quia illum in Tiberii honorem scripserat; quem temporis injuria, ut multa alia, nobis præripuit.

5 *Vastis*] Non sine maximo apparatu, scil. triumphus ille de Illyriis et Pannoniis actus est.

7 *Machaona*] Fuit Machaon insignis inter Græcos ad Trojam medicus, Æsculapii filius; cui Rufinum similem facit Naso, ut ejus ope, quam orat, carmen suum stare possit.

13 *Candore*] Animi æquitate et benevolentia.

14 *Omnia*] Ut carmen meum nullius sit pretii.

Digitized by Google

Cunctaque cum mea sint propenso nixa favore,
  Præcipuum veniæ jus habet ille liber.
Spectatum vates alii scripsere triumphum:
  Est aliquid memori visa notare manu.
Nos ea vix avidam vulgo captata per aurem
  Scripsimus: atque oculi fama fuere mei.
Scilicet affectus similes, aut impetus idem,
  Rebus ab auditis conspicuisque venit?
Nec nitor argenti, quem vos vidistis, et auri,
  Quod mihi defuerint, purpuraque illa, queror:
Sed loca, sed gentes formatæ mille figuris
  Nutrissent carmen, prælaque ipsa, meum.
Et Regum vultus, certissima pignora mentis,
  Juvissent aliqua forsitan illud opus.

sint sustentata favore benevolo, ille liber habet jus maximum indulgentiæ. Alii Poëtæ descripserunt triumphum conspectum. Est aliquid signare visa manu memori. Nos scripsimus ea ægre quæsita per vulgus aure cupida: atque oculi mei fuerunt rumor. Quasi vero affectus pares, seu idem furor oriatur ex rebus auditis et visis? Neque doleo quod splendor argenti et auri, quem vos aspexistis, et illa purpura mihi defuerit. Verum loca, verum nationes fictæ mille modis, et ipsa certamina aluissent meos versus. Atque facies regum, indicia indubitata animi, con-

pro quo Heins. volebat *demta*. R. etiam *putes*.—15 *Sint* Heins. recepit ex scriptis pro vulg. *sunt*.—16 P. Dan. *Præcipue ven*.—18 Lov. *scripta notare*, et P. *visa tenere*.—19 Ex scriptis *vulgo* reposuit Heins. multæ Edd. *vulgi*. Jun. et quatuor libri *vulgo spectata*; et Serv. et P. Dan. a pr. man. *per urbem*.—21 Ms. Bersm. Edd. Aldin. et Gryph. *similis* pro *similes*.—24 *Defuerint* Heins. recepit ex Fragm. V. 'elegantius' quam vulg. *defuerit*.—25 *Sed gentes* sex septemve veteres; nervose. *Heins.* Alii *vel gent*.—27 Vulg. *pignora gentis*. Alii *Pignora mentis* legunt, quæ lectio et verior est, et sententiam planiorem reddit: ut sint Pignora mentis, indicia et significationes. Est enim vultus quasi quidam tacitus animi index. Quanquam rursus neque altera lectio prorsus rejicienda. Possunt enim *pignora gentis* accipi, vultus regum, ut sint velut indicia, et certæ significationes totius gentis: hoc est, qualiter affecta, et quibus moribus aut ingeniis tota gens prædita sit, propterea quod ad principum ingenia et mores, etiam populi sese comparant.

NOTÆ

16 *Jus*] Quia materia amplissima, et de Imperatoris Tiberii triumpho.

Ille] De Cæsaris triumpho.

19 *Vulgo*] Neque ullo certo auctore, qui singula accurate referret.

20 *Fama*] Quia non aliter quam audiendo quæ triumphi pompa cognoscere potuit.

22 *Venit*] Ut minor sit impetus ex auditis quam qui ex visis oritur.

25 *Formatæ*] In tabulis pictæ, quæ per triumphum ostentabantur.

26 *Prælia*] In tabulis descripta.

27 *Regum*] Qui vincti in triumphi spectaculis.

Pignora] Vultus enim animi index.

Digitized by Google

Plausibus ex ipsis populi, lætoque favore,
  Ingenium quodvis incaluisse potest.
Tamque ego sumsissem tali clangore vigorem,
  Quam rudis audita miles ad arma tuba.
Pectora sint nobis nivibus glacieque licebit,
  Atque hoc, quem patior, frigidiora loco:
Illa Ducis facies, in curru stantis eburno,
  Excuteret frigus sensibus omne meis.
His ego defectus, dubiisque auctoribus usus,
  Ad vestri venio jure favoris opem.
Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum
  Nomina: materiam vix habuere manus.
Pars quota de tantis rebus, quam Fama referre,
  Aut aliquis nobis scribere posset, erat?
Quo magis, o lector, debes ignoscere, si quid
  Erratum est illic, præteritumve mihi.
Adde, quod assiduam domini meditata querelam,
  Ad lætum carmen vix mea versa lyra est.

tulissent forte aliquid ad illud poëma. Quodlibet ingenium potest efferbuisse ex ipsis plausibus et alacri favore plebis. Atque ego tam cepissem vires hujusmodi acclamationibus, quam miles inexpertus belli audita tuba. Tametsi cor esset nobis frigidius nivibus et glacie, atque isto loco, quem fero, ille vultus Imperatoris sedentis in curru eburneo expelleret omnem torporem sensibus meis. Ego destitutus istis, et usus auctoribus incertis non sine causa recurro ad auxilium vestri favoris. Neque nomina ducum, neque nomina locorum sunt mihi perspecta: manus ægre habuerunt argumentum. Quota pars erat de tantis rebus, quam fama posset narrare nobis, aut quispiam scribere? Quo magis, o lector, debes dare veniam, si quid est ibi peccatum et prætermissum a me. Adjice quod mea lyra, quæ incubuit continuæ querimoniæ domini, ægre mutata est ad festivum poëma. Vix lætæ voces recurrebant

---

Mycill.—28 Alii *illud ope.*—29 Pro *favore* Heins. malit *fragore*, vel *canore*; nam 'favoris' paulo post sequitur.—31 *Clangore* ex Fragm. Lov. recepit Heins. pro vulg. *clamore.*—34 Ha. *hoc, quo potior, frig.*—36 Unus lib. et Fragm. Lov. *ossibus* pro *sensibus.*—37 Quatuor libri *eg. deceptus, dub.* Pol. et duo alii *deficiens*; et P. *defunctus.*—40 *Vix* ex Thuan. dedit Heins. pro vulg. *non.*—41 Tres libri *quas* pro *quam.* Tum Ms. Bersm. *F. referret.*—45 Alii

NOTÆ

34 *Frigidiora*] Atque adeo ad inveniendum et componendum minus apta.

35 *Illa Ducis*] Magnifice et callidissime, quasi aliud agendo, Tiberio assentatur Naso.

Eburno] Quia in illo sella curulis eburnea.

41 *Pars quota*] Minimam fuisse innuit.

44 *Illic*] In triumphi descriptione.

45 *Domini*] Nasonis, scil.

Digitized by Google

Vix bona post tanto quærenti verba subibant:
  Et gaudere aliquid, res mihi visa nova est.
Utque reformidant insuetum lumina Solem,
  Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.
Est quoque cunctarum novitas carissima rerum:
  Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.
Cetera certatim de magno scripta triumpho
  Jam pridem populi suspicor ore legi.
Illa bibit sitiens, lector mea pocula plenus:
  Illa recens pota est, nostra tepescit aqua.
Non ego cessavi, nec fecit inertia serum:
  Ultima me vasti sustinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properataque carmina fiunt,
  Factaque eunt ad vos, annus abisse potest.

mihi *investiganti tanto* tempore *post; atque lætari ob rem aliquam est mihi visa res inusitata. Et quemadmodum oculi metuunt Solem insolitum, ita animus meus erat piger ad gaudium. Novitas est etiam gratissima omnium rerum; et favor destituit officium quod cunctatio remoratur. Conjicio cetera scripta certatim de magno triumpho jam pridem teri ore populi. Lector avidus potat illa pocula, expletus mea: ille liquor novus haustus est, noster languescit. Ego non requievi, neque ignavia reddidit tardum; novissima regio magni maris habet me. Dum fama huc penetrat, et versus festinati panguntur, et compositi transmittuntur ad vos,*

Assiduas...querelas: vet. lib. a Fabricio citatus *assiduo...querelam:* P. Dan. etiam *assidue.*—46 Gottorph. et Bersm. lib. *mea Musa venit.*—47 Pro *tanto* Ms. Bersm. et P. Dan. Mor. et quatuordecim *tantum;* Serv. *tantos;* P. *tandem.* Alii *pro tanto,* et Gottorph. *post tanto.*—48 Pro *aliquid* Heins. malit *aliqua.*—50 Serv. *spes* pro *mens.*—51 *Carissima* ex Arg. aliisque nonnullis placet Heins. præ vulg. *gratissima;* quia 'Gratia' sequitur.—55 In hoc versu aliquid deesse sensui videtur, quo discrimen 'sitientis' et 'pleni' magis fiat manifestum: sitiens enim avide haurit, plenus vix tangit pocula. Quare mallem, si codices addicerent, *Illa bibit sitiens, libat mea pocula plenus:* ut *lector,* vel *populus,* qui præcessit, subintelligatur. *Burm.*—56 Pol. et Barb. *nostr. tepebit aq.*—57 Pro *serum* tres libri *tardum;* unus *segnem.*—58 R. *quod* pro *me.* Tum P. et V. *vast. submovet or.*—59 V. *carm. feci.*—61 Pro *refert*

NOTÆ

46 *Lætum*] Cujusmodi esse debet triumphale.

Lyra] Pro ingenio aut scribendi arte posuit.

47 *Tanto*] Tempore, supple: quemadmodum 'longo post tempore' dixit Virgilius.

51 *Novitas*] Ut qui primi poëtæ Tiberii triumphum descripserint, dum recens erat, in potiori fuerint conditione. Qua ex re sibi ignoscendi novam rationem petit Naso.

55 *Illa*] Aliorum poëmata poculis quæ sitientes avide corripiant comparat.

56 *Tepescit*] Nauseam vero creat aqua tepida, cui argute carmen suum simile facit Poëta.

Digitized by Google

Nec minimum refert, intacta rosaria primus,
An sera carpas pæne relicta manu.
Quid mirum, lectis exhausto floribus horto,
Si Duce non facta est digna corona suo?
Deprecor, hæc vatum contra sua carmina ne quis
Dicta putet: pro se Musa locuta mea est.
Sunt mihi vobiscum communia sacra, poëtæ;
In vestro miseris si licet esse choro.
Magnaque pars animæ mecum vixistis, amici:
Hac ego non absens vos quoque parte colo.
Sint igitur vestro mea commendanda favori
Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.
Scripta placent a morte fere: quia lædere vivos
Livor, et injusto carpere dente solet.
Si genus est mortis male vivere; terra moratur,
Et desunt fatis sola sepulcra meis.

annus potest effluxisse. Neque minimum interest primus legas rosaria integra, an fere omissa, manu tarda. Quid mirum si horto spoliato floribus collectis, sertum non est compositum dignum suo duce? Absit, ut quisquam Poëtarum credat hæc prolata adversus suos versus; Musa mea locuta est pro se. O Poëtæ, sacra sunt mihi communia vobiscum, si conceditur miseris esse in vestro cœtu. Atque amici vixistis mecum pars animæ meæ; *ego quoque vos veneror nunc dissitus in hac regione. Versus ergo mei, pro quibus ego non possum loqui, sint commendandi vestræ benevolentiæ. Scripta prope grata sunt post obitum, quia invidia consuevit mordere et appetere superstites dente iniquo. Si species est obitus infeliciter vivere, terra* me *expectat; et sola sepulcra desunt meæ morti. Denique, quamvis opus*

---

unus liber *differt;* alius *distat.*—62 Illud *pæne* languidum et inutile hic videtur: duo Codices *poma relicta;* non male. *Burm.*—63 Ha. *sertis* pro *lectis;* eleganter, judice Heins.—65 Arg. aliique nonnulli *hoc* pro *hæc:* Heins. conj. *Ne precor hæc vat.* Pol. et Feschian. *Deprec. hoc vates contr.* unus etiam *hoc votum:* alius *o vatum;* et P. Dan. *o vates.*—66 Ms. Bersm. *sua* pro *mea.*—69 *Animæ* scribendum monet Heins. cum sex scriptis pro vulg. *animi:* Arg. et quinque alii *animo.*—70 In vulgatis erat *Hac ego vos absens nunc quoq.* Sed elegantior multo mihi videtur Francofurtensis libri lectio, *Hac quoq. non absens vos ego parte colo:* nisi quod transpositis vocibus malim, *Hac ego non absens vos quoq. parte colo:* anima non absens, sed præsens, licet corpore absim, vos colo. *Burm.*—71 *Commendanda* excipit Burm. ex Serv. Fragm. Lov. et duobus aliis pro vulg. *commendata.* Tum *favori* ex conj. Heins. et sic quidem Arund. vulg. *favore.*—74 *Injusto* Fabricius profert ex quibusdam vett. vulg.

NOTÆ

61 *Nec minimum*] Comparatio nova, qua insuper se favore dignum esse contendit.

68 *Miseris*] Qualis ego sum.

72 *Quibus*] Carminibus, scil. quæ in tantum remotus non possum defendere.

73 *Scripta*] Rationem dicit ob quam

Denique opus nostræ culpetur ut undique curæ,
  Officium nemo qui reprehendat erit.
Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas:
  Hac ego contentos auguror esse Deos.
Hæc facit, ut veniat pauper quoque gratus ad aras;
  Et placeat cæso non minus agna bove.
Res quoque tanta fuit, quantæ subsistere summo
  Æneidos vati grande fuisset onus.
Ferre etiam molles elegi tam vasta triumphi
  Pondera disparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis:
  Alter enim de te, Rhene, triumphus adest.
Irrita verorum non sunt præsagia vatum.
  Danda Jovi laurus, dum prior illa viret.

nostri studii reprehendatur, nullus erit qui damnet studium et voluntatem meam. *Tametsi vires deficiant, nihilominus conatus est probandus: conjicio Deos esse contentos eo. Is præstat, ut inops accedat etiam gratus ad altaria, et agna non minus sit accepta tauro mactato. Res etiam tanta fuit, quantam ferre fuisset onus magnum præstantissimo auctori Æneidos. Teneri quoque elegi non potuerunt portare rotis inæqualibus tam magna pondera triumphi. Quo pede nunc utar incertus sum, alter enim triumphus de te prope est, Rhene. Omnia veridicorum poëtarum non sunt vana. Laurus offerenda Jovi dum illa prior viret. Neque legis mea dicta,*

---

inviso: V. et Arg. *invicto.*—80 P. et quatuor alii *conent. suspicor ess.*—81 Sex libri *ad aram.*—82 Barb. *Et placet cæs.* Fr. etiam *cæsa* pro *cæso.*—83 Mor. et alius *subsist. magno.*—84 Unus Voss. *Æneados:* Heins. conj. *Iliados.* Unus etiam liber *fuiss. opus.*—86 P. *modis* pro *rotis.*—89 *Verorum* ex veteribus legendum. *Nauger.* Argent. prim. Medic. plurimique alii, *votorum vatum:* nonnulli, *notorum:* an *motorum?* hoc est, afflatorum? sic Pythagoras Met. XV. 'Et quoniam Deus ora movet, sequar ora moventem Rite Deum;' sic et sæpe alibi: quatuor, *magnorum.* Heins. *Verorum* non movendum. Epist. XVI.

NOTÆ

versus sui sint minus carpendi; quia, scilic. in mortuis magis quam in vivis sit recensendus.

75 *Male*] Infeliciter.

Moratur] Quasi mortuum expectat.

78 *Officium*] Studium et voluntatem.

83 *Res*] Triumphi descriptio.

Subsistere] Parem esse oneri ferendo.

84 *Æneidos*] Virgilio, scil.

86 *Disparibus*] Istud dicit, quia in carmine Elegiaco Hexameter unn pede Pentametro major est.

87 *Nunc*] Postquam heroico carmine ab aliis, Elegis a se, Tiberii descriptus sit triumphus, et novus describendus instet.

90 *Laurus*] Lauro coronati in Capitolium ascendebant triumphantes, qui ibidem more optimo, cetera si paria fuissent, Jovi lauream suam deponebant. Per illud adeoque, quod novam laurum Jovi dandam dicit dum

Digitized by Google

Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum,
Non bene pacatis flumina pota Getis:
Ista Dei vox est: Deus est in pectore nostro:
Hæc duce prædico vaticinorque Deo.
Quid cessas currum pompamque parare triumphis,
Livia? jam nullas dant tibi bella moras.
Perfida damnatas Germania projicit hastas:
Jam pondus dices omen habere meum.
Crede, brevique fides aderit; geminabit honorem
Filius, et junctis, ut prius, ibit equis.
Prome, quod injicias humeris victoribus, ostrum:
Ipsa potest solitum nosse corona caput.
Scuta, sed et galeæ gemmis radientur et auro,
Stentque super vinctos trunca tropæa viros.

qui sum relegatus ad Danubium, fluvium haustum a Getis male pacatis. Ista est vox Dei: Deus est in nostro corde; prædico et vaticinor hæc Deo duce. Livia, quid moraris adornare currum et pompam triumphis? Nulla bella jam te retinent. Perfida Germania abjicit hastas damnatas. Jam dices præsagium meum habere pondus. Fidem habe, et brevi fides fiet, filius repetet honorem, atque vehetur ut antea equis junctis. Para purpuram, quam insternas humeris victoribus. Ipsa laurea potest cognoscere caput assuetum. Verum cassides et clypei distinguantur gemmis et auro, et trophæa trunca stent super viros ligatos. Urbes eburneæ muni-

---

121. ' vera fuit vates:' et passim. *Burm.*—90 Arg. *illa tua est.*—91 Ascensius ad Quintil. Decl. IX. 2. citat *Tu mea scripta legis, &c.* Deinde Ms. Bersm. *sum semotus ad.* Tum *Istrum* ex melioribus reponit Heins. pro vulg. *Istri.* —92 Lov. Arg. sex alii et Bersm. *ben. placatis flum.*—93 Alterum *est* deerat in Francof. et credo a sequenti in absorptum fuisse *en;* et legendum, *Deus en in pectore nostro:* ut Met. XV. 677. ' Et Deus en, Deus en.' Avien. descr. orb. initio, ' Deus en, Deus intrat Apollo Pectora.' *Burm.*—94 *Hæc* meliores, teste Heinsio; vulg. *Hoc:* R. *Quo.*—95 Pro *currum* tres *currus;* Feschian. *aurum:* Burm. conj. *laurum.*—99 P. Dan. *Cred. mihique fides.* F. *breviq. dies ader.* Mox Arg. et duo alii *gemin. honores.*—101 Tres libri *hum. victricibus ostr.*—103 P.

NOTÆ

prior viret, intellige eum dicere, novum triumphum a Tiberio ducendum de Germania, dum laurea ex Illyrico triumpho in Capitolio viresceret.

91 *Istrum, flumina*] Appositio.

93 *Dei*] Apollinis, scil. a quo correptum se Poëta innuit.

96 *Nullas*] Quasi dicat, nullam deinceps gentem adversus Tiberium stare posse,

97 *Perfida*] Propter cladem Vari istud dicit, qui a Germanis in sylvas per fraudem deductus, cum tribus legionibus, sex cohortibus, et tribus alis equitum, cæsus est; nisi quod ipse et multi alii sibi manus intulerunt.

Damnatas] Utpote aceleris pœnitens, bella damnabat Germania.

98 *Pondus*] Non esse vanum.

100 *Ibit*] Triumphabit de novo.

Digitized by Google

Oppida turritis cingantur eburnea muris:
  Fictaque res vero more putetur agi.
Squalidus immissos fracta sub arundine crines
  Rhenus, et infectas sanguine portet aquas.
Barbara jam capti poscunt insignia Reges,
  Textaque fortuna divitiora sua.
Et quæ præterea virtus invicta tuorum
  Sæpe parata tibi, sæpe paranda facit.
Di, quorum monitu sumus eventura locuti,
  Verba (precor) celeri nostra probate fide.

antur muris turritis; et res ficta credatur agi vero more. Rhenus squalidus ferat capillos collectos sub junco lacero, et aquas tinctas cruore. Jam reges captivi petunt ornamenta barbara, et vestes pretiosiores sorte sua. Et quæ præterea a te adornata sæpe virtus invicta tuorum facit, sæpe adornanda. Dii, quorum jussu diximus futura, confirmate, oro, vaticinia nostra fide veloci.

Dan. et sex alii *radiantur*; et seq. vs. *Stantque*. 'Malim *super vinctos* [vulg. *victos*] *viros* cum prim. Mediceo et quinque aliis. In Numismatis enim marmoribusque antiquis apparent passim captivi tropæis alligati.' *Heins.* Tum unus *fracta*, et alius *juncta*, pro *trunca*.—105 Pro *cingantur* Gottorph. *pingantur*; quod, judice Burm. non male τῷ *Ficta* convenit.—107 *Immissos* ex melioribus Heins. restituit pro vulg. *immittat*. Tum Ms. Bersm. *facta sub*.—108 *Portet* ex Pol. et septem aliis; vulg. *potet*.—109 In quibusdam *capiti* non *capti*, et *ponant* pro *poscunt*; alii etiam *poscant*: 'Utrumque rectum; nam regalibus ornamentis Reges in triumphum ducendi velabantur.' *Heins.*—111 Sex scripti *invicta virorum*.—113 Alii *sum. hæc ventura loc.*

NOTÆ

101 *Ostrum*] Purpuream togam et palmatam, qua triumphantes in Capitolium ducebantur.

104 *Trunca*] Quia ex arboribus amputatis hosti detracta arma et spolia, monumenta victoriæ, suspendebant.

105 *Oppida*] Illorum simulacra ex ebore aut argento in triumphorum ferculis transvehebantur.

106 *Vero*] Quasi non simulacra urbium, sed urbes vere essent.

107 *Fracta*] Propterea quod victus.

Arundine] Corona arundinea, cujusmodi fluviorum Diis affixerunt poëtæ.

108 *Infectas*] Ex interfectorum cruore.

109 *Insignia*] Quia patrio more decorati, quanquam vincti, per triumphum victi reges ducebantur.

110 *Divitiora*] Quia ipsi reges omnibus exuti fortunis suis.

111 *Quæ*] Prome, scil.

Tuorum] Augusti et liberorum.

112 *Parata*] Quia illi triumpharant.

114 *Celeri*] Quæ celeri effectu appareat.

Digitized by Google

EPISTOLA V.

MAXIMO COTTÆ.

ARGUMENTUM.

Ad Maximum Cottam hanc epistolam mittit, ad quem etiam superius scripserat: laudatque ejus orationem, quam, Romæ in foro judiciali habitam, legendam miserat: precaturque ut crebro studii sui hujusmodi pignora mittat. Deinde dicit se absentem illum tanquam præsentem intueri; viderique cum eo Romæ esse, tanquam in cœlo. Cum vero meminit se esse in Scythia, dicit videri se ad Inferos reverti.

Quam legis, unde tibi mittatur epistola, quæris?
Hinc, ubi cœruleis jungitur Ister aquis.
Ut regio dicta est, succurrere debet et auctor,
Læsus ab ingenio Naso poëta suo.
Qui tibi, quam mallet præsens deferre salutem,
Mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, Getis.
Legimus, o juvenis, patrii non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diserta foro.
Quæ, quanquam lingua mihi sunt properante per horas
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.

Petis unde epistola quam legis ad te mittatur? Hinc, ubi Danubius miscetur aquis glaucis. Postquam ora dicta est, auctor Naso, vates afflictus ab ingenio suo, debet etiam in mentem venire. Qui mallet afferre tibi præsens salutem, quam mittit ab hispidis Getis. Legimus, o juvenis, qui non descivisti ab ore patrio, verba prolata a te in foro frequenti. Quæ, quamvis sunt lecta a me lingua festina per

3 Unus liber et Marg. Bersm. *est, succedere deb.*—5 Jun. *vellet* pro *mallet*. Mox *deferre* Burm. excepit ex R. pro vulg. *afferre*.—7 Barb. *degen. artis*.—8 Excerpt. Scaliger. *vasto* pro *pleno*.—9 P. Dan. et multi alii *mih. sint prop.*

NOTÆ

2 *Cæruleis*] Maris Pontici.
3 *Regio*] In qua ego vitam traho.
4 *Læsus*] Quia propter ingenium, seu potius illius in scribendis amatoriis abusum, patria pulsus.
6 *Hirsutis*] Quia hirsutis pellibus induti, qui moribus et vultu asperi atque hispidi.
7 *Oris*] Pro eloquentia posuit.
8 *Verba*] Orationem.

Digitized by Google

Plura sed hæc feci relegendo sæpe; nec unquam
Non mihi, quam primo, grata fuere magis.
Cumque nihil toties lecta e dulcedine perdant,
Viribus illa suis, non novitate, placent.
Felices, quibus hæc ipso cognoscere in actu,
Et tam facundo contigit ore frui!
Nam quanquam sapor est allata dulcis in unda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quam de cœlata sumere lance juvat.
At nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,
Quod legi, tua vox exhibuisset opus.
Utque fui solitus, sedissem forsitan unus
De centum judex in tua verba viris.

horas satis multas, doleo fuisse pauca. Verum feci ea plura relegendo sæpe, neque unquam fuerunt mihi non magis accepta quam primo. Et cum toties lecta nihil amittant de sua *jucunditate, illa grata sunt suis viribus non novitate. Beati quibus licuit cognoscere hæc in ipso actu, et frui ore tam diserto! Nam tametsi sapor est gratus in aqua allata, liquor ducitur gratius ex ipsa scaturigine: atque magis placet deripere pomum ramo adducto, quam petere ex patina sculpta. At nisi errassem, nisi mea Musa me ejecisset, vox tua obtulisset opus quod legi. Et ubi consuevi, forte astitissem unus arbiter ex centum viris in tua dicta. Atque major voluptas*

—11 *Hæc* paulo post sequitur; quare scribendum *sed effeci.*—12 *Non...magis* Heins. dedit ex Arg. et decem aliis: in vulgatis erat *Hæc...minus:* Scaliger. Cod. Pol. et quatuor præterea *Non...minus.*—13 Sic Heins. corr. ex Arg. et aliis: vulg. *Cumq. sua toties nihil ex dulc.*—14 Unus Heins. *valent* pro *placent.* —15 *Hoc* quinque libri pro *hæc:* Ms. Bersm. *hos.*—17 *Allata* Heins. dedit ex Arg. aliisque plurimis pro vulg. *ablata:* conj. etiam *oblata.*—18 P. *Dulcius ex.*—19 Lov. *admoto* pro *adducto.* Mox Mor. *pom. discerpere ram.* et duo *dedu-*

NOTÆ

9 *Properante*] Ut solent qui aliquid jucundum legunt.

10 *Multas*] Ut hinc copiosum Cottæ dicendi genus intelligatur.

Pauca] Quia gratissima.

11 *Relegendo*] Fatearis oportet ingenii vim magnam fuisse Nasoni nostro, qui aliquid si vellet verbis ornare tam facile posset.

12 *Magis*] Fuerit ergo perfectissima illa oratio necesse est; namque ejus rei istud maximum indicium: quod iis maxime observandum qui aliquid memoria dignum student in medium proferre.

15 *Actu*] Gestus enim et recitandi modus, si bonus est, quantam vim afferat orationi difficile non est intelligere.

18 *Fonte*] Optime vero hac comparatione illud nescio quid designat Naso, quod ex intimo cujusque ingenio et sensu in accentum et vocis sonum derivatur, et ad persuadendum vim maximam habet.

19 *Adducto*] Ad se tracto.

23 *Forsitan*] Quia et Naso in centum viris fuit, uti supra dictum.

Digitized by Google

Major et implesset præcordia nostra voluptas,
  Cum traherer dictis annueremque tuis.
Quem quoniam fatum, vobis patriaque relictis,
  Inter inhumanos maluit esse Getas:
Quod licet, ut videar tecum magis esse, legenda
  Sæpe, precor, studii pignora mitte tui:
Exemploque meo, nisi dedignaris id ipsum,
  Utere: quod nobis rectius ipse dares.
Namque ego, qui perii jam pridem, Maxime, vobis,
  Ingenio nitor non periisse meo.
Redde vicem; nec rara tui monumenta laboris
  Accipiant nostræ, grata futura, manus.
Dic tamen, o juvenis studiorum plene meorum;
  Ecquid ab his ipsis admoneare mei?
Ecquid, ubi aut recitas factum modo carmen amicis,
  Aut, quod sæpe soles, exigis ut recitent,

implevisset nostra viscera, dum ducerer vocibus tuis, et assentirer. Quem siquidem sors maluit esse inter feros Getas, vobis relictis et patria, mitte sæpe, oro, pignora studii tui, quod conceditur, ut videar amplius esse tecum legendo: atque utere exemplo mei, nisi contemnis id ipsum, quod ipse melius nobis præberes. Namque ego, qui jam diu perii vobis, Maxime, contendo non periisse ingenio meo. Par pari refer, neque manus nostræ accipiant rara indicia tui studii futura mihi grata. Dic tamen, o juvenis plene meorum studiorum, ecquid admoneaeris mei ab his ipsis? Ecquibus cum recitas amicis, aut legis versus modo conditos; aut quod sæpe consue-

cere.—22 Arg. et sex alii *Quod legerem;* et tres cum pr. Ed. *legimus.*—26 *Cum* edidit Heins. ex permultis Codd. antea *Dum* erat: Jun. *Contraherem dict.* Leid. *Contraheret,* et *annueretque.*—29 *Legenda,* scil. pignora, puto præstare. *Burm.* Alii *legendo:* et Cod. Scaliger. *loquendo;* et sic alii nonnulli.—30 Arg. *stud. mittere scripta tui.*—31 Decem vett. *Exemploq. mei.* Deinde P. Dan. et multi alii *nis. dedigneris:* Aldin. post. Ed. *dedignaris ad ips.*—33 P. Dan. P. et alius *ips. dabis.*—35 Fr. *ne* pro *nec.*—38 Lov. *Ad quid ab.* Tum in voc. *ipsis* pro var. lect. Bersm. Ms. habet *scriptis.*—39. 41 In vulgatis erat *Ecquibus aut recitas.* ' Nonnulli *Ecquid ubi recitas.* Scribe, *Ecquibus ut recitas;* et pone interrogationis notam post illa, *queritur tua mens oblita quid absit?* me-

NOTÆ

26 *Traherer*] Rationibus tuis in sententiam tuam adducerer.

27 *Quem*] Me, scil.

30 *Pignora*] Filii patrum pignora dicuntur; tum scripta auctorum quasi liberi intelliguntur.

31 *Id ipsum*] Exemplum meum, et opuscula quæ ad te mitto.

32 *Rectius*] Quia melius scribis et dignior es quem ego imiter.

37 *Plene*] Quia ad eandem artem poëticam animum suum adjecerat Cotta, istud dicit Naso.

Digitized by Google

Interdum queritur tua mens, oblita quid absit?
(Nescio quid certe sentit abesse sui.)
Utque loqui de me multum præsente solebas,
Nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?
Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu,
(Et sit perjuri quam prope pœna vides)
Te nisi momentis video pæne omnibus absens.
Gratia Dis, menti quolibet ire licet.
Hac ubi perveni, nulli cernendus, in Urbem,
Sæpe loquor tecum; sæpe loquente fruor.
Tum, mihi difficile est, quam sit bene, dicere; quamque
Candida judiciis hora sit illa meis.
Tum me (si qua fides) cœlesti sede receptum,
Cum fortunatis suspicor esse Deis.
Rursus, ut huc redii, cœlum Superosque relinquo;
A Styge nec longe Pontica distat humus.

visti, requiris ut legant; doletne nonnunquam tuus animus, immemor quid desideretur? (Sane sentit nescio quid sui desiderari.)' Et sicuti consueveras multum loqui de me præsente, nuncne etiam nomen Nasonis est in ore tuo? Ego quidem occidam vulneratus ab arcu Getico, et sit supplicium perjuri quod prope cernis, nisi absens intueor te prope omnibus momentis. Gratia Diis, conceditur animo vadere quo lubet. Postquam illo perveni in Urbem, nemini conspiciendus, sæpe loquor tecum; sæpe fruor confabulante. Difficile est mihi dicere, quam sit tum bene, quamque illa hora sit fausta mea sententia. Si quid mihi *creditur, tum conjicio me admissum in sedes cœlestes esse cum Diis beatis. Cum rursus huc reversus sum, desero cœlum et Deos, neque terra Pontica procul remota est a Styge: unde*

tuo tamen ne vel sic hæc satis sint integra. *Heins. Ecquid adhuc* Junian. sed legerem cum quatuor scriptis, *Ecquid ubi aut recitas, &c.* Deinde, *carmen ad aures* Lovan. Mox forte, *Interd. quærit tua mens:* ut Met. lib. II. 'Quærit Bœotia Dircen:' *quæror et interdum tua m.* Lovan. *Interdum queror ut tua* Polit. *Interdum queritur mea* Lov. a m. s. *Burm.*—42 Multi editi *sensit* pro *sentit.* Mox vett. plerique *sui;* at vulg. legebatur *tui.*—43 Quatuor scripti et Bersm. *me multo sermone sol.*—46 Pro *perjuri*, R. *per murum;* unde Heins. conj. *perjurum.*—47 R. et sex alii *videam* pro *video.*—48 Ursin. *Grat. quod ment.* et Edd. et scripti quidam *sit.*—49 *Hac* dedit Heins. ex scriptis nonnullis pro vulg. *Hanc.* Mox P. Dan. *nullis cernend.* et pr. Ed. *nullus.*—50 *Sæpe* Heins. legit cum Pol. aliisque multis; ceteri *teque.*—54 Serv. *viris* pro *Deis.*—55 *Ut* ex Comb. Heins. recepit; vulg. *ubi.* Dein in uno V. *Superos cœlumque rel.* Et Serv. et Bersm. *reliqui;* et sic nonnulli alii.—56 R. et editi nonnulli *non* pro *nec.*

NOTÆ

42 *Nescio quid*] Sese innuit Naso a Cotta desiderandum.

46 *Prope*] Quia quotidie a Getis imminet periculum.

48 *Quolibet*] Beneficium maximum; namque omnibus non licet eo modo seipsis frui, et quæcumque volunt mente agitare.

49 *Hac*] Mente, scil.

55 *Cœlum*] Magnifice de Roma et

Unde ego si fato nitor prohibente reverti,
Spem sine profectu, Maxime, tolle mihi.

si ego contendo redire fato obstante, o Maxime, deme mihi spem nihil profuturam.

NOTÆ.

amicis suis loquitur.

56 *Styge*] Quæ Inferorum palus pro ipsis Inferis sæpe sumitur.

Nec longe] Quia in Ponto inter Barbaros vivere, et in Inferis esse, prope idem Poëtæ visum.

58 *Tolle*] Per literas ostendendo, fieri non posse ut redeam. Quanquam enim in bonis nostris spem quoque recenseamus; excidere ea si fuerit necesse, non leve est, mihi quidem, mature id ipsum intelligere. Quanquam aliter sensisse alicubi videtur Poëta: nisi magis rhetorice suæ ibi servivisse causæ et votis arbitreris.

EPISTOLA VI.

AMICORUM CUIDAM.

ARGUMENTUM.

Ad amicum quendam, qui nolebat a Poëta in scriptis suis propter Augustum nominari, hanc epistolam scribit; colligitque nihil timendum esse, quandoquidem Cæsare nihil sit clementius: tamen pollicetur se non ulterius ejus nomen monumentis suis inserturum. Postremo rogat ut, quandoquidem tuto non possit se aperte amare, latenter saltem amicitiæ velit meminisse.

Naso suo, nomen posuit cui pæne, sodali
Mittit ab Euxinis hoc breve carmen aquis.
At, si cauta parum scripsisset dextra, quis esses,
Forsitan officio parta querela foret.

Naso mittit suo socio, cui fere addidit nomen, istud exiguum poëma ab aquis Euxinis. At si manus parum provida scripsisset quis esses, forte querimonia esset

In Lov. hæc Epistola inscribitur *Ad amicum celato nomine;* in Leid. *At socium non nominatum.*—1 Mor. et quatuor alii *suum* pro *suo.*—2 Unus liber *ab*

Digitized by Google

Cur tamen, hoc aliis tutum credentibus, unus,
Appellent ne te carmina nostra, rogas?
Quanta sit in media clementia Cæsaris ira,
Ex me, si nescis, certior esse potes.
Huic ego, quam patior, nil possem demere pœnæ,
Si judex meriti cogerer esse mei.
Non vetat ille sui quenquam meminisse sodalis:
Nec prohibet tibi me scribere, teque mihi.
Nec scelus admittas, si consoleris amicum,
Mollibus et verbis aspera fata leves.
Cur, dum tuta times, facis ut reverentia talis
Fiat in Augustos invidiosa Deos?
Fulminis afflatos interdum vivere telis
Vidimus, et refici, non prohibente Jove.
Nec, quia Neptunus navem lacerarat Ulixis,
Leucothee nanti ferre negavit opem.

patrata officio meo. Quamobrem tamen, cum ceteri arbitrentur istud esse securum, solus petis ne versus nostri te indicent? Potes cognoscere ex me, si ignoras, quanta sit lenitas Cæsaris in media ira, Si cogerer esse arbiter mei meriti, ego nihil possem detrahere supplicio quod patior. Ille non prohibet quenquam recordari sui amici, neque vetat me tibi scribere, teque mihi. Neque patraveris flagitium si consolatus fueris sodalem, et leniveris crudele fatum blandis vocibus. Quamobrem, dum reformidas quæ sunt secura, facis ut talis timor et observantia fiat invidiosa in Deos Augustos? Nonnunquam aspeximus tactos telis fulminis vita frui, et recreari Jove non obstante. Neque, quia Neptunus dejecerat navem Ulyssis, Leucothoë

extremis hoc.—3 Feschian. et quatuor alii *quid* pro *quis.*—8 Quidam Codd. *nesc. cognitor ess.*—9 Ms. Bersm. *Hinc eg.*—10 Novem scripti *jud. facti cog.*—12 Ms. Bersm. *Nec negat ill.* et seq. vs. *Non prohib.*—13 Bersm. et tres alii *scel. admittes;* et pr. Ed. *admittis.* Tum sex scripti cum pr. Ed. *si consolaris.*—17 In Francof. et alio scripto legitur *afflictos* [pro *afflatos*]; quod nescio an rectius: nam afflatos, id est, leviter tactos, vivere nihil miri; sed in terram vi fulminis prostratos, magis mirandum. *Burm.*—18 Leid. *prohib. Deo.*—19 R. *nav. laceraret U.* et sex scripti *laceravit.*—21 Pol. et duo alii *num.*

NOTÆ

4 *Querela*] Quippe questus esset amicus, quod sese eo pacto amicum esse palam fecisset: quod plurimi propter Augusti offensionem nolebant.

15 *Tutis*] Quæ facit ut ne amicum quidem te mihi esse velis intelligi.

16 *Invidiosa*] Omnes, scil. odio habent illos qui ita sunt iracundi et ad vindictam proni ut nullas metas in ulciscendis inimicis ponant.

19 *Lacerarat*] Propterea quod Polyphemum filium occæcaverat.

20 *Leucothee*] Nympha maris, in quam mutata Ino Cadmi filia.

Digitized by Google

Crede mihi, miseris cœlestia numina parcunt:
  Nec semper læsos, et sine fine, premunt.
Principe nec nostro Deus est moderatior ullus:
  Justitia vires temperat ille suas.
Nuper eam Cæsar facto de marmore templo,
  Jampridem posuit mentis in æde suæ.
Jupiter in multos temeraria fulmina torquet,
  Qui pœnam culpa non meruere pari.
Obruerit sævis cum tot Deus æquoris undis,
  Ex illis mergi pars quota digna fuit?
Cum pereant acie fortissima quæque, sub ipso
  Judice, delectus Martis iniquus erit.
At, si forte velis in nos inquirere, nemo est,
  Qui se, quod patitur, commeruisse neget.
Adde, quod extinctos vel aqua, vel Marte, vel igni,
  Nulla potest iterum restituisse dies.

abnuit præbere auxilium naviganti. Crede mihi, numina cœlestia ignoscunt afflictis, neque urgent semper et sine fine vulneratos. Neque ullus Deus est lenior nostro Principe. Ille facit modum potentiæ suæ justitia. Cæsar posuit eam nuper in templo structo ex marmore, jam diu in templo mentis suæ. Jupiter mittit fulmina temeraria in multos, qui non digni fuerunt per crimen pati pœnam. Cum Deus maris tot merserit undis asperis, quota pars ex illis meruit obrui? Siquidem omnia fortissima occidant in bello, electio Martis erit injusta, vel ipso judice. At si forte velis in nos Romanos *inquirere, nullus est qui diffiteatur se commeruisse quod patitur. Adde quod nulla dies potest denuo refecisse oppressos vel aqua, vel bello, vel*

parent.—22 *Gravant* F. [pro *premunt:*] vid. Met. VII. 19. et tunc mallem *lapsos* vel *lassos* pro *læsos*. Burm.—24 Heins. maluerat *ill. sua.*—26 Thuan. *pos. cordis in.*—28 *Pari* scribendum, cum Feschii Cod. et Thuan. monet Heins. alii *pati:* et unus liber *sua.*—31 *Sub* ex Codd. P. Dan. Bersm. Pol. et aliis elegantius putat Burm. quam vulg. *vel.*—32 Nonnulli scribunt *Jud. dilectus M.* Deinde Medonian. *iniq. eat.*—34 P. *pat. promeruisse neg.*—35 Pol. *aquis*

NOTÆ

25 *Templo*] De eo cum nihil apud idoneos auctores legatur, ad Martis ultoris ædem forte alludit, quod ab ultione Cassii et Bruti appellatum fuit. Est enim vindicta pars quædam justitiæ.

26 *Mentis*] Qua sede nulla Justitiæ magis acceptum templum.

27 *Temeraria*] Quæ temere et sine consilio decidunt. Ethnico more locutus est.

29 *Deus æquoris*] Neptunus.

32 *Delectus*] Quo fortissimos quosque perimit.

33 *Nos*] Romanos, scil.

35 *Aqua*] Mari aut Neptuno.
Marte] Seu bello.
Igni] Fulmine aut Jove.

Digitized by Google

Restituit multos, aut pœnæ parte levavit
  Cæsar; et in multis me velit esse precor.
An tu, cum tali populus sub Principe simus,
  Alloquio profugi credis inesse metum?
Forsitan hæc domino Busiride jure timeres,
  Aut solito clausos urere in ære viros.
Desine mitem animum vano infamare timore.
  Sæva quid in placidis saxa vereris aquis?
Ipse ego, quod primo scripsi sine nomine vobis,
  Vix excusari posse mihi videor.
Sed pavor attonito rationis ademerat usum:
  Cesserat omne novis consiliumque malis.
Fortunamque meam metuens, non vindicis iram,
  Terrebar titulo nominis ipse mei.
Hactenus admonitus memori concede poëtæ,
  Ponat ut in chartis nomina cara suis.
Turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu
  Si nulla libri parte legare mei.

igne. Cæsar recreavit multos, aut ademit partem pœnæ, atque oro velit me esse inter multos. An, cum vivamus sub ejusmodi Principe, putas esse timorem in colloquio exulis? forte metueres hæc merito Busiride domino, vel solito torrere homines clausos in ære. Omitte dedecorare placidam mentem inani metu. Quamobrem times asperos scopulos in aquis tranquillis? Ipse ego vix *mihi videor posse excusari, quod scripsi vobis sine nomine. Verum timor sustulerat usum rationis attonito; et omne consilium recesserat recentibus ærumnis. Atque reformidans meam sortem, non iram ultoris, ipse expavescebam titulo nominis mei. Admonitus eo usque indulge vati non oblito tui, ut referat nomina dilecta in suas chartas. Inde-*

pro *aqua*. Mox editi multi *vel igne*.—37 Septem scripti *aut pœnam part*. Voss. *in pœnæ part*. et seq. vs. *e* pro *in*.—39 Multi cum priscis Edd. *At* pro *An*.—41 Ms. Bersm. et viginti alii cum Edd. Aldin. Mycill. Gryph. et aliis *B. jura tim*.—42 Leid. *claus. claudere in igne viros*.—43 Unus Medonian. *animam* pro *animum*. Tum P. Dan. *magno inf*. Quatuor scripti *informare tim*. totidem *inflammare*.—45 Jun. Leid. et Serv. *qui* pro *quod*.—48 Alii *Cesserat* vel *Demserat omn. meis cons*.—49 Pro *vindicis* codd. scripti *Principis, Cæsaris, judicis*, solenni permutatione.—51 Mor. duo, Bersm. et Marg. Gryph. *conced. sodali*.—52 Leid. *tarda* pro *cara*.—53 Serv. *erat* pro *erit*. Mox nonnulli habent *mih. cognitus usu*.—54 Quidam editi *null. in libr*. Iidem et multi scripti *part*.

NOTÆ

40 *Alloquio*] Periculosum credis alloqui profugum, et amicum confiteri.

41 *Busiride*] Qui Ægypti rex fuit crudelissimus.

42 *Solito*] Phalaride, qui solitus bove ærco inclusos homines igni supposito torquere.

51 *Admonitus*] Multis rationibus inductus; quæ tamen omnes præ-

Digitized by Google

Ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit;
Non ultra, quam vis, officiosus ero:
Teque tegam, qui sis; nisi cum permiseris ipse.
Cogetur nemo munus habere meum.
Tu modo, quem poteras vel aperte tutus amare,
Si res est anceps ista, latenter ama.

eorum erit utrique, si mihi conjunctus longa consuetudine nulla parte libri mei legaris. Ne tamen hic timor queat tibi turbare somnos, non ero officiosus plus quam sinis. Atque celabo, qui sis, nisi cum ipse concesseris. Nullus cogetur frui meo beneficio. Tu tantum, si res ista est dubia, occulte amato quem poterus amare securus etiam palam.

legere mei.—57 P. Dan. *quis* pro *qui*. Mox Serv. *nis. si perm.* et unus V. *permiserit;* unde Heins. *nis. qua permiserit ipse, Cogetur, &c.*—59 *Modo* Heins. recepit ex melioribus pro vulg. *quoque.*—60 *Ista* ex V. vulg. *illa:* alii Codd. et Edd. Aldin. *ipse.*

NOTÆ

clare inventæ, ast satis non tute.

55 *Somnos*] Ex timore, scil. ne, dicto tuo nomine, te mihi amicum esse Augustus intelligat.

58 *Munus*] Ut in meis versibus legatur.

60 *Anceps*] Dubia. Si me amare palam non sit tutum.

EPISTOLA VII.

AMICIS.

ARGUMENTUM.

Ad amicos e Ponto scribens Poëta, de eis queritur quod suis precibus nullus jam finis imponatur: sibique, cum antea variis epistolis ab eisdem petierit ut, scilicet, eorum opera aut reditus aut mitius exilium ab Augusto impetretur, dicit jam verba deesse: variandamque nunc esse materiam, ne illis molestus sit, ac etiam uxori, quæ præ timore non audebat sibi opem ferre. Ea autem omnia sibi ferenda æquo animo proponit, quandoquidem majora etiam tulerit. Postremo in exilio sibi moriendum esse colligit.

Verba mihi desunt eadem tam sæpe roganti,
Jamque pudet vanas fine carere preces.

Voces destituunt me orantem toties eadem, jamque pudet preces inanes carere

Digitized by Google

Tædia consimili fieri de carmine vobis,
Quidque petam, cunctos edidicisse reor.
Nostra quid apportet jam nostis epistola, quamvis
Charta sit a vinclis non labefacta suis.
Ergo mutetur nostri sententia scripti,
Ne toties contra, quam rapit amnis, eam.
Quod bene de vobis speravi, ignoscite, amici:
Talia peccandi jam mihi finis erit.
Nec gravis uxori dicar: quæ scilicet in me
Quam proba, tam timida est, experiensque parum.
Hæc quoque, Naso, feres: etenim pejora tulisti.
Jam tibi sentiri sarcina nulla potest.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,
Subtrahit et duro colla novella jugo.
Nos, quibus assuevit fatum crudeliter uti,
Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes.
Venimus in Geticos fines; moriamur in illis:
Parcaque ad extremum, qua mea cœpit, eat.

fine. Puto tædere vos versuum consimilium, et omnes intellexisse quid orem. Jamque cognovistis quid nostra epistola velit, quamvis charta non sit soluta suis vinculis. Adeoque sensus nostri scripti mutetur, ne toties ferar contra quam fluvius trahit. Date veniam, amici, quod bene speravi de vobis: nunc omittam sic errare. Neque dicar onerosus conjugi, quæ scilicet tam timida est, et parum solers, quam bona. Patieris hæc etiam, Naso; namque passus es graviora. Nullum onus jam potest sentiri a te. Bos captus ab armento refugit ab aratro, et subtrahit cervicem insolitam aspero jugo. Nos, quibus fatum consuevit uti crudeliter, non sumus novi jam diu ad ulla mala. Accessimus ad oras Geticas, moriamur in illis: et mea sors fera-

---

4 Serv. *Quodque pet.* Mox Mor. et tres alii *cunct. jam didicisse reor.*—5 Alii *Nostraque quid portet*, et R. *Nostra quid optaret.*—6 Pro *Charta* Pol. habet *Cera:* P. Dan. *Clausa.* Mox unus Cod. *non resoluta*, et Thuan. et Arnnd. *irresoluta.*—8 Pro *eam* Jun. *eat*, quod recepit Auctor Elect. Eton.—10 Mor. et tres alii *Tal. peccanti jam.*—11 Olim editi *Ne grav.* at plures scripti *Nec.*—12 Leid. *Tam proba quam tim.* Tum Pat. *est, proficiensque*; Heins. volebat *expediensque*, vel *perficiensque:* vulgata autem, judice Burm. rectam se habet.—13 Scripti plurimi *Hæc;* alii cum multis editis *Hoc.*—15. 16 Alii *detrectet, Subtrahat.*—17 Leid. *fat. crudelibus;* unde Heins. *crudelius.*—19 Jun. et P. *ad*, pro *in.* Mox Leid. Jun. et tredecim alii *fin. moriemur in.*—20 Leid. *in* pro *ad:*

NOTÆ

8 *Amnis*] Fortunæ malignitas, aut fati iniquitas.

12 *Experiens*] Solers.

13 *Hæc*] Mala, scil. et amicorum, atque meoris vanam aut nullam ope-ram.

18 *Crudeliter uti*] Crudeliter tractare.

20 *Parca*] Pro sorte sua posuit, qui Parcæ aut fata aspera jam pri-

Spem juvet amplecti; quæ non juvat irrita semper;
Et fieri cupias si qua, futura putes.
Proximus huic gradus est, bene desperare salutem,
Seque semel vera scire perisse fide.
Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.
Mitius ille perit, subita qui mergitur unda;
Quam sua qui tumidis brachia lasset aquis.
Cur ego concepi Scythicis me posse carere
Finibus, et terra prosperiore frui?
Cur aliquid de me speravi lenius unquam?
An Fortuna mihi sic mea nota fuit?
Torqueor en gravius; repetitaque forma locorum
Exilium renovat triste, recensque facit.

tur usque ad finem qua instituit. Juvet admittere spem, quæ juvat non semper vana; et si cupias quædam evenire, credas futura. Bene deponere spem salutis, et intelligere semel certa fide se periisse, est gradus proximus huic. Cernimus nonnullas plagas fieri graviores dum curantur, quas cautius fuit non tetigisse. Ille perit lenius qui obruitur unda celeri, quam qui fatigat suos lacertos aquis turgidis. Quamobrem ego induxi in animum me posse removeri a finibus Scythicis, et frui terra commodiore? Quamobrem unquam speravi aliquid mitius de me? An mea sors sic mihi fuit perspecta? Ecce crucior atrocius, et pulchritudo locorum revocata renovat lamentabilem fugam, et facit recentem. Est tamen utilius affectum meo-

et P. cum aliis et scriptis et Edd. *quo mea.*—21 Pro *juvat* Heins. malebat *juvet*; et sic Bersm. et Marg. Mycill.—22 Ed. Vincent. *fut. putas.*—23 Pol. et P. Dan. *est*; *nullam sperare sal.*—24 Ms. Bersm. *sem. vestra sc.* Ex melioribus dedit Heins. *scire*; vulg. *scisse.* Lov. et Serv. *scisse perire fid.*—25 Alii *quæd. fier.* inverso ordine.—28 *Tumidis* meliores, teste Heins. vulg. *liquidis.* Mox pro *lassat* Mor. Leid. et P. Dan. *jactat*; unus *læsit*; alius *tundit.*—30 Thuan. *terr. proximiore fr.*—31 Leid. P. Dan. et alius cum pr. Ed. *me levius speravimus unq.*—33 Tres vett. *heu* pro *en*: Heins. conj. *hoc*: aut vellet *Torquet enim grav.* Leid. *Torqueor an quamvis.*—34 Jun. duo alii et pr. Ed. *revocat* pro *re-*

NOTÆ

dem sævitiam suam assignaverant.

21 *Spem juvet*] Egregia sententia dixit istud.

22 *Futura putes*] Rationes ne desint quæ spem foveant.

23 *Huic*] Qui in bene sperando positus.

Bene desperare] Quamobrem enim sese quisquam spe vana producat, qua ad alia opportunitas surripiatur, millies bonum idem et in perpetuum denique auferatur?

25 *Curando*] Dum curantur. Egregia comparatio.

32 *Sic*] Sese arguit, quod fati sui malignitatem cognoscere prius nesciverit.

Digitized by Google

Est tamen utilius, studium cessasse meorum,
Quam, quas admorint, non valuisse preces.
Magna quidem res est, quam non audetis, amici:
Sed si quis peteret, qui dare vellet, erat.
Dummodo non vobis hoc Cæsaris ira negarit,
Fortiter Euxinis immoriemur aquis.

rum cessasse, quam preces quas adhibuerint non habuisse locum. Equidem res quam non audetis, amici, est magna; sed erat qui cuperet concedere, si quis posceret. Dummodo ira Cæsaris non vobis istud denegaverit, fungemur fato animo constanti in aquis Euxinis.

novat.—35 *Cessasse* ex Pal. aliisque nonnullis dedit Heins. pro vulg. *cessare.*—36 Jun. Leid. et tres alii *quas admorunt;* Ed. Vincent. *admorim;* sex scripti *admovi;* et R. *admonuit.*—38 P. Dan. *Quæ* pro *Sed.*—39 In multis legitur *nobis* pro *vobis;* et tum Jun. et septem alii *hæc* C. Et Serv. et Bersm. *ir. negabit.*—40 Tres libri et Bersm. *Fortiter E.* et unus *Fortius.* Mox Pol. et duo alii *immoriamur:* Leid. *his moriemur;* et alius *non* vel *nos moriemur:* vir doctus etiam *immorietur* ex membranis profert.

NOTÆ

35 *Cessasse*] Qui de reditu meo apud Augustum nihil quicquam tentaverint.

37 *Magna*] Quanquam de reditu suo cum amicis sese amplius nolle agere dixit Poëta, latenter tamen et callide idem repetit.

39 *Hoc*] Revertine in patriam, an immori aquis Euxinis?

Ira] Callidissima adulatio.

EPISTOLA VIII.

MAXIMO.

ARGUMENTUM.

Ad Maximum Poëta pharetram cum sagittis e Scythia mittens, ostendit se nullum aliud munus habere, rogans eum ut id accipiat, et qualecumque boni consulat.

Quæ tibi, quærebam, memorem testantia curam,
Dona Tomitanus mittere posset ager.

Auxius eram quæ munera indicantia gratum amorem agor Tomitanus posset tibi

Digitized by Google

Dignus es argento, fulvo quoque dignior auro:
Sed te, cum donas, ista juvare solent.
Nec tamen hæc loca sunt ullo pretiosa metallo.
Hostis ab agricola vix sinit illa fodi.
Purpura sæpe tuos fulgens prætexit amictus:
Sed non Sarmatica tingitur illa manu.
Vellera dura ferunt pecudes, et Palladis uti
Arte Tomitanæ non didicere nurus.
Fœmina pro lana Cerealia munera frangit;
Suppositoque gravem vertice portat aquam.
Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus:
Nulla premunt ramos pondere poma suo.

mittere. Dignus es argento, atque etiam dignior flavo auro: verum ista solent tibi prodesse cum dono das. Neque tamen hæc loca sunt ditata ullo metallo; vix hostis patitur illa verti ab agricola. Sæpe purpura fulgens velavit tua vestimenta: verum illa non inficitur mari Sarmatico. Oves gerunt lanas asperas; et fœminæ Tomitanæ non didicerunt uti arte Palladis. Fœmina terit dona Cerealia pro vellere, et fert aquam ponderosam capite submisso. Ulmus non hic vestitur vitibus pampineis:

---

6 Pro *illa* Jun. Pol. et tres alii *ista*; Leid. *ulla*. Quinque libri *illa coli*.—7 *Prætexit* Heins. recepit ex Pol. multisque aliis pro vulg. *prætexit*.—8 In vulgatis erat *Sed n. Sarmatico t. i. mari. Texitur, tangitur, ungitur* in singulis codicibus: *ulla mari* Vatican. Mari autem purpuram tangi, an recte dicatur dubito: scio 'tangi' pro ungi et infici poni. Vid. ad IV. Fast. 740. et alibi; sed hoc loco nescio quid absoni inferre hoc verbum videtur. Quare prætuli lectionem Francofurtensis et duorum aliorum codicum, *Sarmatica t. i. manu*: non sunt artifices in Sarmatia, qui tingere norunt purpuram: ita 'Lanificam manum' dixit Amor. I. 13. 24. et 'manus' de operibus artificum cujuscumque generis poni notum est: vid. ad Petron. LXXXIII. immo ipsos 'artifices' hac voce notari docet Serv. ad Virg. Æn. XI. 327. Prioti versu Heinsius olim legebat, *purpura nempe*. Burm.—9 Sex scripti cum pr. Ed. *Vell. nulla fer*. Mox Scaliger legebat *at* pro *et*.—11 Multi Codd. *C. semina frang.* et Jun. *munera*.—13 Pro *amicitur* Mor. et duo alii *oneratur*; Serv. et quinque alii *vin-*

NOTÆ

1 *Memorem*] Mei memoris, et beneficiorum tuorum non obliti.

4 *Cum donas*] Maxima vero olim apud Ethnicos fuit voluptas, sese magnos virtute sua et munificentia præstare; namque ea vera est hominis magnitudo. At Christiani plerique, quod a Deo illis male vertet, postquam Caritatis aliarumque virtutum magnifica nomina peculiari nuncio quo jure sua fecerunt, res ipsas, quasi splendida peccata essent, uti loqui amant, omiserunt.

6 *Fodi*] Coli, arari; ut multo minus metalla, si qua essent, erui sinerent.

7 *Amictus*] Vestes quæ sub toga gestantur.

9 *Palladis*] Quæ lanificii Dea est.

11 *Cerealia*] Fruges molit.

13 *Amicitur*] Maritatur. Nullæ, inquit, hic vites ulmis junguntur.

Digitized by Google

Tristia deformes pariunt absinthia campi,
  Terraque de fructu quam sit amara docet.
Nil igitur tota Ponti regione sinistri,
  Quod mea sedulitas mittere posset, erat.
Clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra:
  Hoste, precor, fiant illa cruenta tuo.
Hos habet hæc calamos, hos hæc habet ora libellos:
  Hæc viget in nostris, Maxime, Musa locis.
Quæ quanquam misisse pudet, quia parva videntur;
  Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.

Nulla poma onerant ramos suo pondere. Agri hispidi ferunt amara absinthia, et tellus indicat per fructum quam sit ingrata. Nihil erat ergo in tota ora Ponti lævi, quod mea cura posset mittere. Misi tibi tamen sagittas Scythicas clausas pharetra: oro ut illæ madeant cruore hostis tui. Hæc regio habet has pennas, hæc habet hos libros. Hæc Musa colitur in nostris locis, Maxime. Quæ quamvis pudet misisse, quia videntur tenuia; tu tamen, in bonam partem accipe hæc missa, oro.

citur.—14 Alii *pom. suos.*—16 Heins. conj. *Terraq. se fruct.* Mox pro *docet*, unus *probat*, alius *notat.*—21 Alius in nonnullis ordo, *Hos calamos habet hæc:* sed nihilominus iste δασυσμὸς asperior est, quem non affectasse poëtam, sed ei accidisse suo ingenio indulgenti, verisimile est. *Fabric.*—23 Pol. et Thuan. *quanq. meminisse:* et Leid. *pudor.*

NOTÆ

22 *Musa*] Quasi dicat hoc unum agere et curare Scythas ut sagittas et arma tractent.

EPISTOLA IX.

BRUTO.

ARGUMENTUM.

Ad Ovidium scripserat Brutus, quendam carpere ejus carmina, quod in his nil aliud contineretur quam querela locorum in quibus exulabat, rogaretque ut frueretur propiore terra: cui Poëta respondet, dicens in suis carminibus plura esse vitia; foreque bene, si unum tantum vitium in eis deprehenderetur. Cur autem ea non emendet, causas assignat. Postremo,

Digitized by Google

respondens ad ea quæ Brutus scripserat, rationem refert quare idem sæpius scripserit.

Quod sit in his eadem sententia, Brute, libellis,
Carmina nescio quem carpere nostra refers:
Nil nisi me terra fruar ut propiore rogare;
Et, quam sim denso cinctus ab hoste, queri.
O quam de multis vitium reprehenditur unum!
Hoc peccat solum si mea Musa, bene est.
Ipse ego librorum video delicta meorum;
Cum sua plus justo carmina quisque probet.
Auctor opus laudat. Sic forsitan Agrius olim
Thersiten facie dixerit esse bona.
Judicium tamen hic nostrum non decipit error;
Nec quicquid genui, protinus illud amo.
Cur igitur, si me videam delinquere, peccem,
Et patiar scripto crimen inesse, rogas?
Non eadem ratio est, sentire et demere morbos.
Sensus inest cunctis; tollitur arte malum.

Dicis, Brute, nescio quem reprehendere nostros versus, quod idem sit sensus in his libellis: me nihil orare, nisi ut potiar terra propinquiore; et dolere quam sim circumfusus hoste frequenti. O quam de multis vitiis unum carpitur! Si mea Musa in eo tantum errat, bene est. Ego ipse cognosco errata meorum libellorum; cum quisque faveat plus æquo suis versibus. Auctor probat opus suum. *Ita forte Agrius dixerit olim Thersiten esse pulchra facie. Hic tamen error non fallit nostrum judicium; neque diligo continuo quicquid produxi. Petis quamobrem ergo errem, et feram vitium esse in scripto* meo *si videam me errare? Non est eadem ratio cognoscere et tollere morbos. Sensus inest omnibus, vitium tollitur arte. Sæpe*

3 Pol. *ut meliore rog.* Ms. Bersm. *potiore.*—4 Quinque libri *quod* pro *quam.* Deinde ex nonnullis *queri* Heins. rescripsit pro vulg. *loqui.*—5 Pol. *vit. reprehenderis un.*—6 Voss. *Hoc peccet sol.* et Gottorph. *peccat solo si.* Mox pr. Ed. et quatuor scripti *M. bona est.*—7 Pr. Ed. *libr. vidi delict.*—9 Alii legunt *Accius:* Mor. *Acrius;* alii *Alcius.*—10 *Dixerat,* teste Fabricio, Mss. habent, non *dixerit,* ut vulg. legitur: at *dixerit* ex melioribus Heins. legit.—11 Editi quidam *hoc* pro *hic.* P. Dan. *Jud. nostrum tantus non.*—13 *Videam* ex pr. Edd. et scriptis nonnullis Heins. dedit pro vulg. *video.*—14 Thuan. *Quid pat.* Tum P. Dan. *damno* pro *scripto;* quod vero margini ascriptum est.—15 *Non eadem cura est* Francofurtensis a forte rectius; *cura* enim et *curare* propria medico-

NOTÆ

1 *Eadem sententia*] Id unum, scil. quærebat Naso, ut mitius exilium patereturr.

3 *Propiore*] Non tantum ab Italia dissita.

9 *Agrius*] Thersitæ Græcorum turpissimi et ignavissimi pater.

15 *Non eadem*] O quam pulchre

Digitized by Google

Sæpe aliquod cupiens verbum mutare, relinquo;
Judicium vires destituuntque meum.
Sæpe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere, et longi ferre laboris onus.
Scribentem juvat ipse favor, minuitque laborem;
Cumque suo crescens pectore fervet opus.
Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho major Homerus erat.
Sic animum lento curarum frigore lædit,
Ut cupidi cursor fræna retentat equi.

optans mutare aliquam vocem, relinquo, et vires desunt judicio meo. Sæpe piget emendare (quamobrem enim verear confiteri tibi vera?) et ferre tædium longi laboris. Ipse favor delectat scribentem, et levat laborem: et opus crescens incalescit cum suo ingenio. At emendare est res tanto difficilior, quanto magnus Homerus erat major Aristarcho. Perinde offendit animum languido torpore curarum, ac

rum verba. *Burm.*—17 Pol. *Sæp. quidem cup.* plurimi Codd. etiam *mut. reliqui.* —18 Octo libri *vir. destituere meum.*—19 Jun. R. et alius *metuam* pro *dubitem.*—21 Pro *favor* in nonnullis *furor;* alii *labor:* Heins. conj. *calor.*—22 Feschian. et quatuor alii *cresc. pondere;* et P. Dan. *crescit opus.*—25 An hoc eleganter et Latine dicatur, vehementer dubito. *Frigore mordet* Fragm. Boxh. *torquet* duo; *tendet* totidem: *animum lentum* Junian. et alius; *lætum* Regius; *lectum* alius. Deesse tamen aliquid videtur, quo referatur *lædit,* nisi τὸ *corrigere* cum Merula intelligas; sed tum præcedenti versu legendum esset, *corrigere ut res est, &c. Sic, &c.* Heinsius conjecerat, *lædor,* ut esset Græcismus: vel *Sic animum lentum curarum frigora lædunt;* vel, *animus lento curarum frigore torpet:* in Francof. erat, *curarum pondere lædit.* Corruptus certe locus: nam neque aptam video comparationem inter *lædunt* et *retentat,*

NOTÆ

respondet Naso, si modo judices habeat æquos, ejus qui sapiant exemplo!

18 *Vires*] Ars et ingenium; quod, utcumque fuerit maximum, ægritudo et ærumna imminuit.

20 *Longi*] Quippe difficilius multo poëma emendare quam scribere.

21 *Favor*] Populi, exposuerunt; male, ni fallor: namque idem ille, si ad scribendum accendat, quidni et ad corrigendum? Per favorem itaque secretum illum amorem intellige Poëtæ ipsius, qui dum scribit, et furore quodam correptus est, fictiones suas probat; postquam ille se remisit, non satis videt idoneas.

22 *Pectore*] Aut ejus calore et furore.

24 *Aristarcho*] Grammaticus fuit Alexandrinus, judicii adeo exquisiti et castigati, ut, quem ipse non probaret, Homeri versus non putaretur. Proverbio ab illo Aristarchi dicuntur qui aliorum scripta asperius carpunt.

24 *Major*] Quia facile composuit quæ multa opera atque anxio conatu Aristarchus emendavit: ut illius opus hujus vires exhauserit.

25 *Lædit*] Corrigere, scil. lædit. Est vero illud opus maxime tædiosum et molestum causis quas sciunt Magistri.

26 *Ut cupidi*] Quemadmodum, in-

Digitized by Google

Atque ita Di mites minuant mihi Cæsaris iram,
  Ossaque pacata nostra tegantur humo;
Ut mihi conanti nonnunquam intendere curas,
  Fortunæ species obstat acerba meæ.
Vixque mihi videor, faciam quod carmina, sanus;
  Inque feris curem corrigere illa Getis.
Nil tamen e scriptis magis excusabile nostris,
  Quam sensus cunctis pæne quod unus inest.
Læta fere lætus cecini, cano tristia tristis.
  Conveniens operi tempus utrumque suo est.
Quid, nisi de vitio scribam regionis amaræ?
  Utque solo moriar commodiore, precer?

eques coërcet habenas equi proni in cursum. Atque ita Dii propitii mihi leniant iram Cæsaris, et nostra ossa condantur terra placida, ut forma crudelis meæ sortis impedit sæpe me volentem intendere curas. Atque ægre mihi videor compos mentis, quod pangam versus, et digner emendare illos inter sævos Getas. Nihil tamen est magis dignum venia in scriptis nostris, quam quod idem fere sensus est in omnibus. Lætus cantavi fere læta, mœstus canto mœsta: tempus utrumque respondet suo operi. Quid scribam nisi de incommodis plagæ asperæ? et orem ut fato fungar in

neque metaphora illa *curarum frigus* placet. Quare forte scribendum, *Corrigere ut res est*, &c. *Sic animum lentum curarum pondere tardat Ut cupidi cursor*, &c. sed nondum satisfacio mihi; nec concursus vocum in *um* desinentium placet. *Burm.*—26 In Edd. nonnullis legitur *cup. cursus fræn.* et '*cursus* defendit, Zinzerl. Promul. cap. 41. et per hypallagen, ut et Merula et Micyllus fecit, explicat, pro fræna retentant cursum; quod durum puto. Bersman. edidit *ut cupidi si quis;* quod nusquam reperi: *ut rapidi* Leid. et duo alii. *Retentet* tres; *retorquet* duo.' *Burm.*—27 *Mitem* volebat Heinsius, sed an non potius, *Dii mitis Cæsaris;* ut passim a clementia Cæsarem laudat. Vid. et lib. IV. Eleg. 5. 32. *Burm.*—28 Ms. Bersm. *nostra premantur:* Zinzerling. ex suo Cod. *destituantur.*—29 Pr. Ed. *nonnunq. incendere cur.* Mor. pro var. lect. *impendere.*—31 Fr. P. Dan. et Leid. *qui* pro *quod:* Ms. Bersm. et Jun. *cum.*—32 Jun. *cur. colligere ips.*—33 *E scriptis* cum Frag. Lovan. et uno Vaticano, vel *in scriptis* cum Gottorphiano. *Heins.* Vulg. *est scriptis.*—36 Ms. Bersm. *utrumq. fuit. Est* deest Jun. et quatuor aliis.—37 Gottorph. *reg. iniquæ.*—

NOTÆ

quit, cursor, seu eques, maximam creat molestiam equo cupienti currere, cum fræno ejus impetum cohibet; sic, corrigere, aut corrigendi cura, quæ furorem mentis coërcet, et ad singula retractanda cogit, est maxime importuna.

28 *Pacata*] Neque in Scythia sepeliar, ubi arma semper obstrepunt.

29 *Intendere*] Ne versus inertes; aut alio quopiam vitio laborent.

30 *Obstat*] Quia in diversa cum trahitur animus, viribus suis non bene utitur.

31 *Vix*] Animi enim quieti, non afflicti, opus sunt carmina.

Digitized by Google

Cum toties eadem dicam, vix audior ulli:
  Verbaque profectu dissimulata carent.
Et tamen hæc eadem cum sint, non scribimus isdem:
  Unaque per plures vox mea tentat opem.
An, ne bis sensum lector reperiret eundem,
  Unus amicorum, Brute, rogandus erat?
Non fuit hoc tanti; confesso ignoscite, docti.
  Vilior est operis fama salute mea.
Denique materiem quam quis sibi finxerit ipse,
  Arbitrio variat multa poëta suo.
Musa mea est index nimium quoque vera malorum;
  Atque incorruptæ pondera testis habet.
Nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur
  Litera, propositum curaque nostra fuit.

terra jucundiore? Cum toties repetam eadem vix audior ab ullo, et voces dissimulatæ destituuntur successu. Et tamen, cum hæc sint eadem, non mittimus iisdem; et mea vox una quærit auxilium per plures. An ne lector inveniret bis eandem sententiam, Brute, unus amicorum erat orandus? Istud non fuit tanti: docti parcite confitenti. Approbatio poëmatis est vilior salute mea. Denique vates variat multa pro libitu per argumentum quod quis sibi ipse invenit. Musa mea est index nimium quoque vera ærumnarum; et habet fidem testis incorruptæ. Neque scopus et votum meum fuit, uti liber pangeretur, sed ut sua epistola traderetur cuique.

38 *Utque solo* edidit Heinsius ex duobus libris. *Burm.*—40 Serv. *Verbaq. pro fructu diss.*—41 Pol. Jun. P. Dan. et duo alii *non scribitur isd.* et alius *scribitur una.*—42 Multi *Vanaque* pro *Unaque:* Heins. malit *unam;* scil. opem. Mox Ed. Gryph. Bersm. et alii *ars* pro *vox.*—43 *An ne bis sens.* veteres majori ex parte, et recte. *Heins.* Alii cum vulgatis *bis ut sens.*—44 Octo libri *rogand. eras.*—47 *Materiam* plerique veteres. Forte, *materiæ suæ:* et *finxerit ipsi* Vossian. *Heins. Sibi fecerit* Junian. ut ad Poëtæ nomen, a ποιεῖν dicti, respiciat. Eadem varietas mox lib. IV. Eleg. 1. 28. et alibi. Bersmannus *materia* quoque cum Micyllo capiebat, pro *in materia.* Sed ego *materiam* malo, quod apertiorem facit sensum, vel *materiem,* ob sequens *quam;* pro quo mallem, *quum.* Burm.—48 P. *var. quisque poët.*—50 *Incorruptæ* cum duobus libris Heins. legit pro vulg. *incorrupti;* Voss. *incorrupta:* Thuan. *incorruptæ pond.*

NOTÆ

40 *Dissimulata*] Quæ amici dissimulant, et quasi non accepissent irrita faciunt.

45 *Hoc*] Quod Lector sensum reperiret eundem. Neque vero temere istud contemsit Naso, siquidem, quod magis mirandum, rem eandem, quam pluribus debuit, tam varie inculcavit.

Digitized by Google

Postmodo collectas, utcumque sine ordine, junxi:
Hoc opus electum ne mihi forte putes.
Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis
Causa, sed utilitas officiumque, fuit.

Postea junxi collectas utcumque sine ordine: ne arbitreris forte hoc opus fuisse electum. Ignosce scriptis, quorum non laus fuit causa, verum utilitas et officium.

vocis hab.—53 Unus Heins. *ut quæque* pro *utcumque*.

NOTÆ

54 *Electum*] Quasi bonas meas epistolas elegerim et emendaverim. Non ita factum; omnes namque promiscue collegi.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

EX PONTO

LIBER IV.

EPISTOLA I.

SEXTO POMPEIO.

ARGUMENTUM.

Ad Sextum Pompeium scribens Poëta, impium esse dicit quod nusquam illum in suis scriptis nominaverit: quandoquidem ejus erga se beneficia tanta sint ut nulli oblivioni tradi debeant. Postremo fatetur se servatum esse ejus opera, ejusque munere se vivere.

Accipe, Pompei, deductum carmen ab illo,
Debitor est vitæ qui tibi, Sexte, suæ.
Qui si non prohibes a me tua nomina poni,
Accedet meritis hæc quoque summa tuis.

Sexte Pompei, accipe Poëma compositum ab illo qui est tibi debitor vitæ suæ. Qui, seu non vetas nomina tua scribi a me, hæc etiam summa superveniet beneficiis

---

3 *Qui seu* veteres plerique. *Heins.* Nescio cur illud *si* movendum sit loco: quia scilicet sequitur mox *sive;* atqui sic solebant veteres loqui. Amor. II. 7. 7. 'Si quam laudavi, miseros petis ungue capillos, Seu culpo,' &c. Met. IV. 321. ex Ms. 'Si tu Deus es, potes esse Cupido, Sive es mortalis.' Eodem modo peccatur infra Eleg. VIII. 17. 'Si genus excutias:'

Digitized by Google

Sive trahis vultus; equidem peccasse fatebor.
Delicti tamen est causa probanda mei.
Non potuit mea mens, quin esset grata, teneri.
Sit, precor, officio non gravis ira pio.
O quoties ego sum libris mihi visus in istis
Impius, in nullo quod legerere loco!
O quoties, aliud vellem cum scribere, nomen
Retulit in ceras inscia dextra tuum!
Ipse mihi placuit mendis in talibus error;
Et vix invita facta litura manu est.
Viderit ad summum, dixi. Licet ipse queratur;
Hanc pudet offensam non meruisse prius.
Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen;
Oblitus potero non tamen esse tui.

tuis. Sive corrugas frontem, equidem agnoscam errasse; tamen causa peccati mei est laudanda. Animus meus non potuit impediri quo minus esset memor. Quæso ira ne sit aspera benevolo officio. O quoties visus sum mihi impius in istis libellis, quod nullibi legereris! O quoties cum cuperem scribere ad alium, manus imprudens scripsit nomen tuum in cera! Ipse error gratus fuit in ejusmodi peccatis; et litura ægre facta est manu repugnante. Viderit denique, dixi: licet ipse queratur: ah pudet non meruisse citius offensam! Præbe mihi Lethen retundentem memoriam, si ea est aliquid; non tamen potero esse immemor tui. Atque precor id mihi *conce-*

ubi et *seu* reponitur: ut et lib. I. Trist. 2. 87. vid. Tanaq. Fabr. ad Terent. Andr. I. 3. Sciopp. susp. lect. I. 21. *Burm.*—4 Mor. et duo *Accedat mer.* at Lov. a pr. man. *Accedet numeris hæc.* Lov. et duo alii *hoc* pro *hæc.*—5 R. *Si retrahis vult.*—7 Alii *esset quin*, inverso ordine.—8 *Meo* vel *pio* P. Dan. *Burm.*—9 Pr. Med. *Di quot.* Tum vulgati habebant *aliis*, quidam Ms. a Fabricio citatus, *alii.*—11 Scaliger in libri sui margine annotarat, *O quoties, aliud cum vellem scrib.* 'Cum Scaligero faciunt Puteaneus et duo alii; nosque recepimus ut veram lectionem.' *Burm.*—13 Ex Ms. Fabricius profert *mihi*; vulg. *quidem:* Heins. conj. *sibi.* Deinde pro *mendis* duo libri *vitiis*; unus *maculis:* R. *vinclis*; Leid. *magnis.*—15 In Leid. Jun. et aliis pluribus *ad summam, dix.*—16 Patavinum *Ha* [*Ah*] *pudet*; nec aliter Hervagianum, quæ nota doloris

NOTÆ

3 *Poni*] In meis carminibus, scil.

5 *Trahis*] Quod judicium est animi quidpiam nolentis.

6 *Probanda*] Quia ex gratitudinis officio, et amici memoriam ad posteros transmittendi causa, ejus nomen in scripta sua referebat.

7 *Teneri*] Cohiberi.

12 *Inscia*] Temere nomen tuum scribens.

14 *Litura*] In expungendo nomine tuo.

15 *Viderit*] Dixi denique, Viderit, ipse prospexerit.

16 *Offensam*] Cum reponerem nomen tuum in meis versibus.

Digitized by Google

Idque sinas oro; nec fastidita repellas
Verba: nec officio crimen inesse putes.
Et levis hæc meritis referatur gratia tantis:
Sin minus; invito te quoque gratus ero.
Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus:
Nec mihi munificas arca negavit opes.
Nunc quoque nil subitis clementia territa fatis
Auxilium vitæ fertque feretque meæ.
Unde, roges forsan, fiducia tanta futuri
Sit mihi. Quod fecit quisque tuetur opus.
Ut Venus artificis labor est et gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas;
Arcis ut Actææ vel eburna vel ænea custos,
Bellica Phidiaca stat Dea facta manu;

das, neque respuas voces contemtas, neque credas esse vitium in officio: et hæc tenuis gratia rependatur tuis beneficiis: sin minus ero etiam gratus te nolente. Nunquam favor tuus fuit segnis in nostris negotiis; neque tuum *scrinium denegavit mihi divitias liberales. Nunc etiam benevolentia tua nihil repulsa* mea *clade repentina præbet et præbebit opem vitæ meæ. Requiras forsitan, unde sit mihi tanta spes futuri. Quisque defendit opus quod struxit. Quemadmodum Venus quæ siccat capillos humidos aqua maris est labor et laus artificis Coi; quemadmodum Dea bellica, custos vel eburnea vel ænea arcis Athenensis, erecta est manu Phidiæ; quem-*

huic loco pulchre convenit. *Fabric.* Mox unus liber *non meminisse tui.*—21 P. Dan. et alius *lev. emeritis refer.* Ms. Bersm. *ex meritis;* Pol. et duodecim *et meritis:* Heinsio non displicebat *e meritis.* Mox Feschian. *gloria* pro *gratia.*—26 *Feretq.* ex Heins. emend. vulgo *refertque:* Ha. *ferque referque.*—27 Duo libri *Forsitan unde rogas, fiduc.* vulgati etiam *rogas* habent; *roges* Heins. recepit ex Ha. Mox novem libri *tant. futura.*—28 In nonnullis *finxit* pro *fecit.*—30 Pr. Ed. *quæ premat:* tum R. *igne:* et duo libri *genas.*—31 *Ænea* scripti potiores, teste Heins. vulg. *ærea:* at Heins. *aurea* scribendum putat.—

NOTÆ

17 *Ea*] De aqua Lethæa loquitur, quomodo alibi etiam, quasi dicat, nullam esse; et quanquam fuerit, non posse tamen tantam vim habere ut amici tam fidi inducat oblivia.

Lethen] De fluvio illo omnium rerum oblivia inducente jam sæpe dictum.

21 *Hæc*] Cum verbis gratum animum testantibus nomen tuum consecro immortalitati.

23 *Nunquam pigra*] Quin alacri benevolentia me semper juvisti.

24 *Munificas*] Divitias hominis munifici et liberalis. Re ergo etiam Poëtam juvit hic Sextus.

25 *Subitis*] Quæ me subita calamitate afflixerunt.

Clementia] Lenitas et amor.

28 *Quisque*] Tuque adeo, qui me hactenus sustentasti, perges porro opus tuum tutari.

29 *Coi*] Apellis pictoris, ex Coo, Ægæi maris insula, oriundi, qui in-

Digitized by Google

Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum;
Ut similis veræ vacca Myronis opus;
Sic ego pars rerum non ultima, Sexte, tuarum;
Tutelæque feror munus opusque tuæ.

admodum Calamis asserit gloriam equorum, quos fecit; quemadmodum vacca opus Myronis est *similis veræ* vaccæ; *ita ego pars non postrema rerum tuarum, Sexte, dicor munus et opus defensionis tuæ.*

32 Heins. conj. *D. ficta man.*—33 Aldin. Gryph. Bersm. et aliæ Edd. cum multis scriptis habent *Calais.*—35 Pr. Ed. *Sic pars est rer.* in vulgatis *Sic ego sum rer.* Heinsius cum Pol. et Fragm. V. scribit *Sic ego pars rer.* Et multi *regum* pro *rerum* habent.

NOTÆ

signem illam pinxit toties celebratam ex mari exeuntem Venerem.

31 *Actææ*] Atheniensis.

Vel eburna] Viginti cubitorum fuit hæc Minervæ statua ex ebore et auro, Phidiæ Atheniensis sculptoris opus præstantissimum.

Ænea] Minervæ ejusdem ex ære tam eximiæ pulchritudinis statuam fecit idem Phidias ut a forma cognomen acceperit.

Custos] Non modo quia belli Dea, sed et Athenas peculiariter in tutela habebat.

33 *Calamis*] Cœlandi laude insignis artifex; equis semper sine æmulo expressis.

34 *Myronis*] Celeberrimus fuit etiam statuarius, cujus bucula præsertim junix multis Poëtarum versibus claruit. Hunc pæne hominum animas ferarumque ære comprehendisse, neque hæredem invenisse, testatur Petronius.

EPISTOLA II.

SEVERO.

ARGUMENTUM.

Ad Severum poëtam hanc epistolam scribit Ovidius, se multis rationibus excusans quod nondum ejus nomen suis scriptis celebrarit, quamvis tamen nunquam cessaverit ad eum epistolas soluta oratione scriptas mittere.

Digitized by Google

Quod legis, o Vates magnorum maxime Regum,
  Venit ab intonsis usque, Severe, Getis.
Cujus adhuc nomen nostros tacuisse libellos,
  (Si modo permittis dicere vera) pudet.
Orba tamen numeris cessavit epistola nunquam
  Ire per alternas officiosa vices.
Carmina sola tibi memorem testantia curam
  Non data sunt. Quid enim, quæ facis ipse, darem?
Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerno,
  Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
Fertile pectus habes, interque Helicona colentes
  Uberius nulli provenit ista seges.
Mittere carmen ad hunc, frondes erat addere sylvis.
  Hæc mihi cunctandi causa, Severe, fuit.

Quod legis, o Severe, Poëta maxime Regum magnorum, venit usque ab intonsis Getis. Cujus pudet libellos nostros nondum expressisse nomen, si modo concedis agnoscere vera. Nunquam tamen epistola officiosa destituta numeris omisit proficisci per vices alternas. Soli versus significantes amorem gratum non sunt ad te missi: quamobrem enim offerrem quæ ipse pangis? Quis præbeat mel Aristæo, quis vina Baccho Falerno, fruges Triptolemo, poma Alcinoo? Est tibi ingenium fœcundum; et inter eos qui celebrant Heliconem, nulli ista seges germinat copiosius. Mittere versus ad hunc, erat cumulare sylvas foliis. Hæc ratio fuit mihi differendi,

1 Jun. *Quam legis*, et forte rectum; ut Epist. x. 3. *Burm.* Deinde in multis Edd. est *max. vatum;* plurimi autem vett. scripti *regum.*—2 Mor. *ab Euxinis usq.* et Jun. *indomitis.*—3 Serv. *nostris...libellis.*—4 Septem libri *mod. permittas dic.* et Leid. *permittes.*—6 Tres libri *offic. vias;* et unus *pedes.*—7 Pol. *testant. vocem.*—8 Ms. Bersm. et pr. Ed. *quod* pro *quæ.*—9 *Falerno* Heins. recepit ex multis vett. pro vulg. *Falerna.*—12 Leid. *null. prævenit ist.* et P. Dan. *pervenit.*—14 Unus liber *Hoc* pro *Hæc.* Tum quidam editi et

NOTÆ

1 *Regum*] Quia tragœdiarum scriptor, ubi Reges celebrati; dixitque alibi noster: 'Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis.'

5 *Orba numeris*] Soluta oratione ad Severum scripsisse sæpius indicat.

6 *Alternas*] Sæpius adeoque rescripserat etiam Severus.

7 *Memorem*] Mei memoris.

8 *Quæ facis*] Quippe maximus poëta Severus.

9 *Aristæo*] Hunc Apollinis filium Justinus dicit primum mellis et olei usum, itemque lactis coagulum, aliaque invenisse. Multa præterea de illo poëtæ fabulati sunt.

Falerno] Campaniæ monte petita, scil.

10 *Triptolemo*] Hic Cereris inventricis jussu primus in Græcia agriculturæ et frugum usum dicitur docuisse.

Alcinoo] Qui Phæacum rex hortos dicitur habuisse cultissimos.

11 *Helicona*] Id est, Musas et politiores literas excolentes. Fuit nam-

Digitized by Google

Nec tamen ingenium nobis respondet, ut ante:
  Sed siccum sterili vomere littus aro.
Scilicet ut limus venas excæcat in undis,
  Læsaque suppresso fonte resistit aqua;
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum:
  Et carmen vena pauperiore fluit.
Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum;
  Esset, crede mihi, factus et ille Getes.
Da veniam fasso; studiis quoque frena remisi,
  Ducitur et digitis litera rara meis.
Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit,
  Qui prius in nobis esse solebat, abest.
Vix venit ad partes, vix sumtæ Musa tabellæ
  Imponit pigras pæne coacta manus.
Parvaque, ne dicam scribendi nulla voluptas
  Est mihi: nec numeris nectere verba juvat.

Severe. Neque tamen ingenium nobis favet ut prius; sed colo littus aridum vomere inutili. Nimirum, sicuti cænum occludit meatus in aquis, et liquor repressus sistitur scaturigine excæcata; sic ingenium meum est obtusum luto ærumnarum mearum, *et versus currit vena tenuiore. Si quis misisset ipsum Homerum in hoc solum, crede mihi, ille etiam factus esset Getes. Ignosce confitenti; laxavi etiam habenas studii; et rara litera scribitur meis digitis. Ille sacer furor, qui alit animum poëtarum, qui antea consueverat esse in nobis, recessit. Musa ægre venit ad partes; ægre coacta admovet manus lentas tabellæ sumtæ. Et exigua, ne dicam nulla est mihi voluptas scribendi; neque placet astringere voces numeris. Sive quod adeo*

scripti *mih. cunctanti caus.*—17 Variant admodum libri: *cum venas siccat aquarum* Polit. *cum venas siccat in undas* alius: *excæcat aquarum* item alius: *venas consiccet* tertius: *cum venas siccat* octo. Vid. ad xv. Met. 272. [Not. Var.] *Burm.*—23 Pro *studiis* plurimi *studii;* et unus *studio.* Mox Pol. *fræn. reliqui.*—24 Serv. *a* pro *et.* Unus liber *lit. nulla meis.*—27 Scripti et editi quidam *in* pro *ad.*—28 Tres libri *Imposuit pigr.*—29 P. Dan. et multi alii *null. voluntas.*—30 Pro *nectere* P. et alius *jungere;* duo *scribere;* totidem *vertere.*—

NOTÆ

quæ Helicon Bœotiæ mons Musis sacer: neque, opinor, hujusmodi tropos subinde opus sit inculcare.

12 *Seges*] Versus dicit.

16 *Sterili*] Cujus auxilio nihil quicquam liceat excitare.

Littus] Ingenium suum ingrato littori comparat, quod frustra poëtica arte solicitet, cum ærumnis suis sit exhaustum.

17 *Venas excæcat*] Meatus aquarum claudit. Quod verum est.

18 *Læsa*] Occlusa.

22 *Getes*] Barbarus, qualis ego factus sum.

23 *Remisi*] Studium poëticum prope deserui.

27 *Venit*] Ut versus dictet.

30 *Numeris nectere*] Quod poëtarum negotium.

Digitized by Google

Sive quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,
  Principium nostri res sit ut ista mali:
Sive quod in tenebris numerosos ponere gressus,
  Quodque legas nulli, scribere carmen, idem est.
Excitat auditor studium; laudataque virtus
  Crescit; et immensum gloria calcar habet.
Hic mea cui recitem, nisi flavis scripta Corallis,
  Quasque alias gentes barbarus Ister habet?
Sed quid solus agam? quaque infelicia perdam
  Otia materia, surripiamque diem?
Nam quia nec vinum, nec me tenet alea fallax,
  Per quæ clam tacitum tempus abire solet;
Nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,
  Oblectat cultu terra novata suo:

non percepimus hinc ullam utilitatem, ut res ista sit initium nostri mali, sive quod idem est ponere passus numerosos in tenebris, et scribere versus quos nemini legas. Auditor acuit studium, et virtus probata augetur, et laus habet præstantissimum stimulum. Hic cui legam mea scripta nisi flavis Corallis, et nationibus quas crudus Danubius habet? Verum quid faciam solus? aut qua re teram misera otia, et decipiam tempus? Nam quia neque vinum, neque alea dolosa me capit, per quæ tempus tacitum consuevit effluere, neque terra novata sua cultura me recreat, quod opta-

32 Gryph. Bersm. et aliæ Edd. *res fuit ista:* octo scripti *res sit ut illa.*—33 *Gressus* ex quibusdam vett. Burm. et Bersm. placet præ vulg. *gestus.*—34 Scalig. scribebat *Quodq. legant null.* ' et sic Arundelianus: sed nulla opus mutatione: ' legere' pro recitare dixit.' *Heins.* Deinde Leid. et plures cum Edd. Gryph. Bersm. et aliis *carm. obest.*—37 Pr. Ed. *Nec mea:* tum P. et eadem *cur* pro *cui.*—39 P. Dan. *Hic* pro *Sed.*—41 Ex melioribus Heins. dedit *Nam quia nec vin.* in vulgatis erat *Nam neque me vin.* P. Dan. *Jam quoque nec:* R. et tres *Nam me nec;* Lov. *Non me nec.*—42 Unus liber *fallax*

NOTÆ

31 *Hinc*] Ex poëtica arte, aut versibus.

32 *Principium*] Quia propter carmina amatoria relegatus; uti quidem credi volebat Naso.

33 *In tenebris*] Id est, in loco obscuro, nullisque testibus, pedes suos ad numeros musicos componere, seu saltare. Namque hæc vera est, ni fallor loci hujus expositio. Saltare in tenebris, et scribere versus inter Getas, æque dicit esse ridiculum

37 *Corallis*] Qui populi fuerunt ad oram Pontici maris, maxime barbari.

39 *Sed quid*] Coactum innuit sese scribere, quique adeo bene non possit. Quanquam certe elegantissima multa et maturi judicii habent istæ epistolæ.

40 *Surripiam*] Decipiam, ne tantum ærumnis meis liceat vacare.

43 *Si per*] Jam sæpius dixit a Scythis vel Tomitanos muros infestari.

Digitized by Google

Quid, nisi Pierides, solatia frigida, restat,
  Non bene de nobis quæ meruere Deæ?
At tu, cui bibitur felicius Aonius fons,
  Utiliter studium quod tibi cedit, ama.
Sacraque Musarum merito cole: quodque legamus,
  Huc aliquod curæ mitte recentis opus.

rem, si concederetur per sæva bella; quid superest nisi Musæ, languida solatia, quæ Deæ non bene meruerunt de nobis? At tu, a quo fons Aonius ducitur felicius, ama studium quod tibi vertitur in commodum. Et cole merito sacra Musarum; et mitte huc aliquod opus curæ novæ quod legamus.

pro *tacitum*.—45 *Restat* Heins. scribit cum quatuor Codd. pro vulg. *restant*: duo etiam *præstant*.—47 Pol. cum lacuna *cui bibitur* * * *felicius amnis*.—48 Duo libri *Utilius...cedat*: tres præterea *Utilius*.

NOTÆ

45 *Frigida*] Quia non ex animo, sed coactus, malorum suorum, scribendo, refricabat memoriam.

46 *Non bene*] Quia per illarum carmina relegatus.

47 *Aonius*] Hippocrene, scil. quæ in Bœotia, cujus pars montana Aonia dicta: atque de hujus fontis aquis poëtæ bibere dicebantur.

EPISTOLA III.

AMICO INSTABILI.

ARGUMENTUM.

Amicum suppresso nomine taxat, ejusque perfidiam ac levitatem ostendit, quod cum antea a teneris annis secum conjunctissime semper vixerit, tandem in adversa ejus fortuna non modo eum deserat, sed etiam simulet se non cognoscere. Postremo illum monet ut fortunæ variantis vicissitudines et levitatem ante oculos ponat.

Conquerar, an taceam? ponam sine nomine crimen?
  An notum, qui sis, omnibus esse velim?

Conquerar, an sileam? Ponamne crimen sine nomine; an cupiam esse perspec-

Digitized by Google

Nomine non utar, ne commendere querela;
Quæraturque tibi carmine fama meo.
Dum mea puppis erat valida fundata carina;
Qui mecum velles currere, primus eras.
Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis;
Auxilio postquam scis opus esse tuo.
Dissimulas etiam, nec me vis nosse videri:
Quisque sit, audito nomine, Naso, rogas.
Ille ego sum, quanquam non vis audire, vetusta
Pæne puer puero junctus amicitia.
Ille ego, qui primus tua seria nosse solebam,
Qui tibi jucundis primus adesse jocis.
Ille ego convictor, densoque domesticus usu:
Ille ego judiciis unica Musa tuis.
Idem ego sum, qui nunc an vivam, perfide, nescis:
Cura tibi de quo quærere nulla fuit.

tum cunctis qui sis? Non utar nomine, ne celebreris querimonia mea, *et fama tibi comparetur carmine meo. Quamdiu mea navis erat stabilita firma carina, primus eras qui cuperes iter facere mecum. Nunc, quia fortuna corrugavit frontem, dilaberis, cum intelligis* me *indigere tua ope. Atque insuper dissimulas; neque vis videri me nosse: et postquam audivisti nomen* meum, *petis quis sit Naso. Ego sum ille, tametsi renuis accipere, fere puer nexus* tibi *puero antiqua amicitia. Ego* sum *ille, qui consueveram primus cognoscere tua seria, qui primus adesse gratis ludis. Ego* sum *ille convictor, et domesticus frequenti consuetudine: ego* sum *ille Musa sola tuo arbitrio. Ego sum idem, qui nunc utrum vivam ignoras perfide, de*

In Leid. et P. Dan. hæc Epist. inscribitur *Ad Invidum:* in aliis *In amicitiam dissimulantem:* in Merulæ Ed. *In amicum.* In quibusdam nulla est Inscriptio:—1 P. Dan. cum septem aliis *sin. crimine nomen.*—2 Jun. et multi alii cum Edd. quibusdam *quis* pro *qui.*—4 Quinque scripti cum pr. Ed. et aliis *tib. nomine fam.*—5 Unus liber *val. firmata carin.*—7 Serv. *quia retraxit.* Et tum Jun. *vultus;* at Leid. *ventum F.*—8 Serv. *etenim* pro *etiam.* Mox duodecim scripti *noss. fateri,* et R. *tueri.*—10 Fragm. Lov. et R. *Quique.*—12 Pro *junctus* duo libri *vinctus;* melius, judice Burm.—14 Plurimi *Et tib.*—17 *Idem ego* ex quatuor libris Heins. dedit; 'concinnius quam vulg. *Ille ego.*' Mox Leid. et P. Dan. *quem* pro *qui:* Heins. conj. *quem nunc an vivat.*—18 Heins.

NOTÆ

1 *Nomine*] Tuo, scil. amice perfide.

5 *Puppis*] Pro seipso aut fortuna sua seu sorte posuit.

Carina] Per carinam, firmamentum intellige seu præsidium quo Poëta nitebatur; res florentes.

6 *Currere*] Vivere, agere, &c.

7 *Contraxit*] Illorum more qui irati frontem corrugant.

15 *Denso usu*] Frequenti consuetudine.

16 *Unica Musa*] Solus eo nomine dignus Poëta.

Digitized by Google

Sive fui nunquam carus, simulasse fateris :
  Seu non fingebas, inveniere levis.
Dic, age, dic aliquam, quæ te mutaverit, iram :
  Nam nisi justa tua est, justa querela mea est.
Quæ te consimilem res nunc vetat esse priori ?
  An crimen, cœpi quod miser esse, vocas ?
Si mihi rebus opem nullam factisque ferebas ;
  Venisset verbis charta notata tribus.
Vix equidem credo, sed et insultare jacenti
  Te mihi, nec verbis parcere, Fama refert.
Quid facis, ah demens ? cur, si Fortuna recedat,
  Naufragio lacrymas eripis ipse tuo ?
Hæc Dea non stabili, quam sit levis, orbe fatetur,
  Quem summum dubio sub pede semper habet.

quo percontari nulla fuit tibi solicitudo. Seu nunquam tibi fuit dilectus, agnoscis te finxisse ; seu non fingebas, comprobaberis inconstans. Eia age ; indica aliquem dolorem qui te immutaverit : nam nisi tua querimonia est æqua, mea est æqua. Quæ res prohibet te esse nunc consimilem priori ? An appellas crimen, quod cœpi esse infelix ? Si nullum auxilium mihi præbebas rebus et factis ; charta mitteretur signata tribus vocibus. Ægre equidem fidem adhibeo, verum rumor etiam perhibet te insultare mihi protrito, neque abstinere dictis. Quid agis, ah insane ? Quamobrem ipse demis fletus tuæ ærumnæ, si fortuna deserat te ? *Hæc Dea agnoscit quam sit inconstans in orbe incerto, quem extremum habet semper sub pede levi. Est levior*

pro *fuit* legit *subit ;* quia ' fui' mox sequitur.—19 Unus Heins. *simul. videris,* unde ille legit *fereris.*—21 In vulg. *Aut age dic aliq.* Pol. *Dic age nunc ;* alius *Nunc age dic :* uterque Medonian. pro var. lect. *Eia age dic,* quod Heins. verum putat : Burm. præfert *Dic age dic* ex uno V.—23 Sic Heins. corr. ex Pol. et plurimis aliis ex castigatioribus : vulg. legebatur *Quod te nunc crimen simílem vetat, &c.* Duo libri *Quæ te dissimilem res nunc vet.* totidem *consimilem crimen vet.*—24 V. *ess. voces ;* et Ms. Bersm. *notas.*—26 Pol. *notat. suis.*—29 Plurimi *fac. o dem.* Tum R. *quid si :* et Jun. cum sexdecim allis *recedit ;* Serv. et tres *recedet.*—30 Serv. *Hoc* pro *Hæc.*—32 *Quem* repone, neque aliter Fragm. Boxhorn. *Heins.* Vulg. *Quæ :* pr. Ed. *Hæc :* Serv. *Hoc.* Tres libri

NOTÆ

19 *Fateris*] Re ipsa, scilicet, cum jam minus notum Nasonem profiteretur.

23 *Priori*] Qualis esse solebas antea.

26 *Venisset*] Mitteres saltem epistolam tribus verbis.

30 *Eripis*] Quia, ut ait Horatius, in nosmet legem sancimus iniquam cum in alios quidpiam, quod nos pariter urgere possit, statuimus.

Tuo] Si forte eveniat ; quod non ita difficile.

31 *Dea*] Fortuna, scil. quæ extremo pede, levitatis indicandæ gratia, orbem volubilem tangere tantum fingitur, et pingitur.

32 *Dubio*] Quia et vertitur orbis,

Digitized by Google

Quolibet est folio, quavis incertior aura.
Par illi levitas, improbe, sola tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Divitis audita est cui non opulentia Crœsi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracosia modo formidatus in urbe,
Vix humili duram repulit arte famem.
Quid fuerat Magno majus? tamen ille rogavit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Jugurthino clarus Cimbroque triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit,

quovis folio, quovis vento: sola tua inconstantia est illi æqualis, pessime. Cuncta mortalium sunt alligata exiguo filo; et quæ firma fuerunt decidunt repentina ruina. Cui non est relata potentia Crœsi opulenti? Nimirum tamen captus habuit vitam ab hoste. Ille modo tremendus in urbe Syracusia ægre depulit acrem famem vili arte. Quid fuerat majus Magno? tamen ille fugiens imploravit auxilium clientis sono humili. Atque ipse homo factus pauperior omnibus cui totus orbis terrarum obtemperavit. Ille Marius illustris triumpho Jugurthino et Cimbro, quo toties Con-

Quæ mundum dub.—33 Lov. *Quol. hoc fol.* et emend. *hæc.* Tum in vulgatis erat *fol. et quav.* sed 'particula connectendi suavius omittitur.' *Fabricius.* Tum R. *quav. et inertior aur.* et pr. Ed. *non certior.*—34 Leid. P. Dan. et duo alii cum pr. et aliis Edd. *impr. facta tua est.*—35 *Omina sunt* multi scripti. Tum P. Dan. *hominis ten.*—36 Mor. *quæ voluere cadunt.*—38 Tres libri *Ille* pro *Nempe:* Heins. conj. *Vixque.* Mox quatuor libri *pœnas* pro *vitam:* et pro *tulit* Heins. malebat *luit.*—39 Alii *Syracusia;* et duo vett. *Syracusa.* Deinde Mor. *mod. fortunatus in.*—40 Pr. Ed. *dur. depulit art.*—41 *Ille* scripti plurimi; vulg. *ipse.*—44 In Fragm. Lov. et alio hic pentameter ita extat: *Achillas Pharius abstulit ense caput.* Pro *effectus* Jun. *est factus:* et mox Leid. *malis* pro *magis.*

NOTÆ

cui innititur Fortuna, et ipsa leviter tantum illum attingit in fugam paratissima.

37 *Crœsi*] Qui rex Lydiæ potentissimus et ditissimus, a Cyro Persarum rege victus, et rogo impositus, vix tandem, agnita rerum humanarum quam Solon illi inculcaverat vanitate, vita donatus est. Quam historiam prolixe et eleganter habes apud Herodotum.

39 *Ille*] Dionysium dicit, Siciliæ tyrannum, qui, Syracusis pulsus, Corinthi pueros instituere pro maximo munere habuit.

40 *Arte*] Docendo pueros.

41 *Magno*] Pompeium intellige, cujus luctuosa fata videsis, vel apud Florum.

42 *Clientis*] Ptolemæi, scilicet, regis Ægypti, ad quem, victus a Cæsare, confugit.

43 *Cuique*] Expungas licet istud distichon, ut optime censuit clarissa.

Digitized by Google

In cœno latuit Marius, cannaque palustri:
  Pertulit et tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis divina potentia rebus;
  Et certam præsens vix habet hora fidem.
Littus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,
  Et metues, arcu ne feriare Getæ;
I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos:
  Quicquid et in tota nascitur Anticyra.
Sum tamen hæc passus: nec si mortalia possem,
  Et summi poteram tela cavere Dei.
Tu quoque fac timeas; et, quæ tibi læta videntur,
  Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

sule Roma fuit victrix, delituit in luto et juncis palustribus; atque perpessus est multa erubescenda tanto viro. Potentia divina ludit in rebus humanis; et tempus præsens ægre habet fidem. Si quis mihi dixisset, fugies ad littus Euxinum, et timebis ne vulnereris arcu Getæ; Ito, dixissem, potato succos purgantes pectora, et quicquid germinat in tota Anticyra. Attamen pertuli ista; neque si possem me defendere a telis mortalibus, poteram etiam me defendere a telis supremi Dei. Vide tu etiam metuas, et crede posse fieri aspera dum verba facis, quæ tibi videntur læta.

—45 Ed. pr. et scripti nonnulli *Ipse J.*—47 *Latuit Marius* quatuor veteres; paulo rectius. *Heins.* Vulg. *Marius jacuit.*—51 Lov. *ad extremum, si.* Mox Gerard. et P. Dan. *mih. dixerit ibit.*—52 Lov. a pr. man. *Et metuas, arc.* Mox Heins. suadet *fer. Gete.*—53 Pro *purg. pect. succ.* ‘ Francof. *Purgantia pocula somnos:* quod quid sit ignoro; latet forte aliquid de papavere: an *portantia?* sed præstat vulgata. Petron. 88. ‘ Chrysippus ter helleboro animum detersit.’ *Ebibe dixissem* Junian. et duo alii. *Burm.*—56 Unus liber *Nec summ.* Pol. *Summi nec poteram;* et Marg. Bersm. *Non poteram summi.*—57 Thuan. et Feschian. *Tu modo fac.*

NOTÆ

Heinsius.

45 *Jugurthino*] Fuit Jugurtha Numidarum rex in Africa nefarius; quem Marius, obscuro quidem loco natus, sed præclarus Imperator, vicit et in triumphum duxit.

Cimbro] De Cimbris Germaniæ populis Marius idem, postquam illos in Italia delevisset, magna gloria triumphavit.

46 *Toties*] Septies enim eum honorem adeptus est; quod nemini obtigerat.

47 *Cœno*] Is vero, cum Syllæ rabiem effugeret, in paludibus Minturnarum delitescere coactus est.

48 *Pudenda*] Ex palude enim sua retractus in carcerem conjectus est; quo et immissus percussor, quem tamen vultus auctoritate deterruit.

50 *Fidem*] In tanta namque rerum vanitate, nihil est quod certum quisquam facere aut dicere possit.

51 *Diceret*] Pro, dixisset, ut sæpe alibi.

53 *Bibe*] Siquidem insanus es, caputque geris atra bile turbatum. Intendit Naso dicere, nisi fortunæ vices expertus esset, nunquam potuisse credere futurum ut exilio in Getas

Digitized by Google

NOTÆ

pelleretur.

54 *Anticyra*] Insula est sinus Maliaci, ubi Helleborum magna copia nascitur; cujus succum ad depellendam insaniam multum conferre veteres crediderunt.

58 *Dum loqueris*] Horæ momento.

EPISTOLA IV.

SEXTO POMPEIO.

ARGUMENTUM.

Ad Sextum Pompeium scribens Poëta, nullam rem tam tristem esse dicit quæ non habeat aliquando aliquid lætitiæ: quod sibi contigisse ostendit. Cum enim tristis in littore Pontico spatiaretur, fama ei nuntiavit, Sextum Pompeium consulem designatum esse. Quam rem dicit maximam sibi lætitiam attulisse. Postmodo dolet non posse, cum magistratum inibit Pompeius, illi interesse. Postremo illum precatur ut aliquando sui recordetur.

Nulla dies adeo est australibus humida nimbis,
Non intermissis ut fluat imber aquis.
Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo
Mixta fere duris utilis herba rubis.
Nil adeo Fortuna gravis miserabile fecit,
Ut minuant nulla gaudia pace malum.

Nulla dies est adeo pluviosa imbribus australibus, ut pluvia distillet aquis non cessantibus. Neque ullus locus est ita infœcundus, ut non sit fere in illo gramen salubre mistum asperis rubis. Fortuna adversa nihil fecit adeo deplorandum ut lætitia

1 Duo libri *hum. ventis.*—4 Pr. Ed. *herb. cibis.*—6 *Pace* Burm. dedit ex R.

NOTÆ

2 *Non intermissis*] Hac comparatione Naso nullam rem tam tristem esse significat quin aliquo lætitiæ radio quandoque distinguatur.

4 *Rubis*] Rubus, *Un buisson, un églantier.*

Digitized by Google

Ecce domo, patriaque carens, oculisque meorum,
Naufragus in Getici littoris actus aquas;
Qua tamen inveni vultum diffundere causam
Possem, Fortunæ nec meminisse meæ.
Nam mihi, cum fulva tristis spatiarer arena,
Visa est a tergo penna dedisse sonum.
Respicio: nec corpus erat, quod cernere possem:
Verba tamen sunt hæc aure recepta mea:
En ego lætarum venio tibi nuntia rerum,
Fama, per immensas aëre lapsa vias.
Consule Pompeio, quo non tibi carior alter,
Candidus et felix proximus annus erit.
Dixit: et, ut læto Pontum rumore replevit,
Ad gentes alias hinc Dea vertit iter.
At mihi, dilapsis inter nova gaudia curis,
Excidit asperitas hujus iniqua loci.
Ergo ubi, Jane biceps, longum reseraveris annum,
Pulsus et a sacro mense December erit;

nulla parte leniat malum. Ecce ego *destitutus domo et patria, et conspectu meorum, naufragus pulsus in aquas littoris Getici; reperi tamen causam qua possem exporrigere frontem, neque recordari sortis meæ, Nam cum deambularem mœstus in flava arena, ala visa est mihi strepuisse a tergo. Respicio; neque erat corpus quod possem videre: attamen hæ voces sunt auditæ aure mea: Ecce ego Fama delapsa cœlo per longas vias adsum tibi nuntia rerum festivarum. Annus proximus erit splendidus et beatus Consule Pompeio, quo alter non est tibi carior. Dixit; et postquam implevit Pontum grato susurro, Dea flexit hinc iter ad alias nationes. At oblitus sum feritatis asperæ hujus loci, solicitudinibus disjectis inter nova gaudia. Adeoque, Jane bifrons, postquam aperueris longum annum, et December erit fuga-*

pro vulg. *parte.*—8 *Actus aquis* P. Dan. et decem scripti cum Edit. Gryph. quod quem sensum faciat non video. *Burm.*—9 *Causam* Fr. et omnes fere scripti: ceteri cum vulgatis *causa.*—10 Ms. Bersm. *Possum, F.*—11 P. Dan. et sex libri cum pr. Ed. *dum* pro *cum.* Mox Serv. *fulv. nuper spat.*—12 Leid. *a tergis penn.*—13 Unus liber *Restiteram: nec.*—16 Pr. Ed. *aëre lasa ,vices.*—18 Unus lib. *ann. erat:* et V. *eat.*—19 Pro *læto* Serv. *moto.* Tum Leid. P. et

NOTÆ

9 *Vultum diffundere*] Exhilarare adeoque cor meum; namque ejus rei est indicium frontis alacritas.

10 *Fortunæ*] Adversæ.

12 *Penna*] Quam Famæ fuisse mox indicabit.

19 *Pontum*] Regionem Ponticam, ubi Naso exulabat.

20 *Dea*] Fama, scilicet.

21 *Nova*] De Pompeii Consulatu.

23 *Biceps*] Janus, antiquissimus Italiæ rex, prudentissimus et futurorum non ignarus, ideo bifrons dictus est: quem Macrobius Deum anni

Digitized by Google

Purpura Pompeium summi velabit honoris,
  Ne titulis quicquam debeat ille suis.
Cernere jam videor rumpi penetralia turba;
  Et populum lædi deficiente loco:
Templaque Tarpeiæ primum tibi sedis adiri;
  Et fieri faciles in tua vota Deos:
Colla boves niveos certæ præbere securi,
  Quos aluit campis herba Falisca suis.

tus a sacro mense, ostrum supremi honoris vestiet Pompeium; ne ille quicquam debeat suæ gloriæ. Jam videor videre domum fatiscere magna vi hominum; et plebem collidi loco deficiente: atque templa soli Tarpeii primum a te intrari, et Deos fieri propitios in tua desideria: tauros candidos, quos gramen Faliscum nutrivit in suis

pr. Ed. *P. clamore repl.*—20 Sex libri et pr. Ed. *hæc* pro *hinc.*—27 In vulgatis erat *Cern. jam video r. pæne atria turba.* ‘ Versus mendosus: *videor* plerique veteres; recte: nonnulli etiam *penetralia;* sed ne sic quidem locus mihi videtur plane in integrum restitutus. *Heins.* Forte, *Cern. jam videor r. læta atria turba;* vel, quia bis præcessit jam illa vox, *plena atria;* agit enim de processu consulari, quo gratulantium turba in atria conveniebat, ut deducerent novum consulem in Capitolium. ‘ Cernere videor’ dictum, ut apud Terent. Adel. III. 4. 20. ‘ videre videor illum diem.’ De *cernere* vid. ad Petron. cap. 121. *Burm.*—30 Ms. Bersm. *ad* pro *in.*—31 Unus liber *domitos* pro *niveos.*—32 Leid. et P. Dan. *Quos alit in comp.* Tum tres libri *terra F.*—33 R. *omn. tunc*

NOTÆ

scribit; noster, in Fastis, tacite labentis anni originem, quia illi Januarius primus mensis sacer.

Longum] Vel quia longus annus Solaris duodecim mensibus constans, præ Lunari triginta circiter dierum; vel potius quia longus Nasoni, qui jam Pompeium suum Consulem habere cuperet.

24 *Sacro*] Tibi, scilicet, Jane.

25 *Purpura*] Ex qua trabea seu toga picta Consulum.

Summi] Qualis est Consulatus.

26 *Ne debeat*] Sibi vero unusquisque hoc debet, ut ad summam virtutem veramque laudem quæ ab ea est, quantum licet, promoveatur. Neque aliunde quisquam solatium verum possit aucupari.

27 *Rumpi*] Propter frequentiam congratulantium.

28 *Lædi*] Inter se collidi; ut fieri solet in turba.

29 *Templa*] Capitolium est; illud namque templum in Capitolino monte, qui et Tarpeius a Vestali Tarpeii filia ibi obruta dictus, fuit positum. Illuc vero novi Consules ascendebant sacrificaturi Kalendis Januariis: unde et togam pictam sumebant.

Sedis] Sedisse, aut positum esse, in Tarpeio monte Capitolium modo diximus.

30 *Fieri faciles*] Per sacrificia, scilicet.

31 *Niveos*] Ex agro Falisco, in Thuscia, ubi aqua Clitumni amnis epota boves facit albos, juvenci petebantur qui Jovi solenni ritu Kal. Januariis mactabantur.

Certæ] Quæ certo ictu juvencos ferit.

Digitized by Google

Cumque Deos omnes, tum quos impensius æquos
Esse tibi cupias, cum Jove Cæsar erit.
Curia te excipiet, Patresque e more vocati
Intendent aures ad tua verba suas.
Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore;
Utque solet, tulerit prospera verba dies;
Egeris et meritas Superis cum Cæsare grates,
Qui causam, facias cur ita sæpe, dabit:
Inde domum repetes toto comitante Senatu;
Officium populi vix capiente domo.
Me miserum, turba quod non ego cernor in illa:
Nec poterunt istis lumina nostra frui!
Quamlibet absentem, qua possum, mente videbo:
Aspiciet vultus Consulis illa sui.
Di faciant, aliquo subeat tibi tempore nostrum
Nomen; et, Heu, dicas, quid miser ille facit?

agris, exhibere cervices bipenni inevitabili. Et cum optes Deos omnes esse tibi propitios, tum aliquos amplius, Cæsar erit cum Jove. Curia excipiet te; et Senatores congregati de more arrigent aures ad tua dicta. Postquam tua oratio oblectaverit illos ore diserto, et dies habuerit voces lætas, ut consuevit; atque egeris dignas gratias Diis cum Cæsare, qui præbebit materiam quamobrem sic facias sæpe, inde reverteris domum toto Senatu comitante, domo ægre continente officium populi. Me infelicem! quod ego non conspicior in illo agmine, neque oculi nostri poterunt frui istis. Cernam animo quo possum quantumvis absentem: ille intuebitur faciem Consulis sui. Dii annuant, nomen nostrum tibi recurrat aliquo tempore, et Heu!

quos impens. ores: multi etiam habent *tunc.*—34 Heins. malit *C. erunt.*—35 Heins. conj. *Curiaque excipiet.*—37 Tres libri *mens* pro *vox.*—38 Duo libri *prosp. quæque dies.*—40 *Sæp. dabunt* tres scripti. Sed rectius causam gratias Dis agendi uni Cæsari imputaverit. *Heins.*—43 Plurimi *cernar* pro *cernor.*—44 *Poterunt* Burm. dedit ex Ms. Bersm. pro vulg. *possunt;* in quibusdam vett. etiam *poterant.*—45 *Quamlibet* ex Heins. emend. Fragm. Boxhorn. *Qualibet:*

NOTÆ

35 *Curia*] Locus in quem Senatus convocabatur.

Patres] Senatores.

37 *Hilaraverit*] Novi Consules, scilicet, blandis vocibus gratias pro delato sibi Magistratu agebant.

38 *Tulerit*] Nempe, in re tali, ut solet, læta et prospera omnia a congratulante turba dicebantur.

39 *Cum Cæsare*] Et Cæsari.

40 *Facias ita*] Gratias agas.

Dabit] Seu Consulem designando, seu aliis beneficiis demerendo.

41 *Comitante*] Morem nota laudabilem et maxime honorificum.

42 *Officium populi*] Pro populo officioso.

46 *Sui*] Pompeii sui amici.

48 *Ille*] Naso meus.

Digitized by Google

Hæc tua pertulerit si quis mihi verba, fatebor
Protinus exilium mollius esse meum. 50

dicas, quid ille infelix agit? Si quis retulerit mihi has tuas voces, agnoscam continuo exilium meum esse mitius.

at in vulgatis *Quod licet.*—49 Ms. Bersm. *Huc tua.* Tum *pertulerit* Heins. ex scriptis recepit pro vulg. *protulerit.*—50 *Mollius* ex plurimis scriptis dedit Heins. alii cum vulg. *mitius;* et unus *lenius.* Mox *mihi* pro *meum* habent Ro. et Arund.

EPISTOLA V.

EIDEM JAM CONSULI.

ARGUMENTUM.

ALLOQUITUR per prosopopœiam carmen suum Poëta; illudque Romam mittit ad Pompeium, ad quem etiam scripsit superiorem epistolam; mandataque exponit, et perbelle fatetur primo se illi summopere devinctum, declarans se propter ejus beneficia fore semper illius mancipium. Postremo precatur ut se donatum vita, ejus opera, etiam servet in præsentia.

ITE, leves elegi, doctas ad Consulis aures;
Verbaque honorato ferte legenda viro.
Longa via est; nec vos pedibus proceditis æquis;
Tectaque brumali sub nive terra latet.

Discedite, expediti elegi, ad doctas aures Consulis, et portate voces evolvendas viro honorato. Iter est prolixum, neque vos inceditis pedibus paribus; et tellus obducta

4 Leid. *terr. riget;* et duo libri *jacet.*—5 *Hæmon* ex Fragm. V. et Gryph.

NOTÆ

1 *Leves*] Quia ad leviora scribenda magis idonei, minoris sunt operæ, et citius currunt.
Consulis] Pompeii, scilicet.
2 *Honorato*] Consulatum gerenti.
3 *Longa*] Tomis Romam usque.
Nec vos] Quia uno pede Pentameter Hexametro est brevior.

Digitized by Google

Cum gelidam Thracen, et opertum nubibus Hæmon,
  Et maris Ionii transieritis aquas;
Luce minus decima dominam venietis in Urbem,
  Ut festinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus vobis Pompeia petatur:
  Non est Augusto junctior ulla Foro.
Si quis, ut in populo, qui sitis, et unde, requiret:
  Nomina decepta quælibet aure ferat.
Ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri;
  Verba minus certe ficta timoris habent.
Copia nec vobis ullo prohibente videndi
  Consulis, ut limen contigeritis, erit.
Aut reget ille suos dicendo jura Quirites,
  Conspicuum signis cum premet altus ebur:

nive hyemali abscondita est. Postquam superaveritis Thracen frigidam, et Hæmon tectum nubibus, et aquas maris Ionii, die minus decima appuleritis in Urbem dominam, quamvis non properetis aut acceleretis iter. Inde continuo domus Pompeia requiratur. Nulla est propinquior foro Augusto. Si quis, ut in plebe, petat qui sitis et unde; reportet quævis nomina aure delusa. Quamvis enim sit securum, sicut ego existimo, verum agnoscere, sane voces falsæ habent minus formidinis. Neque licebit vobis adire Consulem ullo obstante, cum ad ostium veneritis. Aut ille curabit suos Romanos declarando jura cum sublimis innitetur ebori insigni figuris et imagi-

Ed. alii *Hæmum;* Ms. Bersm. *Œthen;* et Jun. *Œten.*—7 Unus Heins. *dom. veniatis in.*—9 Octo scripti et pr. Ed. *Pomp. petetur.*—10 In aliis *Augusti.*—11 Ex melioribus Burm. rescripsit *requiret* pro vulg. *requirat.*—12 Leid. *qualibet aur. feret.*—13 *Ipse* pro *esse* in Cod. P. Dan.—15 *Ullo* ex Jun. et postr. Aldin. cum Gryph. Edd. placet Heins. præ vulg. *nullo.*—18 Tres libri

NOTÆ

5 *Thracen*] Thracia regio est ampla Europæ a Macedonia Septemtrionem versus in ortum porrecta, qua ex Ponto in Italiam iter erat.

Hæmon] Mons est altissimus Thraciæ.

6 *Ionii*] Illud est quod Siciliam inter et Græciam patet.

7 *Decima*] Postquam mare transieritis Ionium.

8 *Ut festinatum*] Quamvis non properetis.

10 *Augusto*] Junctum fuit istud forum foro Cæsaris, quod hodie in hortos mutatum. Inter miracula Urbis refertur a Plinio.

11 *Ut in populo*] Quemadmodum populus solet requirere.

12 *Quælibet*] Quævis alia, excepto vero.

14 *Minus timoris*] Nullus namque, si intellexerit Ovidii exulis esse libellos, nullus ea causa infestus fuerit.

15 *Nec erit*] Quia, scilicet, negotiis districto Consule, quanquam nullus aditum prohibeat, per illa accedere non licet.

17 *Ille*] Consul Pompeius.

18 *Ebur*] Sellam eburneam et curulem variis figuris distinctam.

Digitized by Google

Aut populi reditus positam componet ad hastam,
Et minui magnæ non sinet Urbis opes.
Aut, ut erunt Patres in Julia templa vocati,
De tanto dignis Consule rebus aget.
Aut feret Augusto solitam natoque salutem;
Deque parum noto consulet officio.
Tempus ab his vacuum Cæsar Germanicus omne
Auferet: a magnis hunc colit ille Deis.

nibus; aut statuet de proventibus populi ad hastam positam, et non patietur censum ingentis Urbis extenuari. Vel cum Senatores erunt citati in ædem Juliam tractabit de rebus dignis tanto Consule. Vel salutabit Augustum et filium de more, atque petet consilium de officio minus perspecto. Postea Germanicus habebit omne tempus reliquum: ille observat hunc post magnos Deos. Postquam tamen resipuerit a

aut pro *cum.* Serv. *cum premat alt.*—19 Tres libri *validam* pro *positam.*—21 Multi *ubi* pro *ut.* Mox Serv. *J. tecta:* et Ms. Bersm. *recepti.*—24 Explicat Merula de rebus pertinentibus ad consulatum minus notis Pompeio, ut novo consuli. Crispinus, quia omnia ex Cæsaris nutu componenda erant, et ita consul ignoraret, quid agendum esset: parum, certe, blande; nec Ovidium tam adulandi imperitum fuisse puto, ut ignorantiam aut servitutem tam imprudenter objiceret Pompeio. Præterea disticho proximo egit de relatione ad senatum, hoc vero agit de iis quæ ad Augustum et ejus jam collegam Tiberium referre solebant consules. Quare legerem, *Deque patrum toto consulet officio:* consulet Cæsares, quale velint esse officium totius senatus: antequam enim res ad senatum referebantur, solebant illæ a consulibus ad Augustum referri, qui in consilio suo domestico cum quibusdam de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractabat; Suet. Aug. 35. hoc autem factum videtur in quotidiana et matutina consulum salutatione in Palatio. *Toto* est in codice Servii. Ceterum priori versu, *natoque coronam* Feschii habet codex: quod non intelligo, quo spectet: videant docti; an hic aliquid de corona civica, et laureata, quæ ex decreto senatus ante domum Cæsaris pendebat, sit intelligendum? an forte ea quotannis renovata, (ut Fast. III. 133. de Flaminum, Curiæ et Regiæ dixit) a Consulibus ad Palatium ferretur? an ubi nova victoria reportata esset, vel aliis in casibus? an ex voto aliquo? et tunc legendum esset, *deque patrum voto;* ut 'laurea vota' Trist. IV. 2. 56. Latet certe in hoc disticho aliquid reconditioris antiquitatis, quod vix per-

NOTÆ

19 *Reditus*] Publica vectigalia.

Componet] Posita in foro hasta præconis, ut inquit Cicero, publica vectigalia in auctione emenda conducendave proponet. *Il réglera les revenus de l'Etat, les faisant crier au plus offrant.*

21 *Julia*] In foro Romano fuit istud templum, in quo Veneris genitricis mari exeuntis imaginem Augustus dicavit.

Vocati] Non enim in unum atque eundem locum semper conveniebant Senatores.

23 *Nato*] Tiberio, scilicet, Augusti filio per adoptionem.

24 *Parum noto*] Quia ex Cæsaris nutu omnia componenda. Namque aliter si exponas, vix satis ad Pompeii laudes istud quadraverit.

25 *Germanicus*] Hic vero, Sexto

Cum tamen a turba rerum requieverit harum;
  Ad vos mansuetas porriget ille manus:
Quidque parens ego vester agam, fortasse requiret.
  Talia vos illi reddere verba velim:
Vivit adhuc, vitamque tibi debere fatetur,
  Quam prius a miti Cæsare munus habet.
Te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre,
  Barbariæ tutas exhibuisse vias.
Sanguine Bistonium quod non tepefecerit ensem,
  Effectum cura pectoris esse tui.
Addita præterea vitæ quoque multa tuendæ
  Munera, ne proprias attenuaret opes.
Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat,
  Se fore mancipium, tempus in omne, tuum.

multitudine horum negotiorum, ille offeret vobis mites manus; et forte petet quid ego vester pater faciam. Cupio vos illi reponere hujusmodi voces. Vivit adhuc, et agnoscit se *teneri tibi vita, quam ante obtinet donum a leni Cæsare. Consuevit memorare ore grato, te præbuisse sibi vias securas, cum in exilium proficisceretur. Evenisse cura tui animi quod non calefecerit gladium Bistonium sanguine* suo. *Adjecta insuper plurima dona vitæ conservandæ, ne minueret proprias divitias. Pro quibus beneficiis ut gratia rependatur, jurat se futurum tui juris in omne ævum.*

spicio. *Burm.*—25 Heins. malebat *his vacuo C.*—27 Heins. emendat *a cura rer.*—28 Twisden. et P. Dan. *vos assuetas porr.*—30 Duo libri *ill. verba referre vel.* Serv. *reddite verba:* et Edd. quædam et nonnulli scripti *volo* pro *velim.*—32 *Quam* Heins. rescripsit ex plerisque vett. pro vulg. *Quod.*—35 Unus liber *Bistoniam...hastam.* Plurimi etiam *non tepefecerat.*—36 *Tui* ex scriptis; vulg. *sui.*—37 Mor. et sex alii *præter. sunt vitæ mult.* Tum Ms. Bersm. *mult. tenendæ.*—40 Ita olim editi. Heinsius edidit, *mancipii...tui:* nec monuit unde

NOTÆ

Pompeio et Sexto Appuleio Consulibus, quo anno Augustus decessit, Romæ fuit: quanquam ab illo in Germaniam paulo ante obitum dimissus est. Drusi autem, Tiberii fratris, filius fuit, quem et a rebus in Germania præclare gestis eo titulo cognominatum, et a Tiberio Augusti jussu adoptatum, jam supra diximus.

26 *Magnis*] Augusto et Tiberio.

Hunc] Germanicum.

Ille] Pompeius.

28 *Vos*] Libellos suos aut Elegos alloquitur Naso.

29 *Parens*] Sunt nempe Poëtæ atque Oratores quasi patres suorum operum.

34 *Barbariæ*] Per gentes barbaras, scilicet, transeundum fuit, cum in exilium Naso proficisceretur. Tutæ ut essent viæ Sextus præcaverat.

35 *Bistonium*] Bistonum, qui Thraciæ fuerunt populi ferocissimi; qua Nasoni in Scythicas regiones eunti transeundum fuit.

Non tepefecerit] Adeoque interfectus Naso non fuerit.

Digitized by Google

Nam prius umbrosa carituros arbore montes,
Et freta velivolas non habitura rates,
Fluminaque in fontes cursu reditura supino;
Gratia quam meriti possit abire tui.
Hæc ubi dixeritis, servet sua dona, rogate.
Sic fuerit vestræ causa peracta viæ.

Nam ante colles destitutum iri arbore umbrosa, et maria caritura navibus velivolis, et fluvios reversuros in scaturigines fluxu contrario atque inverso, quam gratia tui beneficii possit deleri. Postquam ea protuleritis, orate ut tueatur sua munera: ita causa vestri itineris fuerit expleta.

habeat: video et Excerpta Scaligeri hanc lectionem præferre, sed ex nullo codice. Brissonius lib. VI. de Form. p. 517. lubens emendat, *Se fore mancipio tempus in omne tuum:* ut inf. Eleg. XV. 42. dixit, 'Meque tuum libra norit et ære minus:' et Lucret. III. 984. 'Vitaque mancipio nulli datur.' Quæ quamvis non displiceant, contra libros tamen scriptos intrudere periculosum credo. 'Mancipium' ergo pro servo capimus, ut inf. Eleg. VIII. 66. 'Si quid, &c. Restat in ingenio serviet omne tibi.' *Burm.*—42 Plurimi *veliferas.*—43 Jun. et quatuor alii *in montes curs.*

NOTÆ

42 *Velivolas*] Quæ velorum usu flantibus ventis huc illuc ducuntur.

43 *Supino*] Contrario.

44 *Gratia quam*] Quam obliviscar beneficii.

45 *Servet*] Ea tueatur quæ in me contulit, ac mihi porro benefacere pergat.

46 *Sic*] Postquam hæc mandata impleveritis.

EPISTOLA VI.

BRUTO.

ARGUMENTUM.

Ad Brutum Romanum scribens, narrat se quinquennium egisse in Ponto: et cum maxime reditum speraret precibus Fabii Maximi, in quo spem habebat, eum periisse docet. Fatetur tamen Brutum nihilo inferiorem amore erga se esse. Postremo ejus amorem et virtutes peculiares exponit; profiteturque nunquam se fore ingratum meritorum, quæ apud se ab amicis collocata sunt.

Digitized by Google

QUAM legis, ex illis tibi venit epistola, Brute,
  Nasonem nolles in quibus esse, locis.
Sed, tu quod nolles, voluit miserabile fatum.
  Hei mihi, plus illud, quam tua vota, valet!
In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est:
  Jam tempus lustri transit in alterius.
Perstat enim Fortuna tenax, votisque malignum
  Opponit nostris insidiosa pedem.
Certus eras pro me, Fabiæ lux, Maxime, gentis,
  Numen ad Augustum supplice voce loqui.
Occidis ante preces; causamque ego, Maxime, mortis
  (Nec fueram tanti) me reor esse tuæ.
Jam timeo nostram cuiquam mandare salutem:
  Ipsum morte tua concidit auxilium.

Brute, literæ quas legis adsunt tibi ex illis locis, in quibus nolles Nasonem esse. Verum luctuosum fatum voluit quod tu nolles. Hei mihi! illud plus potest quam tua desideria! Olympias quinquennis est nobis transacta in Scythia: jam tempus egreditur in tempus *alterius lustri. Namque fortuna pertinax perseverat, atque insidiosa objicit pedem malitiosum nostris desideriis. Constitueras, Maxime, decus gentis Fabiæ, facere verba ad numen Augustum pro me voce humili. Fato fungeris ante preces, Maxime, et ego arbitror me esse causam tui obitus, neque fueram tanti. Nunc metuo commendare cuiquam meam salutem: ipsum adjumentum*

4 Leid. P. Dan. et duo alii et Bersm. *valent* pro *valet*.—5 Mor. *Scythica*: Burm. conj. *Scythico*.—7. 8 In quibusdam legebatur *tenax, vetusque malignum Opponit votis*: Ciofanus ex veteribus protulit *votisque...nostris*. Tres scripti etiam et pr. Ed. habent *Apponit nostr.* improbante Burm. Tum quidam scripti et editi *invidiosa ped.*—9 *Lux* dedit Burm. ex duobus Codd. pro vulg. *laus*: Fr. *dux*. Tum *Maxime* vett. plerique, teste Heins. vulg. *maxima*.—11 Jun. *Concidis ant.* P. *ant. diem; caus.* et Mor. et alius *pedem*.—12 Editi quidam *Non* pro *Nec*: et Medonian. *fuerim tant.*—14 Tres libri *sua* pro *tua*. Tum

NOTÆ

1 *Illis locis*] Pontica regione, scilicet.

5 *Quinquennis*] Quinquennem facit Olympiadem Naso quæ quatuor integros annos tantum complectebatur, quintum numerando, in quem Olympicorum ludorum celebratio recurrebat.

6 *Jam tempus*] Omnino, siquidem lustrum quatuor est annorum tantum.

7 *Perstat*] Pertinaciter me vexat.

8 *Opponit*] Cursorum aut luctantium more, qui antagonistam pedis objectu supplantant.

9 *Certus eras*] Decreveras. Ad Fabium Maximum fato functum sermonem vertit; de cujus amicitia plurima in Epistolis ad eum scriptis vidimus.

11 *Ante preces*] Priusquam pro me Augustum oraveris.

Causam] Quasi Fortuna illos etiam insectari studuerit, qui Nasoni favorent. Neque enim aliorum placet

Digitized by Google

Cœperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ;
Spem nostram, terras deseruitque simul.
Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi.
Quæ prosit pietas utinam mihi; sitque malorum
Jam modus, et sacræ mitior ira domus!
Te quoque idem, liquido possum jurare, precari,
O mihi non dubia cognite Brute nota.
Nam cum præstiteris verum mihi semper amorem;
Hic tamen adverso tempore crevit amor.
Quique tuas pariter lacrymas nostrasque videret,
Passuros pœnam crederet esse duos.
Lenem te miseris genuit Natura, nec ulli
Mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit:
Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forensi,
Posse tuo peragi vix putet ore reos.

interiit tuo obitu. Augustus cœperat veniam dare errori exolescenti: destituit simul terras et spem nostram. Dissitus tamen emisi in vestrum conspectum pœma de cœlesti quale potui, Brute. Quæ pietas utinam mihi sit utilis, jamque sit finis ærumnarum, et ira domus sacræ lenior. Possum certo jurare, te etiam idem orare, o Brute, mihi perspecte indicio indubitato. Nam cum exhibueris semper mihi sincerum amorem, amor tamen auctus est tempore hic duro. Et qui aspiceret pariter tuos fletus et meos, arbitraretur duos esse passuros supplicium. Natura te fecit mitem infelicibus, neque præbuit animum leniorem cuiquam quam tibi, Brute: itu ut qui nesciat quid possis in certamine forensi, ægre arbitretur noxios posse exagitari

Jun. *condidit aux.*—19 Ms. Bersm. *piet. precor ut mih.*—20 Unus liber *sit minor* pro *mitior.*—22 *Nota* Scaligeri Codex atque alii complures; bene. *Heins.* Vulg. *fide.*—23 Ms. Bersm. *semp. honorem.*—26 Ed. Gryph. *ess. Deos;* mendose. *Burm.*—27 Pr. Ed. *nec ullis.*—29 *Ut...ignoret* Heins. recepit ex castigatioribus; vulg. *At...ignorat.* Quædam vett. Edd. *Ut quicquid val.* Ms. Bersm. *Et qui quam:* P. Dan. *Si quis quid.* Plurimi mox scripti *ignor. in*

NOTÆ

expositio.

13 *Timeo*] Ne illi quoque fortunæ insidiis pereant amici quibus salutem meam commendavero.

14 *Ipsum*] In illo Fabio spes ergo opesque omnes sitæ.

15 *Deceptæ*] Id est cujus jam Augustus tempore obliviscebatur: namque aliorum non placet expositio.

16 *Spem*] Quam de reditu fecerat, aut certe ego animo præceperam.

Deseruit] Augustus, scilicet, qui hoc ipso anno quinto ab Ovidii fuga, Pompeio Appuleioque Consulibus, e vivis excessit.

17 *Cælite*] Augusto.

20 *Sacræ*] Augustæ, scilicet. Namque et vivens Augustus pro Deo, ut fuit dementia, habebatur.

21 *Idem*] Ut, scilicet, sacræ domus mitior ira.

29 *Marte forensi*] In disceptationi-

Digitized by Google

Scilicet ejusdem est, quamvis pugnare videtur,
  Supplicibus facilem, sontibus esse trucem.
Cum tibi suscepta est legis vindicta severæ;
  Verba velut tinctum singula virus habent.
Hostibus eveniat, quam sis violentus in armis
  Sentire, et linguæ tela subire tuæ.
Quæ tibi tam tenui cura limantur, ut omnes
  Istius ingenium corporis esse negent.
At si quem lædi Fortuna cernis iniqua,
  Mollior est animo fœmina nulla tuo.
Hoc ego præcipue sensi, cum magna meorum
  Notitiam pars est inficiata mei.
Immemor illorum, vestri non immemor unquam,
  Qui mala soliciti nostra levastis, ero.
Et prius (heu nobis nimium conterminus!) Ister
  In caput Euxino de mare vertet iter:

tuo ore. Nimirum est ejusdem, tametsi videatur non convenire, esse mitem erga humiles, terribilem adversus nocentes. Cum ultio legis rigidæ a te suscepta est, singulæ voces habent quasi venenum infusum. Accidat hostibus experiri quam sis asper in armis, et sentire spicula tuæ linguæ. Quæ acuuntur a te cura tam subtili, ut cuncti dicant non esse ingenium istius corporis. At si videas aliquem premi sorte injusta, nulla fœmina est lenior tuo ingenio. Ego expertus sum istud præsertim, cum pars magna meorum abnegavit cognitionem mei. Oblitus ero illorum, nunquam immemor vestri, qui anxii minuistis nostras ærumnas. Atque ante Ister, heu nimium nobis proximus! flectet iter ex Ponto Euxino in fontem: et quemadmodum si

arte forensi.—31 Heins. vult delere τὸ *est.* Mox sex scripti *pugn. videntur.*—32 Gerard. Maurisius citat *Supplic. faciles, sont.*—34 Idem Maurisius pro *tinctum* scribit *cinctum:* Mor. *tritum* vel *coctum.*—43 Pro *vestri* Heins. putat *vestrum* scribendum.—44 *Soliciti* Heins. recepit ex Pol. et quinque aliis pro vulg. *solicite:* P. Dan. habet *solicita nostra levatis ope.* Omnes fere editi habebant *levatis;* ex Barb. Heins. dedit *levastis.*—45 *Heu* scribendum monet

NOTÆ

bus forensibus, ubi non minori impetu quam in bello certatur.

30 *Peragi*] Eloquentia tua ita exagitari ut a judicibus damnetur. Peragere; *faire condamner.*

Vix] Quia ita lenis es.

31 *Scilicet*] *Mais c'est pourtant.*

Pugnare] Esse scilicet lenem, et aspere noxios persequi.

33 *Suscepta*] Ut pro vindicta verba facias.

34 *Virus*] Quod reum perstringat.

35 *Armis*] Illis, scilicet, de quibus agitur, quæque ab oratore tractantur.

37 *Tenui*] Subtili diligentia.

38 *Istius*] Quod tam mite videtur.

40 *Mollior*] In misericordiam proclivior.

41 *Meorum*] Amicorum, scilicet.

46 *Caput*] Fontes, scilicet, unde

Digitized by Google

Utque Thyesteæ redeant si tempora mensæ,
Solis ad Eoas currus agetur aquas:
Quam quisquam vestrum, qui me doluistis ademtum,
Arguat ingratum non meminisse sui. 50

tempora mensæ Thyesteæ recurrant, ante *currus Solis feretur ad aquas orientis, quam ullus vestrum, qui ægre tulistis me sublatum, exprobret* me *ingratum non recordari sui.*

Heins. cum Barb. et Ro. nam vulgo legebatur *hic:* nonnulli scripti *hinc.*—46 Ms. Bersm. et P. Dan. *cap. Euxini de.*—47 *Ante* Feschii et Hafniensis: multi alii *Atque.* Opinor castigandum, *Ante, Thyesteæ redeant ceu tempora mensæ, Solis, &c.* Pro *tempora* etiam *fercula* malim reponi: sed obstant libri veteres. Nam Nonius docet, 'Ferculum' proprie esse 'missum carnium.' Hinc apud Juvenalem Sat. XI. 'Fercula nunc audi nullis ornata macellis.' *Heins.*—49 *Ademto* edidit Heinsius, quod in nullo codice aut editione reperi; ut et vidimus III. 4. 48. 'gaudere aliquid' mutasse: sed cum utrumque rectum sit, scriptos libros sequendos esse puto. *Burm.*

NOTÆ

derivatur.

47 *Thyesteæ*] In quibus Thyesti fratri Atreus filium epulandum apposuit; sicuti in præcedentibus vidimus. Quod nefas Sol ne videret currum suum Auroram versus revocavit.

EPISTOLA VII.

VESTALI.

ARGUMENTUM.

Ad Vestalem scribens Poëta, cui ora Pontica regenda delata fuerat, eum testem facit incommodorum quæ sunt in ea regione: post ejus virtutem laudat, quam pollicetur suo carmine testatum fore in omne tempus.

Missus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad undas,
Ut positis reddas jura sub axe locis;

Siquidem, o Vestalis, jussus es venire ad aquas Euxinas, ut jus dicas in locis sitis

In nonnullis hæc Epistola inscribitur *Ad Vestalem.* Scaliger in margine codicis sui ascripserat, *Præsidem ponti primipilum.* 'In Vaticano vero erat

Digitized by Google

Aspicis en, præsens, quali jaceamus in arvo:
Nec me testis eris falsa solere queri.
Accedet voci per te non irrita nostræ,
Alpinis juvenis regibus orte, fides.
Ipse vides certe glacie concrescere Pontum:
Ipse vides rigido stantia vina gelu.
Ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.
Aspicis et mitti sub adunco toxica ferro,
Et telum causas mortis habere duas.
Atque utinam pars hæc tantum spectata fuisset,
Non etiam proprio cognita Marte tibi!
Tenditis ad primum per densa pericula pilum:
Contigit ex merito qui tibi nuper honos.

sub polo; ecce vides, Præposite, in quali agro positi simus; et eris testis me non consuevisse conqueri ficta. Juvenis, oriunde regibus Alpinis, fides certa adveniet nostris dictis per te. Ipse cernis sane Pontum congelari frigore; ipse cernis vina concreta gelu aspero. Ipse cernis ut sævus bubulcus Jazyx agat vehicula onusta per medias aquas Danubii. Cernis quoque venena mitti sub ferro hamato, et spiculum habere duas causas mortis. Atque utinam hæc pars tantum visa fuisset, non etiam tibi perspecta proprio certamine. Aspiratis ad primum pilum per crebra discrimina:

VESTALI. PROP. id est, Proprætori: est autem *Vestalis* cognomen Fabiæ Gentis: ita 'Fabius Vestalis,' qui de pictura scripsit, sæpe Plinio laudatur: vide Indicem libr. XXXV. et XXXVI. 'Vettius Vestalis' apud Gruter. MCXLIX. 12. et Reins. I. 48. *Burm.*—1 *Undas* omnes fere scripti; at vulgatæ Edd. *oras.*—3 Jun. *Conspicis en;* et Ms. Bersm. *Aspicis an.* Tum pro *præsens* Cod. Scalig. Feschian. opt. V. et R. exhibent *præses,* quod placet Heins. Sed '*præsens* præferrem, quia hoc melius τῷ *aspicis,* et mox *testis,* convenit. Si de parte aliqua administrationis, cui præfectus erat Vestalis, ageret, *præses* posset admitti; sed hic ejus testimonium tantum invocat. Met. XIII. 825. 'Nil mihi credideris: præsens potes ipse videre.' *Burm.*—4 P. Dan. P. et octodecim alii *soler. loqui.*—5 P. et Feschian. *Accedat voc.* In aliis hic ordo est verborum: *Acced. v. nostræ n. i. per te.*—6 Pro *regibus* in Jun. erat *finibus;* in alio etiam *montibus.*—8 Jun. et Marg. Bersm. *gelido* pro *rigido.* Tum Serv. *stant. musta gel.*—9 Serv. et P. Dan. *fer. trahat ut glacialis:* R. *educat ut altas.* Heins. emend. *Iazyx;* nam vulg. scribebatur *Iacis:* Ro. *Iazix;* Jun. *Yaxis;* pr. Ed. *Hiatis;* Leid. *Yazes;* Bersm. Ed. *Yapyx.*—11 Pol. *misti* pro *mitti.*—12 Jun. *Et causas telum* mutato ordine.—13 R. *tant. pacata fuiss.*—14 Jun. *Et non jam pr.* Barb. *Esse etiam;* et Serv. *Non etenim.*—15 R. *dens. piacula pil.*

NOTÆ

2 *Sub axe*] Sub polo. Quanquam multum ab eo distat regio Pontica. Sed ita invidiose et loci odio loquitur Poëta.

9 *Iazyx*] Fuerunt Iazyges Scythiæ Europææ populi.

11 *Adunco*] Hamato et curvo, ne adacta spicula possint retrahi.

12 *Duas*] Ferrum, scilicet, et venenum.

Digitized by Google

Sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
  Ipsa tamen virtus ordine major erat.
Non neget hoc Ister, cujus tua dextera quondam
  Pœniceam Getico sanguine fecit aquam.
Non neget Ægypsos, quæ, te subeunte, recepta
  Sensit in ingenio nil opis esse loci.
Nam dubium, positu melius defensa manuve,
  Urbs erat in summo nubibus æqua jugo.
Sithonio Regi ferus interceperat illam
  Hostis, et ereptas victor habebat opes.
Donec fluminea devecta Vitellius unda
  Intulit, exposito milite, signa Getis.
At tibi, progenies alti fortissima Dauni,
  Venit in adversos impetus ire viros.

qui honos nuper tibi obtigit pro merito. Quanquam hæc dignitas sit tibi spectanda plurimis fructibus, ipsa tamen fortitudo erit præstabilior ordine. Danubius non istud inficiatur; cujus tua dextera fecit olim aquam rubram cruore Getico. Ægypsos non istud inficiatur, quæ recuperata te intrante experta est nihil esse auxilii in natura loci. Nam oppidum erat in ultimo cacumine montis *æquum nubibus, incertum munitumne melius situ an opere. Hostis sævus ademerat illam regi Sithonio, et victor potiebatur divitiis sublatis; donec Vitellius immisit Getis signa devecta aqua fluminea, milite* in terram *traducto. At, o strenua soboles excelsi Dauni, ardor te*

—16 Ms. Bersm. *tib. primus hon.*—18 *Erat* est ex corr. Burm. vulg. *erit:* Heins. malebat *inest* vel *adest.*—19 *Nec neg.* unus Cod. et *neget* ex Thuan. vulg. *negat.*—21 *Neget* ex emend. Burm. vulg. *negat.* Tum Ed. Vincent. *Egypsos;* Ms. apud Bersm. *Egyros;* membranæ Auctoris Elect. Eton. *hos Egiros:* Ed. pr. *hoc Gipsos.* et tres libri *Ægyros.*—22 Jun. *ab* pro *in.* Mox Ms. Bersm. *ess. tui.*—23 In vulgatis *Nam dubium est posit.* at *est* deest omnibus fere scriptis et Ed. Aldin. Jun. *An dubium, posit.*—28 Jun. *Impulit expos.* et R. *Int. imposito.*—29 P. *justi* pro *alti.* Tum *Dauni* ex emend. Heins. vulg. *Donni:* Pol. et octo alii *Domni;* sex *Doni;* tres *Dampni;* totidem *Danni:* Bersm. conj. *Fauni:* unus *Verni;* P. Dan. *Dompni.*—30 Pol. *rogos* pro *viros:* Heins. suspi-

NOTÆ

15 *Tenditis*] Vos Romani, scilicet, qui arma geritis, tuque Vestalis inprimis.

Primum] Primipilus seu Centurio primi pili dicebatur qui dux aut princeps legionis: cui muneri et honos et opes adjunctæ.

19 *Ister*] Pro accolis ejus posuit per metonymiam.

21 *Ægypsos*] Oppidum fuit munitissimum in Scythia non longe ab Istro fluvio.

22 *Ingenio*] Natura loci.

23 *Positu*] Situ et loci ingenio.

Manuve] Arte paratis propugnaculis.

25 *Sithonio*] Thracio: namque ejus pars Sithonia.

27 *Fluminea*] Danubii, scilicet, per quem arma militesque ex finitimis locis deportati.

Vitellius] Quis hic homo fuerit non

Digitized by Google

Nec mora; conspicuus longe fulgentibus armis,
  Fortia ne possint facta latere, caves:
Ingentique gradu contra ferrumque locumque,
  Saxaque brumali grandine plura, subis.
Nec te missa super jaculorum turba moratur,
  Nec quæ vipereo tela cruore madent.
Spicula cum pictis horrent in casside pennis:
  Parsque fere sçuti vulnere nulla vacat.
Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus;
  Sed minor est acri laudis amore dolor.
Talis apud Trojam Danais pro navibus Ajax
  Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.
Ut propius ventum est, admotaque dextera dextræ,
  Resque fero potuit cominus ense geri;

corripuit irruere in hostes. Et sine cunctatione, spectabilis armis longe micantibus, prospicis ne præclara gesta possint ignorari; et ascendis magno passu adversus ferrum et locum, et lapides densiores grandine hyemali. Neque vis telorum missa super te, neque sagittæ infectæ sanguine vipereo te retinent. Sagittæ cum pennis versicoloribus stant in galea, nullaque pars propemodum clypei est sine plaga. Neque corpus vitavit feliciter omnes ictus: verum dolor est minor vehementi cupidine gloriæ. Talis Ajax dicitur sustinuisse faces Hectoreas apud Trojam pro navibus Græcorum. Postquam ventum est propius, et dextera juncta dexteræ, et res potuit

cabatur *globos*.—31 Pro *longe* Burm. mallet *late* cum F. tum Ms. Bersm. *fortissimus arm.*—34 Thuan. *Telaque brum.*—36 Gottorph. *cruor. rubent*: Heins. malebat *virent*.—37 Pro vulg. *hærent* P. dat *horrent*, quod Burm. verum putat: ' horrere' enim de pennis, pilis, et similibus eleganter dici.—38 Pro *fere* Heins. conj. *fero*, scil. fero vulnere. R. *fere crudo vuln.* Tum sex libri *null. caret*.—40 Pro *acri* unus *caræ*; Jun. *actæ*: Auctor Elect. Eton. conj. *altæ*.—41 Unus lib. *pro classibus A*.—42 Duo scripti *sustin. manus*.—43 Gottorph.

NOTÆ

liquet.

28 *Exposito*] In terram traducto.

29 *Tibi*] Vestalem alloquitur: cujus ut demereatur benevolentiam laudes persequitur.

33 *Ferrum*] Illorum qui oppidum defendebant.

Locumque] Ingenio loci munitum illud oppidum modo vidimus.

34 *Subis*] Ascendis.

36 *Vipereo*] Pro veneno posuit quo sagittas suas aut certe earum ferrum barbari imbuebant.

37 *Pictis*] Pulchritudinis causa, scilicet, diversis coloribus sagittarum pennas pingebant.

39 *Nec corpus*] Vulneratum Vestalem innuit eo certamine.

41 *Danais pro*] Hectorem vidimus in Metamorphosi navibus Græcorum ignem inferentem; itemque Ajacem ea causa, quod tantam pestem deposuisset, gloriantem.

Digitized by Google

Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
  Quotque neci dederis, quosque, quibusque modis.
Ense tuo factos calcabas victor acervos;
  Impositoque Getes sub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum Primi minor ordine Pili:
  Multaque fert miles vulnera, multa facit.
Sed tantum virtus alios tua præterit omnes,
  Ante citos quantum Pegasus ibat equos.
Vincitur Ægypsos; testataque tempus in omne
  Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

geri sævo gladio, difficile est dicere, quid tua fortitudo fecerit ibi, quotque opposueris morti, quosque, et quibus modis. Victor premebas cumulos factos gladio tuo, et plurimus Getes erat sub pede imposito. Inferior ordine certat ad exemplum Primi Pili, et miles accipit multas plagas, multas infert. Verum virtus tua tantum vincit ceteros, quam Pegasus superabat veloces equos. Ægypsos capitur; atque, o Vestalis, tua facinora sunt comprobata in omne ævum versibus meis.

est, commissaque dext.—46 Ed. Dan. Heins. *dederit* pro *dederis.*—48 P. Dan. *Impositusque G.*—54 Fr. *Sint tua.*

NOTÆ

45 *Mars*] Pro virtute bellica.

46 *Quos*] Strenuos, scilicet, et inter Getas maxime conspicuos.

49 *Minor*] Centurio, scilicet, qui sub Primipilo Vestali ejus permotus exemplo acriter pugnat.

52 *Pegasus*] Alatus equus ex Medusæ sanguine ortus, de quo plurimâ in præcedentibus.

53 *Testata*] Testimonio comprobata. *Reconnus, Avérés.* 'Quo testatior esset improborum pœna,' dixit Cæsar: *Afin que le supplice des méchans fût plus connu.*

EPISTOLA VIII.

SUILLIO.

ARGUMENTUM.

Mortuo Augusto, ut diximus, hanc epistolam mittit Ovidius ad Suillium uxoris suæ generum, agitque ei gratias pro ejus epistola ad se scripta: quam, etsi sero perlatam, gratissimam tamen fuisse dicit. Postmodum

Digitized by Google

eum rogat ut Germanicum juniorem sibi reconciliet: polliceturque se in hujus rei gratiam non erecturum ei templa de marmore, sed carmine complexurum ejus laudes. Ostenditque nihil esse posse principibus aptius quam carmine officiosum se præstare. Tum nactus occasionem Poëta carminis excellentiam extollit: precaturque ut sibi carmina prosint: et, si non possit reditum in patriam obtinere, saltem urbi propinquius exilium, quo possit Cæsaris gesta intelligere et carmine celebrare.

LITERA sera quidem, studiis exculte Suilli,
Huc tua pervenit, sed mihi grata tamen:
Qua, pia si possit Superos lenire rogando
Gratia, laturum te mihi dicis opem.
Ut jam nil præstes, animi sum factus amici
Debitor; et meritum, velle juvare, voco.
Impetus iste tuus longum modo duret in ævum;
Neve malis pietas sit tua lassa meis.
Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quæ semper maneant illabefacta precor.
Nam tibi quæ conjux, eadem mihi filia pæne est:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.
Hei mihi, si lectis vultum tu versibus istis
Ducis, et affinem te pudet esse meum!

Suilli, expolite studiis, tua epistola pervenit quidem huc tarda, sed tamen mihi accepta. Qua asseris te mihi præbiturum auxilium, si pia gratia posset mollire Superos orando. Tametsi nihil etiam promoveas, sum factus debitor animi amici; et appello beneficium, velle prodesse. Modo iste ardor perstet in longum tempus, neve tuus amor defatigetur meis malis. Necessitudines affinitatis dant nobis jus aliquod; quæ oro perstent semper illæsæ. Nam quæ est tibi uxor, eadem fere est mihi filia; et illa quæ appellat te generum, me appellat *maritum. Hei mihi, si tu contrahis faciem, his carminibus lectis, et te pudet esse meum affinem! At nihil po-*

1 Serv. *stud. exculta S.*—2 Ms. Bersm. *Huc quoque perv.*—3 Ms. Bersm. *Quæ pia.* Mox *possit* Burm. recepit ex duobus libris pro vulg. *posset.*—5 P. Dan. Jun. Leid. Ms. Bersm. et pr. Ed. *Ut mihi nil præst.* R. *Ut mihi non.*—7 Plurimi *mihi* pro *modo:* P. Dan. *modo detur in.*—8 Nonnulli *tua lapsa meis;* unus *pulsa:* P. Dan. et R. *victa,* quod nec displicet Burm.—9 P. *fac. confinia*

NOTÆ

1 *Exculte*] Disciplinis liberalibus expolite.

2 *Huc*] In Scythiam.

3 *Pia gratia*] Amor tuus erga me pius.

Superos] Tiberium, Germanicum, aliosque ex domo Augusta.

5 *Nil præstes*] Nihil possis in mei gratiam perficere.

7 *Impetus*] Ardor quo ad opem Nasoni ferendam Suillius tenebatur.

11 *Pæne*] Quia filia fuit uxoris Ovidii.

14 *Ducis*] Corrugas. Quod solent

Digitized by Google

At nihil hic dignum poteris reperire pudore,
  Præter Fortunam, quæ mihi cæca fuit.
Si genus excutias; Equites, ab origine prima,
  Usque per innumeros inveniemur avos:
Sive velis, qui sint, mores inquirere nostros;
  Errorem misero detrahe, labe carent.
Tu modo, si quid agi sperabis posse precando,
  Quos colis, exora supplice voce Deos.
Di tibi sunt Cæsar juvenis: tua numina placa.
  Hac certe nulla est notior ara tibi.
Non sinit illa sui vanas antistitis unquam
  Esse preces: nostris hinc pete rebus opem.
Quamlibet exigua si nos ea juverit aura,
  Obruta de mediis cymba resurget aquis.
Tunc ego thura feram rapidis solennia flammis;
  Et, valeant quantum numina, testis ero.

teris hic invenire dignum rubore, præter fortunam, quæ fuit mihi cæca. Sive inquiras in originem meam, *inveniemur equites a prima stirpe usque per avos innumeros. Sive velis scrutari qui sint nostri mores, (deme incogitantiam infelici,) sunt sine macula. Tu tantum, si credis aliquid posse promoveri orando, implora voce humili favorem Deorum quos veneraris. Dii tibi sunt Cæsar juvenis. Delinito tua numina: profecto nullum altare est tibi notius isto. Illud non patitur preces sui sacerdotis esse unquam inanes. Quære hinc auxilium nostris rebus. Si ille ventus quantumvis lenis nobis secundus fuerit, navis* mea *demersa prodibit ex mediis aquis. Tunc ego præbebo thura solennia ignibus fervidis, et indicio ero quantum*

---

vinc. P. Dan. *communia.*—15 Ms. Bersm. *hoc* pro *hic.* Deinde Pat. *reper. pudoris.*—17 Mor. *Si gen.* Tum P. Dan. a pr. man. et Mor. a sec. *inquiras; E.*—18 P. Dan. et Serv. *inn. inveniuntur av.* et duo libri *inveniantur.*—19 Sic in libr. Ursin. alii *vel. mores, qui sint, inq.* Tum *nostros* Heins. recepit ex Comb. et opt. V. pro vulg. *nostri.*—23 Pro *sunt* Fr. P. et sex alii *sint.* Heins. malebat *Hi tibi sunt.*—24 *Nulla* ex vett. ceteri *non.* Tum tres libri *est mitior ara;* et unus *certior.*—25 Pr. Med. *Nec sinet illa:* Ms. Bersm. *Non sinet illa:* Mor. *Non sinit ara.*—27 Pro *juverit* unus V. *paverit;* unde Heins. *foverit:* at Burm. monet ventos et auras passim 'juvantes' dici.—29 Leid. *O ego.* Mox P. Dan.

NOTÆ

quibus aliquid molestum est.

15 *Hic*] Apud me.

20 *Errorem*] Ubique errore, non scelere, peccasse dicit Naso.

Labe carent] Sunt sine macula.

23 *Cæsar juvenis*] Germanicus est, de quo supra, Tiberii per adoptionem Augusti jussu filius.

27 *Ea*] Favor, scilicet, Germanici, non Augusto modo olim, sed omni populo Romano carissimi.

28 *Cymba*] Navis mea, ipse ego, aut res meæ afflictæ.

Aquis] Per aquas pericula et res adversas intellige.

29 *Tunc*] Postquam cymba resur-

Digitized by Google

Nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum
Marmore: carpsit opes illa ruina meas.
Templa domus vobis faciant urbesque beatæ:
Naso suis opibus, carmine, gratus erit.
Parva quidem fateor pro magnis munera reddi,
Cum pro concessa verba salute damus.
Sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde est;
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec, quæ de parva Dis pauper libat acerra,
Thura minus, grandi quam data lance, valent.
Agnaque tam lactens, quam gramine pasta Falisco
Victima, Tarpeios inficit icta focos.
Nec tamen, officio vatum per carmina facto,
Principibus res est gratior ulla viris.
Carmina vestrarum peragunt præconia laudum;
Neve sit actorum fama caduca cavent.

Dii possint. Neque tibi ponam ædem ex marmore Pario, Germanice. Illa clades sustulit meas divitias. Domus et oppida felicia statuant vobis ædes. Naso erit gratus suis divitiis, nempe *versibus. Agnosco equidem exigua dona rependi pro ingentibus, cum præbemus voces pro incolumitate data. Verum* ille *est gratus satis superque, qui præbet quam potuit maxima; atque illa pietas pervenit ad suum finem. Neque thura quæ inops præbet de tenui thuribulo minus grata sunt quam exhibita magna patina. Tamque agna lactens, quam hostia nutrita herba Falisca, percussa tingit altaria Tarpeia. Neque tamen ulla res est magis accepta viris principibus officio exhibito per versus Poëtarum. Versus absolvunt celebrationes vestrarum laudum; et prospiciunt ne fama factorum vanescat. Virtus fit immortalis versi-*

---

et Medonian. *rapid. redolentia flamm.* et Leid. *solamina.*—32 Pro *illa* Ms. Bersm. *ista:* Medonian. *tanta;* quod et Heins. placet.—36 Jun. *Dum* pro *Cum.*—37 Leid. et R. *Sed qui quod pot.* P. Dan. *quis quæ;* septem *qui quæ.*—Mox Bersm. *munera* pro *maxima:* et Leid. *grat. habetur.*—39 Medonian. *Nec quod de parva thus paup.*—40 Pro *valent* V. cum aliis quibusdam *juvant;* et nnus *placent.*—41 V. *gramina...Falisca.*—44 *Gratior* ex Leid. et duodecim aliis cum pr. Ed. rescripsit Heins. vulg. *aptior.*—45 Pro *vestrarum* quidam Codd.

NOTÆ

rexerit, atque ego salvus fuero.

31 *Pario*] Quod candidissimum ex Paro insula, inter Cyclades maris Ægæi una, petebatur.

34 *Opibus, carmine*] Appositio est. Carmina Poëtarum sunt divitiæ.

39 *Acerra*] Vas est ubi thus adolebant.

41 *Lactens*] Adeoque pusilla.

Pasta] Quæ ergo specie et valore præstantior.

Falisco] De eo paulo superius, ubi vide.

42 *Tarpeios*] Capitolinas aras, quæ in monte Capitolino seu Tarpeio; de quo et supra sæpius.

44 *Gratior*] Quia, scilicet, quovis ære stabilior gloria quæ versibus ce-

Digitized by Google

Carmine fit vivax virtus; expersque sepulcri,
  Notitiam seræ posteritatis habet.
Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas;
  Nullaque res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nosti;
  Et quisquis contra, vel simul, arma tulit.
Quis Thebas septemque Duces sine carmine nosset,
  Et quicquid post hæc, quicquid et ante fuit?
Di quoque carminibus (si fas est dicere) fiunt:
  Tantaque majestas ore canentis eget.
Sic Chaos, ex illa naturæ mole prioris,
  Digestum partes scimus habere suas;
Sic affectantes cœlestia regna Gigantas,
  Ad Styga nimbifero vindicis igne datos.

bus; et immunis sepulcri pervenit ad ultimos nepotes. Languida vetustas conterit ferrum et saxa, nullaque res pollet majoribus viribus tempore. Scripta patiuntur ævum: cognovisti Agamemnonem scriptis et quisquis gessit arma adversus illum, *vel una* cum illo. *Quis nosset Thebas et septem reges sine versibus, et quicquid fuit post hæc, et prius? Dii quoque, si fas est dicere, fiunt per versus; et tanta Majestas opus habet ore celebrantis. Ita intelligimus Chaos distinctum habere partes suas ex illa massa naturæ prioris. Ita* noscimus *Gigantes cupientes invadere regna siderea detrusos ad Tartara flamma imbrifera ultoris. Ita Bacchus victor*

nostrarum; Heins. volebat *certarum.* Deinde in Mor. et Thuan. erat *præcon. rerum:* unde Burm. sic versum constituit: *Carmina vastarum peragunt præcon. rerum;* ut 'vastæ' res dictæ sint, quemadmodum 'immania Cæsaris acta,' Trist. II. 335.—46 Leid. et alii complures cum pr. Ed. *sit auctorum fam.* Jun. *auctori;* et Ms. Bersm. *actoris.* Mox Leid. *caduc. favent.*—54 Pro *hæc* Serv. *hac:* Heins. volebat *has.*—55 Unus Heins. *vivunt* pro *fiunt.*—59 Alii *Gigantes.* —60 *Nimbifero* Heins. recepit ex Scaliger. pr. Med. et quinque aliis pro

NOTÆ

lebratur.

51 *Scriptis*] Homeri puta, aliorumque deinde poëtarum.

Agamemnona] Qui rex regum, atque eorum dux qui ad bellum Trojanum profecti sunt, notior est quam ut de eo quicquam proferre sit opus.

53 *Thebas*] Bœoticas intellige, (nam plures fuerunt) adversus quas Adrastus, Polynices, Hippomedon, Tydeus, Amphiaraus, Parthenopæus, et Capaneus reges insurrexerunt, ut docet Hyginus.

54 *Hæc*] Thebas, duces, bella, &c.

55 *Fas*] Fas vero fuerit dicere, siquidem tantum nefas ausi poëtæ, ut quos libuerit in cœlum transtulerint.

56 *Eget*] Eget vero maxime, siquidem tot Deorum, nisi quæ poëtarum figmentis celebratur, majestas nulla est.

57 *Chaos*] Primam illam elementorum commixtionem.

Naturæ prioris] Hoc est, molis istius quæ suo modo extitit antequam in

Digitized by Google

Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,
  Alcides capta traxit ab Œchalia.
Et modo, Cæsar, Avum, quem virtus addidit astris,
  Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.
Si quid adhuc igitur vivi, Germanice, nostro
  Restat in ingenio, serviet omne tibi.
Non potes officium vatis contemnere vates:
  Judicio pretium res habet ista tuo.
Quod nisi te numen tantum ad majora vocasset,
  Gloria Pieridum summa futurus eras.
Sed dare materiam nobis, quam carmina, majus:
  Nec tamen ex toto deserere illa potes.

consecutus est gloriam ab Indis domitis; Alcides ab Œchalia victa. Et nuper, Cæsar, consecrarunt versibus aliqua parte avum tuum, quem Virtus intulit sideribus. Si ergo aliquid vividi superest in ingenio nostro, Germanice, omne serviet tibi. Tu Poëta non potes spernere officium poëtæ: res ista habet meritum tuo arbitrio, Quod nisi tantum nomen addixisset te ad præstantiora, futurus eras laus ultima Musarum. Verum mavis præbere nobis argumentum, quam versus: neque tamen

vulg. *nubifero:* R. *fulmineo.*—65 R. *vivum* pro *vivi.*—66 Jun. *ab* pro *in;* et mox cum Barb. et pr. Ed. *serviat omn.*—67 Ms. Bersm. *pot. ingenium vat.*—69 *Numen* unus Heins. et pr. Ed. scil. Augustus: vulg. *nomen.* Mox quatuor libri *maj. tulisset.*—71 F. *mater. tu nobis carmina mavis:* plurimi alii etiam

NOTÆ

elementa transiret.

Mole] Quæ chaos est ipsum.

59 *Gigantas*] De illorum audacia vide in Metam.

60 *Styga*] Atque adeo ad Inferos, ubi ea palus.

Nimbifero] Nimirum nimbi atque nubes assidui fulminum atque tonitruum comites vel causæ.

Vindicis] Jovis, scilicet, qui eam pestem ad Tartara detrusit, si fabulis fides.

61 *Liber*] Bacchus, Indorum a Poëtis domitor decantatus.

62 *Alcides*] Hercules, cui a robore Græci illud nomen dederunt.

Œchalia] Plures fuerunt urbes eo nomine; sed ista fuit in tractu Messeniaco, quam Hercules ideo dirnit quod pactam sibi Iolem filiam Eurytus rex non daret. Verum de istis omnibus jam sæpius dictum.

63 *Modo*] Hoc dicit quia nuper e vivis Augustus excesserat.

Avum] Per adoptionem: namque ita Germanicus, de quo hic agitur, Tiberii fuit filius, Tiberius Augusti; uti jam sæpenumero inculcatum.

65 *Quid vivi*] Quod mala mea non penitus extinxerint.

67 *Vates*] Poëta vero fuit, Tranquillo aliisque si qua fides.

68 *Tuo judicio*] Siquidem poëticæ arti operam navaveris.

69 *Numen*] Alii *nomen:* Cæsaris, scilicet, cui quidem bellica laude partam famam, si lubet, addideris.

70 *Gloria Pieridum*] Decus Musarum, atque adeo summus poëta.

71 *Materiam*] Argumentum, quod

Digitized by Google

Nam modo bella geris, numeris modo verba coërces,
  Quodque aliis opus est, hoc tibi ludus erit.
Utque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo est,
  Sed venit ad sacras nervus uterque manus;
Sic tibi nec docti, nec desunt principis artes:
  Mixta sed est animo cum Jove Musa tuo.
Quæ quoniam nec nos unda summovit ab illa,
  Ungula Gorgonei quam cava fecit equi;
Prosit, opemque ferat communia sacra tueri:
  Atque isdem studiis imposuisse manum:
Littora pellitis nimium subjecta Corallis
  Ut tandem sævos effugiamque Getas;
Clausaque si misero patria est, ut ponar in ullo,
  Qui minus Ausonia distet ab Urbe, loco:

potes illos in totum omittere. Namque interdum geris bella, nonnunquam astringis voces numeris; et quod est negotium aliis est tibi jocus. Et sicuti Apollo neque piger est ad citharam, neque ad arcum, sed nervus uterque tangitur a sacris manibus; ita neque docti, neque Principis artes tibi desunt; verum Musa est juncta Jovi in mente tua. Quæ Musa *quandoquidem neque nos repulit ab illa aqua, quam ungula cava equi Gorgonei aperuit, juvet* me, *et auxilium præbeat incumbere iisdem sacris, atque admovisse manum iisdem studiis, ut denique recedam ab oris nimium subditis Corallis pellibus indutis, et feris Getis. Atque, si patria est interdicta* mihi *infelici, ut collocer in sedibus quæ sint*

mavis agnoscunt.—72 Ha. *tot. desinere ill.*—73 In multis editis *bella* pro *verba*. —74 Medonian. et P. Dan. *labor* pro *opus*. Mox V. cum plurimis aliis *ludus;* vulg. *lusus*.—75 Unus Heins. *arc. lentus A*.—79 Jun. Serv. et pr. Ed. *vos* pro *nos;* et tum duo libri *und. dimovit ab*.—81 Serv. et quatuor alii cum Bersm. Ed. *sacr. tuenti*.—85 *Ullo* reposuit Heins. ex Mor. pro vulg. *illo*.—86 Multæ

NOTÆ

a Poëtis tractetur. Haud par vero sequitur gloria scriptorem et actorem rerum.

73 *Numeris modo*] Illud vero est versus pangere.

74 *Ludus*] Atque in eo laus summa.

75 *Citharam*] Quæ musicæ est instrumentum, quo per otium utimur.

Arcum] Qui in bello usum suum obtinet.

76 *Uterque*] Quo et cithara movetur et arcus tenditur.

78 *Jove*] Hoc est, Principis et Imperatoris prudentia et arte politica.

Musa] Poëtica facultas.

79 *Quæ*] Musa, scilicet.

Illa] Fontis Hippocrenes, quem in Parnasso monte ictu pedis Pegasus equus alatus aperuit.

80 *Gorgonei*] Jam sæpius alatum illum equum ex Medusæ Gorgonis sanguine procreatum fuisse admonuimus.

81 *Communia*] Tibi, o Germanice, mihique Nasoni.

84 *Effugiam*] Illud erat quo communia sacra sibi prodesse cupiebat.

86 *Ausonia*] Roma est, cui ab Ausonibus antiquissimis Italiæ populis hoc datum nomen.

Digitized by Google

Unde tuas possim laudes celebrare recentes,
Magnaque quam minima facta referre mora.
Tangat ut hoc votum cœlestia, care Suilli,
Numina, pro socero pæne precare tuo. 90

minus remotæ ab Urbe Ausonia: unde queam tollere gloriam tuam novam, et celebrare facta fortia quam minimo spatio temporis. Orato, dilecte Suilli, pro socero fere tuo, ut hoc votum moveat Deos superos.

Edd. *A. distat ab:* et tum P. *urb. locus.*—87 Heins. malebat *celebr. recenter.*—88 Bersm. edidit *Magnaq. cum minima.* Et in quibusdam vett. quos citat Fabricius *per minimam...moram.*—90 Ms. Bersm. *socero sæpe prec.*

NOTÆ

87 *Recentes*] Cum primum præclare aliquid a te gestum, non longo post tempore, uti id cogor facere quamdiu in Scythas sum remotus.

90 *Pæne*] Quia, ut supra dixit, illius fuit maritus Naso cujus filiam Suillius duxerat uxorem.

EPISTOLA IX.

GRÆCINO.

ARGUMENTUM.

Factus certior Poëta quod Græcinus consul designatus sit, dolet quod absit, nec possit lætitiam conceptam coram exponere, fruique spectaculis: quare, cum aliter nequeat, jubet hanc epistolam partes suas obire. Deinde eum rogat ut pro se precetur, ac reditum impetret: postremo dicit se non minus gaudere, quod illi in consulatu successurus sit ejus frater, quos ambos precatur ut sibi opem ferant; exponens exilii sui incommoda.

Unde licet, non unde juvat, Græcine, salutem
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis.

Græcine, Naso mittit tibi hanc salutem ab aquis Euxinis, unde concessum est, non

NOTÆ

1 *Juvat*] Me, scilicet, qui te in Urbe, vel ex loco saltem propinquiore, salutare mallem.

Digitized by Google

Missaque Di faciant Auroram occurrat ad illam,
  Bis senos fasces quæ tibi prima dabit.
Ut, quoniam sine me tanges Capitolia Consul,
  Et fiam turbæ pars ego nulla tuæ,
In domini subeat partes, et præstet amici
  Officium jusso litera nostra die.
Atque ego si fatis genitus melioribus essem,
  Et mea sincero curreret axe rota;
Quo nunc nostra manus per scriptum fungitur, esset
  Lingua salutandi munere functa tui.
Gratatusque darem cum dulcibus oscula verbis:
  Nec minus ille meus, quam tuus, esset honor.
Illa (confiteor) sic essem luce superbus,
  Ut caperet fastus vix domus ulla meos.
Dumque latus sancti cingit tibi turba Senatus,
  Consulis ante pedes ire viderer Eques.

unde gratum est. Atque Dii velint missa veniat ad illum diem, qui primus tibi offeret duodenos fasces: ut, siquidem Consul venies in Capitolium sine me, et ego non ero pars tui agminis, epistola nostra præstet vicem domini, et fungatur officio amici die assignato. Atque si ego essem natus fatis æquioribus, et mea rota verteretur axe integro, lingua nostra obiisset munus tui salutandi, quod manus nunc obit per scriptum; et congratulatus obtulissem oscula cum leni oratione: neque ille honor minus esset meus quam tuus. Confiteor, ita essem elatus illo die, ut vix ulla domus teneret meam superbiam. Dumque agmen sancti Senatus stipabit tuum latus, ego

2 Comb. *ab hirsutis h. t. N. Getis.*—4 Sex scripti *prim. dedit.*—5 *Ut* Heins. recepit ex decem scriptis pro vulg. *Et.* Mox P. *me tangis C.*—7 Alii habent *dom. subeant part.*—8 *Jusso...die* Merula interpretatur die quo epistolam hanc esse Romæ jussit, nempe Kal. Januariis. *Nostro litera missa die* codex P. Servii; quod posset capi, ut ' meus dies :' vid. Gronov. I. Obs. 2. Gevart. Lect. Papin. II. 18. sed melius forte, *festo litera nostra die;* ut vs. 56. *litera missa* duo libri. *Burm.*—9 Mor. *Ast ego.* Mox libri vett. exhibent *genitus m. essem;* vulgati autem *essem m. ortus.*—12 Serv. *salut. munera funct.*—14 Tres scripti *ess. honos.*—16 R. et P. Dan. *illa* pro *ulla.*—17 P. Dan. *lat. summi cing.* et potiores, teste Heins. *cinget.*—18 Rectius *viderer* cum uno Vaticano. *Heins.*

NOTÆ

3 *Auroram*] Pro die posuit; Kalendis, scilicet, Januarii, quo in Capitolium designati Consules ad vota nuncupanda ascendebant.

4 *Bis senos*] Adeoque Consulatum demandabit: duodecim namque lictores cum singulis virgarum fascibus mediaque securi Consules præcedebant.

6 *Turbæ*] Quæ te in Capitolium euntem comitabitur.

10 *Sincero*] Non mutilato, aut fere fracto.

Rota] Pro vita; similitudine a quadrigis sumta.

14 *Ille*] Quo fruebatur per Consulatum.

16 *Ut caperet*] Proverbio dixit, quo-

Digitized by Google

Et quanquam cuperem semper tibi proximus esse,
  Gauderem lateri non habuisse locum.
Nec querulus, turba quamvis eliderer, essem:
  Sed foret a populo tunc mihi dulce premi.
Prospicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
  Densaque quam longum turba teneret iter.
Quoque magis noris quam me vulgaria tangant,
  Spectarem, qualis purpura te tegeret.
Signa quoque in sella nossem formata curuli,
  Et totum Numidæ sculptile dentis opus.
At cum Tarpeias esses deductus in arces,
  Dum caderet jussu victima sacra tuo;
Me quoque secreto grates sibi magnus agentem
  Audisset, media qui sedet æde, Deus.
Thuraque mente magis plena, quam lance, dedissem
  Ter quater, imperii lætus honore tui.

eques cernerer incedere ante pedes Consulis. Et tametsi optarem esse semper tibi junctus, lætarer non habuisse spatium ad latus. Neque quererer, tametsi premerer multitudine; verum esset mihi suave tum lædi a populo. Prospicerem lætus quanta esset series incedentium, et quam longum iter spissum agmen teneret. Et ut magis intelligas quantum trivialia me moveant, aspicerem qualis purpura te vestiret. Exquirerem etiam simulacra ficta in sella curuli, et totum opus sculptum dentis Numidici. At cum esses deductus in Capitolium, dum hostia sacra mactaretur tuo imperio, Deus qui stat in medio templo audisset me etiam agentem sibi gratias secreto. Atque obtulissem thura magis animo pleno quam patina, gaudens ter et *quater gloria*

Vulg. *juberer*.—20 *Lateri* plurimi libri, teste Heins. alii *lateris*. Tum unus Voss. *vix habuiss*.—23 P. Dan. *Aspicerem gaud*.—25 Ms. Bersm. *Utque mag*. Tum Edd. Mycill. Gryph. et Bersm. *nosoas* pro *noris*. Mox Jun. Leid. et P. *vulg. tangunt*.—26 Ms. Bersm. *Prospicerem qual*.—28 Ms. Bersm. Jun. et P. Dan. *Numidi;* Pol. et quatuor alii *nitidi;* octo *mundi*. Deinde unus Medonian. *dent. ebur*.—29 Jun. et duo alii *Et* pro *At:* Ms. Bersm. *Aut*.—32 P.

NOTÆ

modo et nos diceremus, *Il n'y auroit pas assez d'une maison pour contenir ma fierté*.

18 *Ire*] De more equitum, qui senatum solebant per hujusmodi pompam præcedere.

20 *Gauderem*] Quia maximæ turbæ faventis, et majoris honoris indicium.

27 *Signa*] Simulacra et rerum imagines.

Sella] Sede Consulari eburnea.

28 *Numidæ*] Elephantis Numidici et Africani. Norunt, scilicet, omnes ebur Elephantorum dentes esse.

29 *Tarpeias*] Capitolium dicit, de quo toties.

30 *Caderet*] Diis in sacrificium mactaretur.

32 *Deus*] Jupiter, scilicet.

33 *Mente magis*] Sensit adeoque

Digitized by Google

Hic ego præsentes inter numerarer amicos;
  Mitia jus Urbis si modo fata darent.
Quæque mihi sola capitur nunc mente voluptas,
  Tunc oculis etiam percipienda foret.
Non ita Cœlitibus visum est, et forsitan æquis:
  Nam quid me pœnæ causa negata juvet?
Mente tamen, quæ sola loco non exulat, utar:
  Prætextam, fasces aspiciamque tuos.
Hæc modo te populo reddentem jura videbit;
  Et se secretis finget adesse locis.
Nunc longi reditus hastæ supponere lustri
  Cernet, et exacta cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum verba Senatu,
  Publica quærentem quid petat utilitas.

tui Consulatus. Ego hic recenserer inter præsentes amicos, si modo sors lenis concederet jus urbis. Et gaudium quod nunc percipio sola cogitatione esset tunc quoque usurpandum oculis. Non ita placitum Superis, et forte justis: nam quid mihi prosit causa negata supplicii? Utar tamen animo, qui solus non pellitur loco; et spectabo trabeam, et fasces tuos. Ille tantum te aspiciet dicentem jus plebi: et putabit se adesse in locis secretis. Modo videbit subjicere hastæ proventus prolixi lustri, et addicere omnia fide accurata. Modo te *disertum dicere in frequenti Se-*

Dan. *sed. urbe, D.*—33 Ms. Bersm. *quam plena*, inverso ordine.—36 In vulgatis *jus verbis:* ' tu lege, *Jus urbis:* sic enim et Aldina editio habet. Est autem sensus: Si fata mihi darent jus urbis: hoc est, ut possem in urbe, sive Romæ esse, præsens inter præsentes amicos tuos numerarer. Nunc quando hoc non licet, absens animo ea contemplabor, quæ coram oculis non possum. Neque satis Latine dicitur, ' Dare jus verbis,' pro dare facultatem loquendi: caretque talis oratio exemplis.' *Micyll.*—37 Ms. Bersm. *sol. capta est nunc.*—40 *Culpa* pro *causa* malebat Heins. Tum Ms. Bersm. Serv. et Leid. *neg. juvat.*—41 Leid. *utor* pro *utar;* Heins. malebat *usus.*—44 *Locis* ex tribus libris Heins. edidit vice vulg. *tuis.*—45 P. Dan. *Nunc longe red.* Serv. et sex alii *longæ;* et Ha. *positæ.*—46 *Cernet* ex sex scriptis Heins. re-

NOTÆ

hic Ethnicus homo quod docet verus Deus, non hostiis sed pia mente esse colendum.

34 *Ter quater*] Sæpius.

36 *Jus urbis*] Id est, Ut in Urbe esse possem.

40 *Nam quid*] Quia æquos forte Deos dixerat hoc addidit; uti illos æquos sane declaret.

41 *Non exulat*] Quia quæcumque cupit secum volvit: quæ prærogativa quanta sit nullus satis miretur.

42 *Prætextam*] Vestem Consularem.

Fasces] Quos Consuli præferri a lictoribus jam sæpius diximus.

43 *Hæc*] Mens mea, scilicet.

45 *Longi*] Quippe quatuor annorum spatium continentis, in quod tempus vectigalia publica locabantur.

Hastæ] Id est, publicæ auctioni, quæ per præconem, apposita hasta, peragebatur.

Digitized by Google

Nunc, pro Cæsaribus, Superis decernere grates;
  Albave opimorum colla ferire boum.
Atque utinam, cum jam fueris potiora precatus,
  Ut mihi placetur numinis ira, roges!
Surgat ad hanc vocem plena pius ignis ab ara;
  Detque bonum voto lucidus omen apex.
Interea, qua parte licet, ne cuncta queramur,
  Hic quoque te festum Consule tempus agam.
Altera lætitiæ, nec cedens causa priori,
  Successor tanti frater honoris, erit.
Nam tibi finitum summo, Græcine, Decembri
  Imperium, Jani suscipit ille die.
Quæque est in vobis pietas, alterna feretis
  Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.

natu, disquirentem quid commune bonum exigat. Modo decernere gratiarum actiones Diis pro Cæsaribus, vel percutere cervices albas taurorum pinguium. Atque utinam, postquam jam oraveris majora, petas, ut ira Dei leniatur mihi! flamma pia emicet ex pleno altari ad hanc vocem, et cacumen splendidum præbeat lætum omen voto. Interea, ne queramur omnia agitabo etiam hic diem festum te Consule, qua parte conceditur. Altera causa gaudii, neque minor priore, frater tuus *erit successor tanti honoris. Nam ille init imperium die Jani, tibi absolutum ultimo Decembri, Græcine. Et, qui est vobis amor, fruemini lætitia mutua, tu fascibus fratris, ille*

cepit pro vulg. *Credet.*—47 Jun. *medium...Senatum.* Leid. *medio facundia v. Senatu.*—49 P. Dan. *S. te reddere gr.*—51 R. et quatuor alii *fuer. majora pr.*—52 *Numinis* ex Comb. et Mor. vulg. *principis;* et quatuor *Cæsaris.*—53 Ms. Bersm. *prius* pro *pius.*—56 Duo libri *Cons. lætus ag.*—57 In vulgatis *lætitia est:* multi vett. *lætitiæ est:* at tres alii *lætitiæ;* rectius, judice Heins. Deinde R. et P. Dan. cum multis aliis *nec cedet caus.*—59 P. Dan. *G. Decembris.*—62 Duo libri *fratr. fastibus ill.*—64 Alii *dom.*

NOTÆ

46 *Exacta*] Ne quid boni publici per negligentiam dilabatur.

47 *Facundum*] Græcinum, scilicet, Consulem mens mea cernet.

48 *Quærentem*] Generis deliberativi oratione dispicientem.

49 *Decernere*] Statuere, ut Diis gratiæ agerentur, et victimæ cæderentur, seu pro victoria seu alio quopiam beneficio.

52 *Numinis*] Tiberii, scilicet, qui tum temporis imperium, defuncto Augusto, tractabat.

53 *Surgat*] Boni augurii causa.

54 *Apex*] Extrema flamma in cœlum sublata, cujus præsertim rationem habebant.

55 *Parte*] Rerum, scilicet, aut temporis.

57 *Priori*] Illi, scilicet, quam de Græcini consulatu Naso conceperat.

58 *Successor*] Ille vero in Consulum ordine apparet cum C. Cœlio Rufo; non hic ad quem scribit Poëta.

59 *Summo Decembri*] Ultimo die Decembris.

Digitized by Google

Sic tu bis fueris Consul, bis Consul et ille;
Inque domo bimus conspicietur honor.
Qui quanquam est ingens, et nullum Martia summo
Altius imperium Consule Roma videt;
Multiplicat tamen hunc gravitas auctoris honorem,
Et majestatem res data dantis habet.
Judiciis igitur liceat Flaccoque tibique
Talibus Augusti tempus in omne frui.
Ut tamen a rerum cura propiore vacabit;
Vota precor votis addite vestra meis.
Et, si quem dabit aura sinum, laxate rudentes;
Exeat e Stygiis ut mea navis aquis.
Præfuit his, Græcine, locis modo Flaccus; et illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.

tuis. Ita tu fueris bis Consul, et ille bis Consul, et duplex honor videbitur in domo. Qui quanquam est amplus, neque Roma bellicosa aspicit imperium excelsius supremo Consule; nihilominus Majestas auctoris auget hunc dignitatem, et res data habet amplitudinem præbentis. Concedatur ergo et Flacco et tibi frui semper hujusmodi judiciis Augusti. Cum tamen licebit vobis per curas quæ ad vos magis spectent, jungite, quæso, vestras preces meis votis. Et si ventus faciet aliquem sinum, solvite rudentes ut mea navis emergat ex aquis infernis. Flaccus præpositus fuit nuper his locis, Græcine, et sævum littus Danubii fuit securum illo præside. Hic tenuit

---

binus consp.—71 *Ut* Heins. recepit ex sex scriptis pro vulg. *Cum*. Mox duo libri *prop. vacabis.*—73 *Quem* Heins. recepit ex tribus scriptis pro vulg. *qua*. Mox *laxate* habet pr. Ed. quod Heins. impense arridet; alii *jactate.*—74 F. *Ex. Euxinis ut*. Pro vulg. *e* quidam scripti et editi habent *a.*—77 Jun.

NOTÆ

60 *Imperium*] Consulatum, scilicet, qui prioribus deponendus cum singulis annis novi duo crearentur, nisi iidem confirmarentur.

Jani die] Kalendis Januarii.

62 *Fascibus*] Consulatu, qui per fasces intelligitur, de quibus jam toties.

65 *Nullum*] Si modo Imperatoris ipsius dignitatem excipias.

71 *Propiore*] Quæ magis ad res suas spectet.

73 *Sinum*] In velis vero fiunt sinus si qua parte impellant venti. Ceterum per sinum opportunitatem intellige, seu favorabilem occasionem ad aliquid pro Nasone impetrandum.

Laxate] Pergit ex eadem metaphora Naso Græcinum, quid pro se opus sit facto, edocere; ut nimirum sicuti rudentum ope ventorum vim in vela nautæ pro arbitrio determinant, ita prudenti sua oratione Græcinus cum fratre opportunitate in commodum suum utantur.

74 *Navis*] Pro Nasone ipso, aut ejus vita.

Aquis] Inferis; quibus Scythicam regionem parem facit.

75 *Flaccus*] Frater tuus.

76 *Ripa*] Pro gentibus posuit quæ Danubii frequentabant ripam.

Digitized by Google

Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli:
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Hic raptam Trosmin celeri virtute recepit,
Infecitque fero sanguine Danubium.
Quære loci faciem, Scythicique incommoda cœli;
Et quam vicino terrear hoste, roga.
Sintne litæ tenues serpentis felle sagittæ:
Fiat an humanum victima dira caput.
Mentiar, an coëat duratus frigore pontus;
Et teneat glacies jugera multa freti.
Hæc ubi narrarit, quæ sit mea fama, require;
Quoque modo peragam tempora dura, roga.
Nec sumus hic odio, nec scilicet esse meremur:
Nec cum Fortuna mens quoque versa mea est.

nationes Mysas in pace certa, hic tremefecit gladio Getas confisos arcu. Hic recuperaverit expromta virtute Trosmin sublatam, et tinxit Istrum cruore barbaro. Percontarè ex illo formam loci, et molestias aëris Scythici; et pete quam proximo hoste terrear. Spicula parva sintne tincta felle anguis; caputne humanum fiat crudelis hostia. Fingam, an Pontus concretus frigore congeletur, et glacies occupet multa jugera maris. Postquam hæc retulerit, interroga quæ sit mea fama, et pete quomodo exigam tempora aspera. Neque hic sumus inrisi, neque videlicet meremur esse: neque animus meus mutatus est etiam cum sorte mea. Illa pax mentis, quam

---

Terruit hic M. Multi etiam *missas* pro *Mysas;* et Mor. *missus.*—78 Ms. Bersm. *arc. fixos terr.*—79 Pro *raptam* Heins. edidit *captam.* ‘*Raptam,*’ quod plures scripti et editi habent, reduxi; quod majoris laudis verbum est, quasi celeritate, vi, et strategemate urbem antea ab hostibus raptam iisdem artibus receperit. Ita Flor. II. 17. ‘rapta impetu Hispania;’ et sic passim. *Burm.* Deinde pro *Trœzen* Editio Aldi ultima, *Rœsen:* Regius, *Trosanem:* Moreti, *Trezenam:* Servii, *Troisen:* prim. editio, *Trœson:* Polit. *Trœcen:* opt. Vatican. *Tresmen.* Scribe, *Trosmin.* Τρισμὶς Ptolemæo est Mysiæ inferioris oppidum: sed legendum Τρωσμὶς vel Τρωσμίς· nam Τρῶσμις Constantino Porphyrogenetæ lib. II. Them. 1. Antonini etiam Itinerario *Trosmis* est, et Notitiæ Imperii: neque variant illic libri veteres. *Heins.*—80 P. cum pr. et aliis Edd. *Infestumque fer.*—81 Unus Heins. *incomm. ponti.*—82 R. *host. Getas.*—84 Ed. Bersm. *ad* pro *an.* Mox duo libri *vict. sacra cap.*—85 Pro *Mentiar* sex libri *An fluat;* tres *Effluat;* et Mor. *Et fluat.*—87 Ed. Gryph. *Hic ubi.*—89 Editi plurimi et scripti nonnulli *Non sum.* Mox P. Dan. *od. cuiquam non.*

NOTÆ

77 *Mysas*] Populos Mysiæ, qui intra Hæmum montem et Danubium fluvium continentur, magisque Mœsi dicuntur.

79 *Trosmin*] Mysiæ inferioris est oppidum, quod Scythæ Romanis sustulerant.

80 *Fero*] Ferorum Scytharum.

84 *Fiat*] Hospites vero immolabant etiam Scythæ.

90 *Versa*] Ut ex bona prava facta sit, sicuti ex læta sors mea in tristis-

Digitized by Google

Illa quies animo, quam tu laudare solebas,
Ille vetus solito perstat in ore pudor.
Sic ego sum longe, sic hic, ubi barbarus hostis,
Ut fera plus valeant legibus arma, facit;
Rem queat ut nullam tot jam, Græcine, per annos
Fœmina de nobis, virve, puerve queri.
Hoc facit, ut misero faveant adsintque Tomitæ;
Hæc quoniam tellus testificanda mihi est.
Illi me, quia velle vident, discedere malunt:
Respectu cupiunt hic tamen esse sui.
Nec mihi credideris: extant decreta, quibus nos
Laudat, et immunes publica cera facit.
Conveniens miseris hæc quanquam gloria non est,
Proxima dant nobis oppida munus idem.

tu consueveras probare, illa verecundia antiqua permanet in vultu assueto. Ita ego sum longe, ita hic, ubi ferus hostis facit, ut arma crudelia plus possint legibus, Græcine, ut nulla fœmina aut maritus, aut puer possit conqueri de nobis re ulla per tot jam annos. Istud causæ est, ut Tomitæ bene cupiant mihi, *et juvent miserum; quandoquidem hæc terra est mihi in testem vocanda. Illi malunt me hinc proficisci, quia cernunt me cupere, vovent tamen hic esse sua causa. Neque habueris mihi fidem: supersunt decreta quibus tabulæ communes nos probant et præstant exemtos omni onere. Tametsi hæc gloria non est conveniens infelicibus, vicinæ urbes præ-*

---

ess.—91 In vulgatis erat *quies animi est:* at multi delent τὸ *est*, et opt. V. habet *animo*. Tum Ms. Bersm. *quem tu.*—92 Tres libri *restat* pro *perstat*. —93 Versus suspectus. *Heins.*—95 *Re...nulla* meliores. *Heins.* Ego nihil muto: nam et ita Noster mox Eleg. XI. 6. 'Sensisses ultra, quod queererere, nihil:' et Eleg. XIV. 27. 'Frigus, &c. queror:' et ita optimus quisque latinitatis auctor. Vide ad Petron. cap. 91. *Res nullas* Junii codex. *Burm.*— 97 Leid. et editi nonnulli *Hæc facit.*—99 *Quia* Heins. dedit ex scriptis pro vulg. *qui.* Idem etiam vellet *disced. malint;* et in seq. vs. *cupiant.* Deinde Mor. Serv. et pr. Ed. habent *ess. suo.*—101 Heins. mallet *Neu mihi.*— 103 Heins. rescripsit *hæc* cum uno V. et Twisden. vel legit *ea:* putat etiam

NOTÆ

simam mutata est.

91 *Quies animo*] Bonæ mentis tranquillitas, quæ in vultum et omnem actionem diffunditur. Qua quidem virtute vix aliud pluris facias, modo satis quid ille voluerit quidve dicam intelligas.

92 *Pudor*] Qui de se modeste, de aliis bene sentire quempiam indicat.

93 *Hostis*] Getæ, scilicet, non Tomitani.

98 *Hæc quoniam*] Quasi dicat non satis idoneos esse testes Tomitanos qui de exquisitiori sua virtute judicarent.

102 *Immunes*] Ab omni civitatis onere et tributis exemtos facit.

Cera] Qua tabulæ ad scribendum illinebantur, vel etiam Reipublicæ, sigilla continebantur.

103 *Conveniens*] Miserum enim gloriari non decet.

Digitized by Google

Nec pictas ignota mea est: videt hospita tellus
In nostra sacrum Cæsaris esse domo.
Stant pariter natusque pius, conjuxque sacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.
Neu desit pars ulla domus, stat uterque nepotum:
Hic aviæ lateri proximus, ille patris.
His ego do toties cum thure precantia verba,
Eoo quoties surgit ab orbe dies.
Tota, licet quæras, hoc me non fingere dicet,
Officii testis, Pontica terra, mei.
Pontica me tellus, quantis hac possumus ora,
Natalem ludis scit celebrare Dei.
Nec minus hospitibus pietas est cognita talis,
Misit in has si quos longa Propontis aquas.

bent nobis eandem immunitatem. Neque mea pietas est occulta: terra hospitalis cernit sacellum Augusti esse in nostris ædibus. Atque pius filius ejus, *et uxor sacerdos, numina non minora Deo jam sacrato, juxta etiam sunt erecti. Neve pars aliqua domus absit, ambo nepotes stant, hic junctus lateri aviæ, ille patris. Offero toties illis voces supplices cum thure, quoties dies exoritur a plaga Orientali. Tellus Pontica tota conscia officii mei non dicet me mentiri istud, quanquam requiras. Tellus Pontica novit me celebrare* diem *natalem Dei ludis quantis possumus in hac regione. Neque hujusmodi pietas est minus perspecta peregrinis, si longa Propontis*

posse refingi *hæc...gratia;* scil. hic favor.—105 *Tellus* ex Pol. et tribus aliis Heins. putat rectius quam vulg. *terra.*—109 Pol. *una* pro *ulla.*—110 Leid. et P. Dan. *Hic Liviæ lat.*—112 Pr. Ed. *fulget* pro *surgit:* et Serv. *ab axe dies.*—113 Pro *Tota* pr. Ed. *Terra;* et P. Dan. *Cuncta.* Mox Mor. *quær. me nunquam fing.*—116 R. P. Dan. et undecim cum pr. Ed. *celebr. diem.*—119 Sic

NOTÆ

105 *Pietas*] In Cæsares, scilicet, uti mox patebit.

106 *Sacrum*] Sacellum Augusto dicatum.

107 *Stant*] In eodem sunt sacello.

Natus] Tiberius.

Conjux sacerdos] Livia Augusti uxor castissima, quæ non aliter maritum suum quam sacerdos Deum colit.

108 *Facto*] De Augusto loquitur, inter cœlites, etiam dum mortales auras duceret, recensitus.

109 *Domus*] Augustæ, scilicet.

Uterque] Germanicus, scilicet, et Drusus: namque de extinctis Caio Lucioque Cæsaribus si intellexeris, illos superstites Naso neglexisset.

110 *Hic*] Germanicus, scilicet, cui Livia avia fuit.

Ille] Drusus Tiberii filius.

112 *Eoo*] Orientali.

115 *Quantis*] Quibuscumque liceret modis se dicit Naso Augusti natales celebrare, athleticis etiam ludis et gymnicis de more.

116 *Natalem*] Diem quo natus Augustus; nonum, scilicet, Kalendas Octobris, ex veteri temporum ratione; namque Cicerone et Antonio Consulibus, anno ante Christum natum 61.

Digitized by Google

Is quoque, quo lævus fuerat sub Præside Pontus,
Audierit frater forsitan ista tuus.
Fortuna est impar animo, talique libenter
Exiguas carpo munere pauper opes.
Nec vestris damus hæc oculis, procul Urbe remoti:
Contenti tacita sed pietate sumus.
Et tamen hæc tangent aliquando Cæsaris aures.
Nil illum, toto quod fit in orbe, latet.
Tu certe scis hoc, Superis ascite, videsque,
Cæsar! ut est oculis subdita terra tuis.
Tu nostras audis inter convexa locatus
Sidera, solicito quas damus ore, preces.
Perveniant istuc et carmina forsitan illa,
Quæ de te misi cœlite facta novo.
Auguror his igitur flecti tua numina, nec tu
Immerito nomen mite Parentis habes.

dimisit aliquos in has aquas. Ille etiam tuus frater, sub quo Præfecto Pontus sinister fuerat, acceperit forte ista. Sors est dispar menti, atque pauper insumo aliquiter parvas opes ad hujusmodi officium. Neque longe dissiti ab Urbe exhibemus ista vestris oculis; verum sumus contenti secreta pietate. Et tamen hæc venient aliquando in aures Cæsaris. Nihil illi est occultum quod geritur in toto mundo. Tu Cæsar addite Diis certe nosti istud, atque intueris, ut tellus est subjecta tuis oculis. Tu positus inter rotunda astra audis nostras orationes, quas offerimus ore anxio. Forte etiam accedant illuc illi versus compositi, quos emisi de te recenti Deo. Hariolor ergo tua numina molliri istis; neque tu habes nomen lene Patris sine causa.

Aldin. Ed. in multis editis *quoq. quo fuerat levior sub.* Heins. etiam ex quinque scriptis edidit *lærus...Pontus.*—120 Serv. P. Dan. et Edd. Gryph. et Bersm. *Audierat frat.*—125 Ha. *hæc tangant aliq.*—126 *Nil illi* tres libri, quod Burm. Latinius putat.—127 Editi et scripti nonnulli *hæc* pro *hoc;* Mor. *en.* Mox P. Dan. et Mor. *S. accite, videsq.*—128 *Ut* Heins. reponit ex priscis. Edd. vulg. *et.*—131 *Perveniant* meliores, teste Heins. alii *Pervenient.*—133 Ms. Bersm. *tua pectora; nec.*

NOTÆ

circa initium mensis Julii, si ex Kalendario Juliano numeres, natus ille dicitur.

118 *Misit*] Præbuit aditum.

Propontis] In longitudinem vero porrigitur mare ab Hellesponto in Thracium Bosporum, quod Propontis dicitur.

119 *Lævus*] Mysas gentes quandoquidem in pace tenuerit Flaccus, Græcini frater, ut supra vidimus, difficile non est intelligere quid sit Pontus lævus: Mœsia, scilicet, et Dacorum atque Getarum confinia.

121 *Fortuna est*] Id est, Non tantum quantum cuperem possum in declaranda mea erga Augustam domum pietate insumere.

Digitized by Google

NOTÆ

127 *Ascite*] Inter Deos relate.
132 *Misi*] Romam, scilicet; sed illud poëma periit.
134 *Parentis*] Pater patriæ augustissimo nomine ultro a Senatu Augustus appellatus est.

EPISTOLA X.

ALBINOVANO.

ARGUMENTUM.

Ad Pedonem Albinovanum amicum et poëtam scribens Ovidius, tempus exprimit quo ipse in Pontica ora vitam egerit inter Getas pellitos: malaque sua, quæ commemorat, malis Ulyssis majora esse colligit. Postremo illum rogat ut fidem sibi servet in adversis; imiteturque Theseum, cujus gesta ipse carmine complectebatur.

Hic mihi Cimmerio bis tertia ducitur æstas
  Littore, pellitos inter agenda Getas.
Ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum
  Duritiæ confers, Albinovane, meæ?
Gutta cavat lapidem; consumitur annulus usu; 5.
  Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Sexta æstas agitur hic mihi in ripa Cimmeria, traducenda inter Getas pellibus indutos. Anne, dilectissime Albinovane, comparas saxa ulla, aut ullum ferrum meæ duritiæ? Gutta terit saxum, annulus consumitur usu, et vomer curvus minuitur.

1 Alii *Hæc* vel *Hac, mih.* Tum in R. et septem aliis *Bistonio bis:* pr. Med. *in Emonio:* et *Eumonio* P. Dan. pro var. lect. in aliis *in Euxino;* at *Cimmerio* placuit Heins.—2 P. Dan. *int. habenda* G.—3 Ita edidit Heins. ex duobus libris; vulg. *Et quos...et quod:* Jun. *Et tu quos.*—6 Ro. *Conteritur pr.*

NOTÆ

1 *Cimmerio*] Pro Scythico posuit; namque Cimmerium multo remotius ad paludem Mæoticam.
4 *Confers*] Comparas. Sibi innuit maximam esse in ferendis malis animi magnitudinem.

Digitized by Google

Tempus edax igitur, præter nos, omnia perdet?
  Cessat duritia mors quoque victa mea.
Exemplum est animi nimium patientis Ulixes,
  Jactatus dubio per duo lustra mari.
Tempora soliciti sed non tamen omnia fati
  Pertulit; et placidæ sæpe fuere moræ.
An grave sex annis pulchram fovisse Calypso,
  Æquoreæque fuit concubuisse Deæ?
Excipit Hippotades, qui dat pro munere ventos,
  Curvet ut impulsos utilis aura sinus.
Nec bene cantantes labor est audisse puellas;
  Nec degustanti lotos amara fuit.

terra solida. Adeoque tempus vorax absumet omnia, præter me? Mors languet superata etiam duritia mea. Ulysses est exemplum animi supra modum fortis, agitatus per decem annos incerto mari. Attamen non passus est omnia tempora sortis anxiæ, et fuerunt frequenter spatia commoda. An fuit *molestum amplecti formosam Calypso sex annis, et cubuisse cum Dea marina? Hippotades* eum *excipit, qui præbet ventos in donum, ut flatus propitii sinuent vela impulsa. Neque labor est audisse puellas pulchre canentes; neque lotos fuit amara degustanti. Ego*

Heins. malit *Atteritur* vel *Deteritur*. F. etiam *passa* pro *pressa*.—7 *Perdet* meliores, teste Heins. vulg. *perdit:* unus Ha. *perdat*.—11 Ciofanus ex multis vett. profert *non:* at multi cum quibusdam scriptis legunt *quæ*. Ed. pr. *non tantum omn*.—12 Pr. Ed. *et placitæ sæp*.—13 Jun. *Calypson;* Leid. *Calypsum*.—17 Editi et scripti quidam *Non*, et pr. Ed. *Num*, pro *Nec*. Mox *audisse*

NOTÆ

7 *Præter nos*] Per indignationem istud a Poëta dictum; quem vivere tædebat.

9 *Exemplum*] Quanquam tanta non est passus quanta ego pertuli.

10 *Duo lustra*] Decennium. Quanquam enim quatuor annorum spatium tantum lustrum comprehenderet, uti ipsemet Naso supra indicavit, tamen, quia per quintum annum in quem desinebat numerabatur, illum quoque, ut et alii fecerunt, poëtica licentia comprehendit.

12 *Moræ*] Verbi gratia apud Calypsonem, Æolum, &c.

13 *Calypso*] Quæ Oceani et Thetidis filia; adeoque æquorea a Nasone appellatur.

15 *Hippotades*] Æolus est Hippotæ filius, rex ventorum, a quo benigne Ulysses acceptus, et ventis, quibus in patriam rediret, donatus.

16 *Curvet*] Curvantur vero et sinuantur vela cum ventis traduntur.

17 *Puellas*] Sirenes dicit, Parthenopen, Leucosiam, et Lygiam, Acheloi et Calliopes filias, quæ allectos cantu in mare deturbabant. Has tamen Ulysses, cera sociorum auribus obturatis, malo alligatus, ipse impune, Circes usus consilio, audivit.

18 *Lotos*] Arbor fuit in Africa, cujus fructus tam gratus ut, degustato illo, patriæ atque sociorum obliti sint quos sciscitatum miserat Ulysses.

Digitized by Google

Hos ego, qui patriæ faciant oblivia, succos
  Parte meæ vitæ, si modo dentur, emam.
Nec tu contuleris urbem Læstrygonis unquam
  Gentibus, obliqua quas obit Ister aqua.
Nec vincet sævum Cyclops feritate Phyacen:
  Qui quota terroris pars solet esse mei!
Scylla feris trunco quod latrat ab inguine monstris;
  Heniochæ nautis plus nocuere rates.
Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis;
  Ter licet epotum ter vomat illa fretum.

comparem parte vitæ meæ hos succos, qui inducant oblivia patriæ, si modo inveniantur. Neque tu comparaveris unquam urbem Læstrygonis nationibus, quas Danubius præterlabitur aqua obliqua. Neque Cyclops superabit crudelem Phyacen sævitia; qui quota solet esse pars mei pavoris! Cum Scylla latret sævis monstris ab inguine trunco, naves Heniochæ plus obfuerunt nautis. Neque potes comparare Charybdin crudelibus Achæis, quamvis illa ter reddat mare

quatuor libri et Bersm. alii *audire.*—19 Pro *faciant* P. *faciunt;* Serv. et pr. Ed. *facerent.*—20 P. Dan. *mod. detur, em.*—21 *Urbem* meliores plerique teste Heins. alii *urbes:* tum Comb. *Læstrygonos.*—23 In vulgatis erat *fer. Phylacem:* in Patavino, *Phareten:* in vetustissimo codice Romæ (ut ait Merula) *Piachen.* Sed nomen barbarum corruptum esse nihil mirum est. *Fabric. Phylacum* Regius: *Pyacem* Moreti: *Piacem* Servii: *Phæacem* Ms. Bersm. alii, *Pharacen, Phylacem, Piachen: Philacem* P. Dan.—24 P. Dan. *O quota.*—25 Editi quidam *Scyll. ferox tr.* Multi etiam *cum latret ab:* at *Quæ latrat* multi codices: nonnulli, *quod latret;* recte, nisi *quod latrat* præfers, cum uno Vatic. et Arund. vide Notas Epist. XVII. vs. 51. versu proximo, *nautis,* pro *nobis* plerique veteres. *Heins.*—26 Pro *Heniochæ* P. *Enotheæ;* pr. Ed. *Ennachiæ;* Ms. Bersm. *Ennochiæ.*—28 *Epotum* ex uno V. Heins. reposuit pro vulg. *epotet.* Mor.

NOTÆ

19 *Succos*] Qui ex loto exprimuntur.

21 *Læstrygonis*] De Antiphate Læstrygonum rege, qui alterum ex Ulyssis nuntiis voravit, supra dictum.

22 *Obliqua*] Quia non recto sed flexuoso cursu per Scythiæ populos labitur.

23 *Cyclops*] Polyphemus, scil. qui aliquot ex Ulyssis sociis devoravit.

Phyacen] Scytharum rex quipiam immanis.

24 *Qui*] Phyax, scilicet, incursionibus suis multum tremendus.

25 *Scylla*] De eo monstro, aut scopulo, vide quæ Metamorph. lib. XIV. dicta sunt: frustra namque totles eadem repeteremus.

Trunco] Truncum dicit, quia ea parte forma humana a monstris, lupis, scil. et canibus subjectis, separata erat.

26 *Heniochæ*] Heniochorum piratarum, qui in Colchica regione montosa et importuosa latrociniis maritimis vixere.

27 *Charybdin*] Hanc quoque fœminam, seu potius voraginem, vide in Metam.

Achæis] Populi fuerunt Scythiæ ferocissimi rapto viventes.

Digitized by Google

Qui quanquam dextra regione licentius errant,
  Securum latus hoc non tamen esse sinunt.
Hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis:
  Hic freta vel pediti pervia reddit hyems.
Ut, qua remus iter pulsis modo fecerat undis,
  Siccus contemta nave viator eat.
Qui veniunt istinc, vix vos ea credere dicunt.
  Quam miser est, qui fert asperiora fide!
Crede tamen: nec te causas nescire sinemus,
  Horrida Sarmaticum cur mare duret hyems.
Proxima sunt nobis plaustri ducentia formam,
  Et quæ præcipuum sidera frigus habent.
Hinc oritur Boreas, oræque domesticus huic est,
  Et sumit vires a propiore loco.
At Notus, adverso tepidum qui spirat ab axe,
  Est procul; et rarus languidiorque venit.

ter absorptum. Qui tametsi audacius vagantur dextra ora, non tamen patiuntur hanc plagam esse tutam. Campi sunt *hic sine frondibus, hic sagittæ* sunt *illitæ venenis; hic frigus facit maria pervia etiam pediti; ut viator navi neglecta incedat pede sicco, qua remus fecerat modo iter aquis impulsis. Qui accedunt istinc aiunt vos vix fidem habere. Quam infelix est, qui patitur graviora fide! Crede tamen; neque patiemur causas te latere, quamobrem asperum frigus congelet mare Sarmaticum. Astra exhibentia figuram vehiculi, et quæ sunt causa maximi frigoris, sunt nobis proxima. Boreas hinc surgit, et est familiaris huic plagæ; atque sumit impetum a loco viciniore. At Auster, qui flat calidius a polo opposito longe est, et rarus et debilior accedit. Adde quod fluvii hic junguntur mari*

---

etiam *ore* pro *illa*.—29 P. Mor. Jun. et sex alii cum Edd. Mycill. et Bersm. *licent. errent*; et Leid. *extant*.—30 P. *non latuisse sin*.—31 Decem scripti *Hic ager infrondis, hic*; et P. Dan. *informis*. Mox Heins. cum plerisque scriptis legit *tincta* pro vulg. *tecta*.—32 Ms. Bersm. *fret. quæ ped*.—33 P. Dan. et Edd. nonnullæ *Et qua*: Mss. Bersm. *Ut quo*.—35 Pro *istinc*, Jun. P. et duodecim alii *istuc*; sex *istic*.—37 *Causam* pro *causas* sex scripti et editi quidam.—39 *Ducentia* ex Fr. Heins. recepit pro vulg. *præbentia*.—40 Duo codices *quæ perpetuum sid*.—41 Edd. Gryph. Bersm. et aliæ *Hic oritur*. Mox

NOTÆ

29 *Dextra*] Per dextram oram maris Ponticl.

33 *Pulsis*] Remis, scil. pulsantur undæ.

35 *Istinc*] Roma, aut ex partibus meridionalibus.

36 *Fide*] Quam ut credi possint.

39 *Plaustri*] Septemtriones dicit, seu Ursam; quæ quidem frigoris non causa, sed signum; siquidem terræ quæ polum propius spectant a Sole magis fiunt remotæ.

41 *Boreas*] Ventus frigidissimus.

43 *Notus*] Ventus a Sole et meri-

Digitized by Google

Adde quod hic clauso miscentur flumina Ponto,
Vimque fretum multo perdit ab amne suam.
Huc Lycus, hunc Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Cratesque
Influit, et crebro vortice tortus Halys:
Partheniusque rapax, et volvens saxa Cynapes
Labitur: et nullo tardior amne Tyras:
Et tu, fœmineæ Thermodon cognite turmæ;
Et quondam Graiis, Phasi, petite viris:

clauso; et mare amittit vim suam a plurimis fluviis. Lycus, et Sagaris, et Penius, et Hypanis, et Crates, et Halys vorticosus frequenti turbine huc devolvuntur; atque Parthenius rapidus, et Cynapes trahens silices, et Tyras nullo flumine segnior huc decurrunt. Tu quoque Thermodon cognite agmini fœmineo, et Phasi olim quæsite

P. *Bor. finique.*—43 *Tepidum* ex scriptis Heins. reponit: vulg. *tepidus.*—47 Pro *Peniusque* quidam malunt *Peneusque*; Serv. *Peniosque*; P. Dan. *Pantusque.* Tum *Hypanisq.* Heins. scribit ex vett. pro vulg. *Hypanusque:* P. Dan. *Bitasque*; pr. Ed. *Hicanisque.* Pro *Cratesque*, olim legebatur *Oratesque*; sed scripti variant; quidam *Caresque, Catesque, Calesque:* P. Dan. *Catasque*; Pr. Ed. *Catisque*; Mor. *Cathlesque*; P. *Cateusque.*—49 P. Dan. *capax* pro *rapax.* Mox alii *sax. Cynaphis*, vel *Cynapes*; quædam membranæ *Cinimphes, Synapes*, seu *Synaphis*; in aliis *Niphates* legitur.—50 Pro *et nullo* Leid. habet *hanc aliquo*; unde Heins. *haud* faciebat.—51 Alii *cogn. turbæ.*—52 Ms. Bersm.

NOTÆ

die spirans.

45 *Clauso*] Per solum Bosporum enim diffunditur.

46 *Vim*] Salsuram, scil. et amaritiem.

47 *Lycus*] Armeniæ est fluvius.

Sagaris] Hic per Phrygiam Bithyniamque flexuoso cursu non ita longe a Bospori faucibus in Pontum delabitur.

Penius] Inter Heniochorum gentem et Sebastopolim urbem quæ et Dioscurias dicitur, ad Ponti Euxini partem maxime Septemtrionalem, ortum versus, hujus fluvii ostia posuerunt Plinius et Strabo.

Hypanis] Scythiæ est fluvius ex magna palude profluens, sapore primum dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare fonticulus ei admisceatur, qui amaritie sua totum corrumpit.

Cratesque] De isto cum nulla alibi uspiam mentio fiat, non abs re docti castigandum hunc locum censuerunt. Qua re in Isaaci Vossii viri summi sententiam facillime concessero, qui ex Eustathio et Thucydide *Cales*, quem tractus Pontici illi faciunt fluvium, reponendum esse indicavit; sicuti affirmat clariss. Heinsius.

48 *Halys*] In Tauri montis radicibus oritur, perque Cappadociæ et Paphlagoniæ agros in Pontum devolvitur.

49 *Parthenius*] Paphlagonum iste est, quem Plinius Carambi promontorio facit proximum.

Cynapes] De isto nihil alibi reperitur.

50 *Tyras*] In sinistram Pontici maris oram a Mœsia inferiore defluit.

51 *Thermodon*] Cappadociæ est fluvius in Ponti Euxini oram meridionalem decurrens.

Cognite] Dicit istud quia, juxta

Digitized by Google

Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes,
Et tacite peragens lene Melanthus iter:
Quique duas terras, Asiam Cadmique sororem
Separat, et cursus inter utramque facit:
Innumerique alii, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius se tibi, Nile, neget.
Copia tot laticum, quas auget, adulterat undas:
Nec patitur vires æquor habere suas.
Quin etiam stagno similis, pigræque paludi,
Cœruleus vix est, diluiturque color.
Innatat unda freto dulcis, leviorque marina est;
Quæ proprium mixto de sale pondus habet.
Si roget hæc aliquis cur sint narrata Pedoni,
Quidve loqui certis juverit ista modis;

a viris Græcis. Et Dyraspes purissimus cum flumine Borysthenio, et Melanthus absolvens leniter cursum placidum. Et qui dividit duas terras, Asiam et sororem Cadmi, et fluit inter utramque. Atque alii innumeri, inter quos omnes maximus Danubius negat se tibi inferiorem esse, Nile. Abundantia tot aquarum corrumpit aquas quas auget; neque sinit mare obtinere vim suam. Quinetiam simile stagno et inerti paludi ægre est glaucum, et color minuitur. Aqua dulcis innatat mari, et est levior æquorea, quæ habet proprium pondus de sale mixto. Si quis petat, quamobrem hæc sint relata Pedoni, quidve profuerit dicere ista astrictis numeris; re-

Ph. polite vir.—53 *Daraspes* Mor. *Dirapses* R. Serv. et P. Dan. *Darapses* P. —56 P. *int. utrumque fac.*—57 Mor. *max. amnes.*—58 *Neget* Heins. excipit ex Fr. vulg. *negat.*—59 R. *auget et alterat und.*—62 Jun. *est, dividiturq. col.* P. habet *virus* pro *color:* et pr. Ed. ita vs. exhibet *Cær. color est, diluiturq. maris.* —64 P. et Bersm. *cum* pro *de.* Tum Serv. et quatuor alii *sal. nomen hab.*—

NOTÆ

istud flumen sedes suas habuerunt Amazones.

52 *Phasi*] Fluvius est ingens qui Colchidem præterlabitur.

Viris] Argonautas dicit, qui ad vellus aureum rapiendum cum Jasone in Colchos per Phasim navigaverunt.

53 *Borysthenio*] Borysthenes fluvius est secundum Istrum omnium maximus, a sinistra parte in Euxinum defluens.

Dyraspes] Hujus alibi nulla mentio.

54 *Melanthus*] Hic in Pontum a dextra parte incurrit.

55 *Quique*] Tanais est; is namque Asiam ab Europa disterminat.

Cadmi sororem] Europa est, quæ ab Europa Agenoris filia nomen habuit, si fabulis credas; cum revera ex Phœnicum lingua derivatum sit, aptissima insuper etymologia, qua Europæis faciei candor præ Afris assignatur.

58 *Nile*] Ægypti maximus est fluvius.

59 *Quas*] Marinas, scil.

65 *Pedoni*] Albinovano Poëtæ, ad quem Naso scribit.

66 *Modis*] Modulationibus et car-

Digitized by Google

Detinui, dicam, tempus, curasque fefelli:
Hunc fructum præsens attulit hora mihi.
Abfuimus solito, dum scribimus ista, dolore:
In mediis nec nos sensimus esse Getis.
At tu, non dubito, cum carmine Thesea laudes,
Materiæ titulos quin tueare tuæ;
Quemque refers, imitere virum. Vetat ille profecto
Tranquilli comitem temporis esse fidem.
Qui quanquam est factis ingens, et conditur a te
Vir tanto, quanto debuit ore cani;
Est tamen ex illo nobis imitabile quiddam,
Inque fide Theseus quilibet esse potest.

feram, insumsi tempus, et decepi solicitudines. Hora præsens præbuit mihi hunc utilitatem. Dum pangimus ista, procul fuimus a consuetis ærumnis, neque advertimus nos esse in mediis Getis. At non sum incertus, quin, cum celebres Theseum versibus, tu defendas gloriam argumenti tui, et imiteris virum quem cantas. Certe ille prohibet fidem esse comitem temporis prosperi. Qui tametsi est insignis gestis, et celebratur a te Vir tanta facundia quanta debuit celebrari, est tamen aliquid nobis imitabile ex illo, et quivis potest esse Theseus in fide. Hostes non sunt tibi vincendi

67 P. Dan. *Diminui curas, dicam, tempusque f.* quod Burm. verum putabat: in vulgatis erat *Det. dic. curas tempusque f.* quod Heins. auctoritate Feschiani et quinque aliorum fecit *tempus curasque.*—69 Mor. *Absumus a sol.* Mox alii *dum scribimus ist.* Tum *dolore* habent Jun. Leid. R. et P. cum Edd. Aldin. Mycill. Gryph. et aliis.—73 In multis Edd. *iste* pro *ille.*—75 Olim legebatur *Qui q. e. f. i. et conditus a te, Vix tantus.* Locus corruptus, ut nunc editur, atque intricatus. Scaliger emendabat, *Qui q. e. f. i. et conditus a te, Vir tanto, quanto debuit ore cani.* D. Heins. *Conditur* bene Polit. aliique nonnulli, cum primis editionibus. Deinde, *Vir tantus quantus* multi: nonnulli, *Vir tantus quanto*, vel *Vir tanto quantus.* Scribe cum Gottorph. et uno Vaticano, *et conditur a te Vir tanto, quanto debuit ore cani:* quomodo jam Scaliger ex parte conjecerat. Recte *conditur:* non enim videtur absolvisse. *Heins.* Coactus tamen sum reponere *conditus* propter istud *debuit.* Neque vero mihi se probat τὸ *Vir* ita collocatum. Neque Bersmanni interpretationem admitto: qui credidit *vix tanto* capi debere pro *majore.* Sic igitur distinguo, *Vix tanto, quantus debuit, ore cani:* et interpretor, a te conditus, licet ei tanta vox eoque tam magna sonans contigerit, vix quantus cani debuit. Totum autem locum, si mutare licet apicem unum aut alterum, sic malim, *Qui q. e. f. i. et conditur a te Vix tanto, quantus debeat, ore cani.* Auctor Elect. Eton.—77 Leid. *vobis*

NOTÆ

minibus veris.

71 *Thesea*] De Theseo toties, deque ejus erga Pirithoum amore, ut frustra quicquam addiderim.

72 *Quin tueare*] Atque adeo amicis tuis fidum te præstes.

74 *Esse*] Pro, demonstrari, posuit: 'Tempore nam duro est inspiciendа fides.' Neque sincera ea est quæ inter prospera tantum simulatur.

75 *Qui*] Theseus, scil.

Conditur] Celebratur.

Digitized by Google

Non tibi sunt hostes ferro clavaque domandi,
  Per quos vix ulli pervius Isthmos erat:
Sed præstandus amor, res non operosa volenti.
  Quis labor est puram non temerasse fidem?
Hæc tibi, qui perstas indeclinatus amico,
  Non est quod lingua dicta querente putes.

clava et ense, per quos vix Isthmus erat adeundus cuiquam: sed amor reddendus, res non difficilis volenti. Quis est labor non violasse sinceram fidem? Non est quod arbitreris hæc dicta esse lingua querula tibi, qui permanes integer amico.

pro *nobis*.—78 P. Dan. R. et tredecim alii *Inq. fidem Th.*—81 *Operosa* Nanger. profert ex nonnullis. vulg. *onerosa*.—83 Jun. *tib. quæ præstas indecl.* Multi etiam editi *præstus*. Tum pr. Ed. et quatuor scripti *non inclinatus amic.* et unus *non dedignatus*.—84 Pol. et Edd. Mycill. Gryph. et Bersm. *dict. tremente put.*

NOTÆ

76 *Quanto*] Fuit adeoque Albinovanus summus Poëta.

77 *Illo*] Theseo, scil.

78 *Quilibet*] Albinovanum callide ad fidem sibi præstandam hortatur.

79 *Clava*] Quæ Thesei fuit etiam gestamen.

80 *Isthmos*] Corinthiacum dicit, unde insidiantes latrones a Theseo depulsos in Epistolis Heroidibus vidimus.

84 *Lingua querente*] Sermone quo de te videar conqueri.

EPISTOLA XI.

GALLIONI.

ARGUMENTUM.

Factus Poëta certior Gallionis amici literis de obitu uxoris, primo dicit nefas ducere non celebrare illum suis carminibus, quandoquidem ille casum suum lacrymis et dolore semper prosecutus sit, quod itidem dicit se fecisse audita uxoris ejus morte. Deinde exponit minime audere eum consolari, propterea quod ipse prudentior optime norit ea quæ sunt in eam rem ab auctoribus scripta: addit que fore ut toto intervallo illo temporis, quo ejus literas accepit, quoque ipse suas ad eum mitteret, propter locorum distan-

Digitized by Google

tiam, dolor ejus jam imminutus sit. Tertiam etiam rationem subjungit cur nolit ullo consolationis genere, ut quod fortasse alia ducta uxore nova hujusmodi literæ intempestive accederent.

GALLIO, crimen erit vix excusabile nobis,
  Carmine te nomen non habuisse meo.
Tu quoque enim (memini) cœlesti cuspide facta
  Fovisti lacrymis vulnera nostra tuis.
Atque utinam, rapti jactura læsus amici,
  Sensisses ultra, quod quererere, nihil!
Non ita Dis placuit, qui te spoliare pudica
  Conjuge crudeles non habuere nefas.
Nuntia nam luctus mihi nuper epistola venit:
  Lectaque cum lacrymis sunt tua damna meis.
Sed neque prudentem solari stultior ausim,
  Verbaque doctorum nota referre tibi:
Finitumque tuum, si non ratione, dolorem
  Ipsa jam pridem suspicor esse mora.

Gallio, vix crimen erit nobis excusandum, te non habuisse famam versibus meis. Namque tu etiam, recordor, curasti fletibus tuis nostras plagas impactas mucrone divino. Atque utinam dolens damno sublati amici nihil expertus esses amplius quamobrem quereris. Non ita visum Superis, qui sævi non arbitrati sunt esse *nefas te privare uxore casta. Nam epistola nuntia mœroris nuper mihi reddita est, et tua damna sunt visa cum lacrymis meis. Verum neque* ego *stultior ausim consolari sapientem, et tibi commemorare perspectos sermones doctorum; et conjicio dolorem tuum jam pridem exoletum, si non ratione,* at *ipso tempore. Dum tua epistola per-*

In Fr. hæc Epistola inscribitur *Pollioni.*—1 Pr. Ed. *non* pro *vix.* Tum P. Dan. *excus. nostrum.*—3 P. Dan. *nam* pro *enim.* Mox Jun. *mem. cœlestia cusp.*—7 Tres libri *D. visum qui.* Ed. Bersm. *plac. te non spol.* Ita olim editi et scripti: sed cum errore operarum in Heinsianis editionibus legatur, *littora nostra recurrens,* ille, qui notas variorum contexuit, explicat, pro ad littora nostra: ut apud Virgil. Æneid. v. 'Dii quorum æquora curro.' Festive et facete sane! nec deserit ducem suum sanctus ille Paraphrastes Gallicus: repetunt autem *Epistola* a versu nono. Tanti non erat, scilicet, antiquiores adhibere editiones festinantibus illis Poëtæ nostri commentatoribus, quos

NOTÆ

2 *Nomen*] Famam, et candidi amici laudem.
3 *Cuspide*] Iram Augusti intellige.
5 *Amici*] De se loquitur Poëta.
11 *Stultior*] Minus doctus et prudens ego.
12 *Verba*] Quibus a mœrore ob res vanas mortales retrahunt.
14 *Mora*] Temporis enim longinquitas quemlibet lenit dolorem.

Digitized by Google

Dum tua pervenit, dum litera nostra recurrens
  Tot maria ac terras permeat, annus abit.
Temporis officium solatia dicere certi est,
  Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem:
At cum longa dies sedavit vulnera mentis,
  Intempestive qui fovet illa, novat.
Adde quod (atque utinam verum tibi venerit omen!)
  Conjugio felix jam potes esse novo.

læta est, dum nostra recurrens obit tot ripas, tot æquora ac terras, annus effluxit. Proferre consolationes est officium certi cujusdam temporis, quamdiu dolor sævit, cum mœstus quærit auxilium. At cum longum tempus composuit vulnera animi, qui medetur illis intempestive, ea redintegrat. Adde quod jam potes esse beatus novo conjugio: atque utinam præsagium tibi evenerit certum!

solos hodie inficeti homines mirantur et solos evolvunt. *Burm.*—17 Pr. Ed. *dic. certa.*—18 Plerique vett. teste Heins. *et* pro *dum*,—19 P. Dan. *long. quies sed.* Serv. *sanavit* pro *sedavit*. Tum Ms. Bersm. *vuln. mortis.*—20 Sic Heins. emend. In vulg. erat *qui monet illa movet*; quidam etiam *monet illa novat.*—21 Franc. *atque utinam ut verum mihi venerit*: certe ego *mihi* præferrem: utinam mihi, mentionem facienti novi tui conjugii, verum illud omen venerit, neque fallar, sed tu jam uxorem duxeris, ut ego voveo. Jun. *venerat.* Burm.

NOTÆ

17 *Certi*] Nisi enim suo tempore consolationes subjeceris, refricare magis quam lenire dolorem videaris.

20 *Fovet*] Remedium conatur adferre.

EPISTOLA XII.

TUTICANO.

ARGUMENTUM.

Ad Tuticanum scribens Poëta, causam assignat cur nullam ejus mentionem fecerit in libris suis. Deinde commemorat amicitiam quæ sibi cum illo fuit a puero semper aretissima. Postremo illum rogat ut apud principem tueatur partes suas.

Digitized by Google

Quo minus in nostris ponaris, amice, libellis,
Nominis efficitur conditione tui.
Ast ego non alium prius hoc dignarer honore:
Est aliquis nostrum si modo carmen honos.
Lex pedis officio, naturaque nominis obstant:
Quaque meos adeas, est via nulla, modos.
Nam pudet in geminos ita nomen findere versus,
Desinat ut prior hoc, incipiatque minor:
Et pudeat, si te, qua syllaba parte moratur,
Arctius appellem, Tuticanumque vocem.
Nec potes in versum Tuticani more venire;
Fiat ut e longa syllaba prima brevis.

Amice, fit qualitate tui nominis quo minus scribaris in nostris libellis. At ego non judicarem alium potius dignum hoc honore, si saltem nostri versus sunt aliquis honor. Lex pedis, et conditio nominis impediunt officium, neque est ulla ratio qua excipiaris in meos numeros. Nam pudet ita dividere nomen in duos versus; ut prior terminetur hoc, et brevior hoc *initium habeat. Pudeat etiam, si nominem te brevius qua parte syllaba* me *retinet, et appellem Tuticanum. Neque potes succedere in versum more Tuticani, ut prior syllaba fiat brevis ex producta; aut fiat*

Ad Tuticanum unus; *Cuticanum* duo: Heinsius olim conjecerat, *Tuditano*, quod Sempronionum cognomen, Valer. Max. VII. cap. 8. n. 1. Quod vero conditio nominis non patiatur ut exprimat, similis est Archestrati excusatio apud Athen. VII. 8. qui piscem, in Mœotide et Ponto frequentem, non nominat, quia *ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν*. *Burm.*—5 *Naturaque* præstat cum Scalig. Cod. *Heins.* Mox idem scribit *obstant* cum R. vulg. *obstat.*—6 Sex scripti *pedes* pro *modos.* —7 *Findere* Heins. dedit ex uno V. pro vulg. *scindere:* Jun. et Leid. *Scribere.* —8 Pro *minor* Heins. cum uno Comb. mallet *sequens.*—9 *Moratur* Heins. legit cum plerisque scriptis pro vulg. *moretur.*—11 *Nec* ex nonnullis profert Nau-

NOTÆ

2 *Conditione*] Quomodo istud sit intelligendum mox docebit.

3 *Hoc*] In libellis meis nomen tuum reponendo.

5 *Lex pedis*] Ratio metrica; Spondæis enim et Dactylis tantum constant Elegi; nisi in Hexametri fine Trochæum posueris: syllaba autem *ti*, brevis sola in voce *Tuticanus*, ante *ca* longam, neque in Spondæi neque in Dactyli structuram potest venire.

Officio] Meo, scil. ex quo te carminibus meis celebrare tenebar.

6 *Meos*] Elegos, scil.

8 *Desinat*] Quod fieret si *Tuti* in Hexametri fine, et *canus*, *canum*, aut *cane*, in Pentametri initio posuisset.

Hoc] Nomine, scil.

Minor] Pentameter, scilic. Hexametro uno pede minor.

9 *Qua parte*] Syllaba *ca*, scil.

Moratur] Retinet. Syllaba longa namque diutius illum qui loquitur quam syllaba brevis retinet.

10 *Arctius*] Dicit istud quia syllabam *ca* corripiendo, quæ longa est, quomodo fecit in hoc versu, nomen

Digitized by Google

Aut producatur, quæ nunc correptius exit;
Et sit porrecta longa secunda mora.
His ego si vitiis ausim corrumpere nomen,
Ridear, et merito pectus habere neger.
Hæc mihi causa fuit dilati muneris hujus,
Quod meus adjecto fœnore reddet ager.
Teque canam quacumque nota: tibi carmina mittam,
Pæne mihi puero cognite pæne puer;
Perque tot annorum seriem, quot habemus uterque,
Non mihi, quam fratri frater, amate minus.
Tu bonus hortator, tu duxque comesque fuisti,
Cum regerem tenera fræna novella manu.
Sæpe ego correxi sub te censore libellos;
Sæpe tibi admonitu facta litura meo est:
Dignam Mæoniis Phæacida condere chartis
Cum te Pierides perdocuere tuæ.

longa, quæ nunc profertur brevius, et secunda sit longa producta mora. Si ego audeam corrumpere nomen his vitiis, exsibiler et dicar jure carere judicio. Hæc mihi fuit causa hujus muneris procrastinati, quod meus ager tribuet addito lucro. Atque te celebrabo quocumque indicio, mittam tibi versus puer cognite a me fere puero, et non minus dilecte a me quam frater a fratre per spatium tot annorum, quot ambo habemus. Tu fuisti bonus monitor, tu dux, tu socius, cum temperarem novas habenas manu tenera. Sæpe ego emendavi libellos sub te monitore; sæpe litura est facta a te meo suasu; cum Musæ tuæ perdocuerunt te celebrare Phæacidem dignam

---

gerius pro vulg. *Et.* Mox P. Dan. *in versus;* R. et P. *versu.*—13 Nonnulli *Aut ut ducatur.* Deinde P. *nunc correptior exit.*—14 Ms. Bersm. *sit pro recta long.* et duo libri *correpta.*—16 Mor. *et cunctis pect.*—17 Sex et Bersm. *dil. nominis huj.*—18 Pro *reddet* octo scripti cum pr. Ed. *reddat:* multi vett. *reddet amor.*—19 Unus liber *can. quocumque modo: tib.*—23 Serv. et Leid. *hort. mihi duxq.*—25 Mor. *Nempe ego.*—26 Serv. *Sæp. tui...mea est:* et P. Dan. *Sæp. mihi monitu f. l. tuo:* pr. Ed. *a monitu* pro *admonitu.*—27 *Dignam* Heins. reposuit ex scriptis nonnullis pro vulg. *Dignum.*—28 Pr. Ed. *prædocuere.* Ex Mor.

NOTÆ

istud *Tuticanus* tempore uno truncatur: syllaba namque longa pro duabus brevibus venit.

13 *Quæ nunc*] *Ti* syllaba, scil.

14 *Secunda*] De eadem syllaba *ti* loquitur.

16 *Pectus*] Pro mente aut ratione posuit.

18 *Ager*] Pro ingenio. Metaphorice.

19 *Nota*] Signo seu indicio, quo me de te verba facere intelligatur.

24 *Regerem*] Cum inciperem vitæ meæ modum ponere, et versus scribere.

27 *Mæoniis*] Mæonias chartas appellat in quibus Tuticanus versus Homericis comparandos scripsit. Ex quo maxima illi virtus poëtica assignatur.

Digitized by Google

Hic tenor, hæc viridi concordia cœpta juventa,
  Venit ad albentes illabefacta comas.
Quæ nisi te moveant, duro tibi pectora ferro
  Esse, vel invicto clausa adamante putem.
Sed prius huic desint et bellum et frigora terræ,
  Invisis nobis quæ duo Pontus habet;
Et tepidus Boreas, et sit præfrigidus Auster,
  Et possit fatum mollius esse meum;
Quam tua sint lapso præcordia dura sodali.
  Hic cumulus nostris absit, abestque, malis.
Tu modo per Superos, quorum certissimus ille est,
  Quo tuus assidue Principe crevit honor;
Effice, constanti profugum pietate tuendo,
  Ne sperata meam deserat aura ratem.

chartis Maeoniis. Hæc continuatio amoris, *hæc unanimitas cœpta a prima juventa venit intacta ad albos capillos. Quæ nisi te tangant, credam te habere cor ex ferro rigido, vel septum adamante circumposito. Verum ante bellum, et frigora desint huic terræ, quæ duo Pontus nobis odiosus habet, et Aquilo sit calidus, et Notus præfrigidus, et sors mea possit esse lenior, quam tuum cor sit immite decepto socio. Hoc fastigium absit nostris ærumnis; atque abest. Tu tantum* oro *per Deos, quorum ille est fidissimus, quo Principe tua gloria indesinenter aucta est, fac, defendendo exulem firmo amore, ne ventus speratus destituat meum navem. Petis quid*

Heins. dedit *tuæ;* vulg. *Deæ.*—30 Jun. et Bersm. Ms. *in* pro *ad.*—32 Pro *invicto* quidam libri *invito* vel *invecto;* unde fuit, cum Heins. *inducto* reponendum esse censeret. Mox Bersm. Ms. *adam. reor.*—33 Leid. *hic* pro *huic.* Tum Serv. *desunt et:* Mor. *deerunt.*—35 Quatuordecim scripti cum Ms. Bersm. *perfrigidus Aust.*—37 Pro *lapso* unus liber *casso;* septem *lasso.* Tum Mor. et novem alli *præcord. clausa sodal.*—39 Leid. et R. *quor. justissimus ille;* et pr. Ed. *fortissimus.*—42 Pro *deserat* Fr. *desinat,* ut sæpius apud Nostrum.—

NOTÆ

Phæacida] Phæacidem appellaverat Tuticanus poëma suum, quo Alcinoi Phæacum regis æquissimi laudes forte celebrabantur; vel potius, ut colligere est ex hujus libri Elegia XVI. versu 27. Ulyssis errores fabulæque, quas Alcinoo Phæacum regi insignis ille veterator in convivio mentitus erat, continebantur.

28 *Pierides*] Musæ.

29 *Tenor*] Ordo et continuatio Amoris.

30 *Albentes*] Senectam.

31 *Quæ*] Supradicta, scilicet.

37 *Lapso*] Propter errorem fugato.

38 *Abest*] Quia certissimus es amicus.

39 *Certissimus*] Indubitatus, quique certo tibi faveat.

Ille] Tiberium dicit.

42 *Aura*] Favor aliquis, quo patriam possit revisere.

Ratem] Metaphorice de se loquitur.

Digitized by Google

Quid mandem, quæras? peream, nisi dicere vix est.
Si modo, qui periit, ille perire potest.
Nec quid agam invenio, nec quid nolimve velimve:
Nec satis utilitas est mea nota mihi.
Crede mihi; miseros prudentia prima relinquit:
Et sensus cum re consiliumque fugit.
Ipse, precor, quæras, qua sim tibi parte juvandus:
Quoque viam facias ad mea vota vado.

præcipiam? Interea, nisi vix possum proferre; si modo ille qui interiit potest interire. Neque reperio quid agam, neque quid vel nolim, vel velim; neque meum commodum est satis perspectum mihi. Crede mihi, prima prudentia deserit infelices, et intelligentia et judicium abit cum re. Tu, oro, dispicias, qua parte sim juvandus a te; vel quo vado præbeas iter meis desideriis.

47 Ms. Bersm. *mih. miserum prud.* Deinde decem scripti *prim. reliquit.*— 48 *Cum spe* scribendum: nam unus Vossii, *cum te:* Medonii unus, *cum se.* Heins. Minime mutandum *cum re:* ita enim et Terentius Eunuch. II. 2. 'simul consilium cum re amisisti?' Sallust. Jugurth. 74. 'Nec res, nec consilium, nec quicquam hominum satis placebat;' et ita alii sæpe. *Burm.*— 49 Pro *precor* unus Heins. *velim:* Medonian. *licet.*—50 *Quaque* multi et prim. Ed. *quamque viam* Polit. *Quove* editi nonnulli. *Vota modo* Moreti: *vota vide* multi.

NOTÆ

43 *Dicere vix est*] Vix possum dicere.

47 *Prudentia*] Non tam prudentia quam quod sine remedio esse sua nimis vident.

EPISTOLA XIII.

CARO.

ARGUMENTUM.

Ad amicum nomine Carum Poëta, et Cæsarum præceptorem, scribens, primo dicit eum posse intelligere ex chartæ colore et carminis structura unde hæc epistola veniat. Postea subdit se carmen etiam composuisse lingua Getica in laudem Augusti, Liviæ, et ejus liberorum. Postremo eum per

Digitized by Google

amicitiam rogat ut, cum jam agatur sextus annus quo exulat, velit procurare ut saltem in locum faciliorem traducatur.

O MIHI non dubios inter memorande sodales,
  Quique, quod es, vere, Care, vocaris, ave.
Unde saluteris, color hic tibi protinus index,
  Et structura mei carminis esse potest.
Non quia mirifica est, sed quod nec publica certe:
  Qualis enim cumque est, non latet esse meam.
Ipse quoque ut chartæ titulum de fronte revellas,
  Quod sit opus, videor dicere posse, tuum.
Quamlibet in multis positus noscere libellis,
  Perque observatas inveniere notas.
Prodent auctorem vires, quas Hercule dignas
  Novimus, atque illi, quem canis, esse pares.
Et mea Musa potest proprio deprensa colore
  Insignis vitiis forsitan esse suis.
Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
  Quam pulchra Nireus conspiciendus erat.

O recensende a me inter amicos fidos, qui vere diceris id quod es, Care, salve. Hic color et compositio mei versus potest tibi esse continuo index unde saluteris. Non quia mira est, sed quod neque sane vulgaris; namque qualiscumque est, non fugit esse meam. Quamvis etiam tu tollas inscriptionem ex prima *facie chartæ, videor posse profiteri quod sit opus tuum. Dignosceris, quamvis situs inter multos libellos, et invenieris per signa observata. Vires, quas scimus dignas Hercule, atque æquales illi quem celebras, manifestant auctorem. Musa mea agnita propria qualitate potest forte esse notabilis vitiis suis. Deformitas tam obstabat ne Thersites ignoraretur, quam Nireus erat spectabilis elegantia. Neque decebit te mirari*

1 Duo scripti cum pr. Ed. *int. venerande sod.* et duo alii *numerande.*—2 Sic Heins. rescribit ex nonnullis Codd. vulg. *Qui quod es id ver.*—3 Legendum, ut legerunt omnes eruditi, *protinus*, non *proximus*. Fabric.—5 Ms. Bersm. *quod* pro *quia*; et mox *non* pro *nec.*—8 Heins. mallet *Quid...videar.*—11 Septem scripti et editi nonnulli *Produnt auct.*—12 *Esse pares* rectius alii. *Heins.*

NOTÆ

3 *Color*] Chartæ attritæ, et attrectantium manibus squalidæ.

5 *Nec publica*] Locum istum, ni fallor, non intellexerunt. Hoc dicit Poëta, quanquam mirifica non sit structura suorum versuum, aliquid tamen habere proprium quod omnes non possint imitari.

12 *Illi*] Herculi, scil.

15 *Thersiten*] Græcorum fuit qui ad Trojam iverunt deformissimus et ignavissimus.

16 *Nireus*] Hunc Charopis filium pulcherrimum scribit Homerus.

Digitized by Google

Nec te mirari, si sint vitiosa, decebit
Carmina, quæ faciam pæne poëta Getes.
Ah pudet! et Getico scripsi sermone libellum:
Structaque sunt nostris barbara verba modis.
Et placui, (gratare mihi,) cœpique poëtæ
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quæris? laudes de Cæsare dixi.
Adjuta est novitas numine nostra Dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus; in æthereas numen abisse domos:
Esse parem virtute patri, qui fræna coactus
Sæpe recusati ceperit imperii.
Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum,
Ambiguum nato dignior, anne viro.
Esse duos juvenes, firma adjumenta Parentis,
Qui dederint animi pignora certa sui.

si versus sint mendosi, quos compono fere Poëta Getes. Ah pudet! et adornavi libellum lingua Getica, et voces barbaræ sunt ordinatæ secundum nostros numeros. Atque placui (gratulare mihi) et cœpi habere famam inter feros Getas. Petis argumentum? Scripsi præconia Cæsaris. Nostra novitas est sustentata numine Dei. Nam ostendi corpus Parentis Augusti fuisse morti obnoxium; animam excessisse in sedes cœlestes: illum, *qui coactus sumserit habenas imperii sæpe recusati, esse æqualem patri virtute. Te, Livia, dubium dignior nato an viro, esse Vestam matronarum castarum. Duos juvenes esse firma præsidia patris, qui præbuerint in-*

Vulg. *ipse pares.*—16 Ms. Bersm. *Quam populo N.*—17 *Si sint* plerique. *Heins.* Vulg. *sunt.*—18 Ms. Bersm. *feci* pro *faciam.*—19 Ms. Bersm. *in* pro *et.*—21 P. Dan. *placuit...cœpitque.*—23 Mor. cum tribus aliis et Bersm. *laudem* pro *laudes.* Mox Burm. conj. *duxi* pro *dixi.*—27 *Coactus* ex Cod. Scalig. placet Heins. præ vulg. *rogatus.*—29 Ms. Bersm. *te exemplum, L.* et Leid. *castam.*—31 Bas. *Ess. duo juv.*—32 Edd. plures *Cui deder.*—38 P. Dan. Mor. et quin-

NOTÆ

18 *Getes*] Atque adeo Barbarus Latinæ linguæ oblitus.

23 *Materiam*] Poëmatis Getici.

25 *Patris*] Quæ vox est venerationis plena. Patrem Patriæ dictum Augustum jam sæpe admonuimus.

26 *Numen*] Animam intellige divina quadam præditam virtute et potentia.

27 *Qui fræna*] Scilicet ille subdolus et insidiosus Princeps diu imperii summam recusavit.

29 *Vestam*] Hoc est maxime pudicam, et matronarum Deam.

30 *Nato*] Tiberio.

Viro] Augusto.

31 *Duos*] Germanicum, scil. Tiberii filium per adoptionem, et Drusum ejusdem filium per naturam.

Digitized by Google

Hæc ubi non patria perlegi scripta Camœna,
Venit et ad digitos ultima charta meos;
Et caput et plenas omnes movere pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.
Atque aliquis, Scribas hæc cum de Cæsare, dixit,
Cæsaris imperio restituendus eras.
Ille quidem dixit; sed me jam, Care, nivali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.
Carmina nil prosunt: nocuerunt carmina quondam:
Primaque tam miseræ causa fuere fugæ.
At tu per studii communia fœdera sacri,
Per non vile tibi nomen amicitiæ;
Sic capto Latiis Germanicus hoste catenis,
Materiam vestris afferat ingeniis;
Sic valeant pueri, votum commune Deorum,
Quos laus formandos est tibi magna datos;
Quanta potes præbe nostræ momenta saluti;
Quæ nisi mutato nulla futura loco est.

dubitata indicia sui animi. Postquam perlegi hæc scripta Camœna peregrina, et novissima charta pervenit ad digitos meos, omnes agitaverunt caput et pharetras plenas, et prolixus susurrus fuit in ore Getico. Atque aliquis dixit: Cum scribas ista de Cæsare, redintegrandus eras jussu Cæsaris. Ille quidem dixit; verum, Care, jam sexta hyems videt me exulem sub polo brumali. Versus nihil prosunt; versus olfuerunt olim, et fuerunt causa prima tam infelicis exilii. At tu, oro per jura communia sacri studii, per nomen amicitiæ tibi non contemnendum; sic Germanicus præbeat argumentum vestris ingeniis, hoste vincto catenis Latinis; sic pueri, votum commune amborum, quos datos tibi instituendos est tibi magnus honor, valeant; fac quod potes maxime insigne ad nostram salutem, quæ nulla futura est nisi loco mutato.

decim alii *restituend. eris.*—41 Unus Cod. *quid* pro *nil.* Alius etiam *nocuer. carm. semper.*—42 P. *Scriptaque tam.*—44 Mor. *Perque tibi sacrum nom.*—46 Pro *vestris* alii *nostris.* Tum *afferat* ex plerisque scriptis Heins. reponit pro vulg. *præbeat:* conj. etiam *offerat.*—47 Heins. conj. *comm. suorum.*—48 Sic Pat. Mss. Bersm. et Mor. ita etiam P. Dan. a man. sec. et Leid. nisi quod *duos* pro *datos* exhibent: vulg. *Quæ..formandis...datis.*—49 *Præsta* unus Heins. pro *præbe.* Mox Scaliger emendavit *momenta;* et ita quidem unus V. vulg. *monumenta.*

NOTÆ

33 *Non patria*] Non Latina, sed Getica.

34 *Venit*] Ultimam paginam absolvi, et apud Getas recitavi.

35 *Et caput*] In testimonium applausus, et quasi parati essent pro Poëta decertare.

39 *Nivali sub axe*] In plaga Septemtrionali, ubi nives et gelu.

43 *Studii*]: Poëticæ artis, quæ ab

Digitized by Google

NOTÆ

Apolline et Musis hominum mentibus inspiratur.

47 *Pueri*] Neronem dicit, Drusum, et Caium Cæsares, Germanici filios, quos Caro instituendos dederat.

Deorum] Alii *duorum*, i. e. tui, meique.

49 *Præbe monumenta*] Aliquid insigne præstato pro mea salute.

EPISTOLA XIV.

TUTICANO.

ARGUMENTUM.

Ad eundem Tuticanum, ad quem superius scripserat, hanc etiam epistolam mittit Poëta: dicitque se quemcumque locum, vel incommodissimum, magis optare ubi exulet quam Tomitanam urbem. Deinde se excusat, quod non debent Tomitæ id ægre ferre, siquidem locum, non homines, vituperat. Postremo fatetur se ab eis affectum fuisse beneficiis.

Hæc tibi mittuntur, quem sum modo carmine questus
Non aptum numeris nomen habere meis.
In quibus, excepto quod adhuc utcumque valemus,
Nil, te præterea quod juvet, invenies.
Ipsa quoque est invisa salus: suntque ultima vota,
Quolibet ex istis scilicet ire locis.
Nulla mihi cura est, terra quam muter ut ista:
Hac quia, quam video, gratior omnis erit.

Ista tibi mittuntur, quem sum nuper questus versibus meis *non habere nomen idoneum meis modis. In quibus, excepto quod valemus adhuc utcumque, nihil præterea reperies quod placeat. Ipsa etiam salus est odiosa, et ultima desideria sunt videlicet quovis concedere ex istis locis. Nulla est mihi solicitudo, nisi ut transferar ex isto solo, quia omne erit jucundius isto quod intueor. Mittite meu carbasa in*

4 *Te* ex tribus scriptis Heins. reponit: vulg. *me*.—6 Quatuor libri *si licet* pro *scilicet*.—7 In vulgatis erat, *Nulla mihi cura est, terra quo muter ab ista*.

Digitized by Google

In medias Syrtes, mediam mea vela Charybdin
Mittite, præsenti dum careamus humo.
Styx quoque, si quid ea est, bene commutabitur Istro:
Si quid et inferius, quam Styga, mundus habet.
Gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo,
Proxima Marticolis quam loca Naso Getis.
Talia succensent propter mihi verba Tomitæ,
Iraque carminibus publica mota meis.
Ergo ego cessabo nunquam per carmina lædi,
Plectar et incauto semper ab ingenio?
Ergo ego, ne scribam, digitos incidere cunctor;
Telaque adhuc demens, quæ nocuere, sequor?
Ad veteres scopulos iterum devertor, ad illas,
In quibus offendit naufraga puppis, aquas.
Sed nihil admisi: nulla est mea culpa, Tomitæ;
Quos ego, cum loca sim vestra perosus, amo.

medias Syrtes, in *mediam Charybdin, modo longe simus ab hac terra. Styx etiam, si ea est aliquid, si mundus habet aliquid inferius Styge, commode mutabitur Danubio. Arvum subactum minus horret herbas, hirundo minus* aversatur *frigus, quam Naso loca propinqua bellicosis Getis. Tomitæ mihi irascuntur ob hujuscemodi sermones, atque ira publice excitata* est *meis versibus. Nunquam igitur non lædar per versus; et semper puniar ab ingenio improvido? Cessone igitur amputare digitos, ne scribam; atque adhuc amens faveo telis, quæ obfuerunt? Defiecto rursus ad antiquos scopulos, et illas aquas in quibus navis naufraga est elisa. Verum nihil feci; nullum est meum crimen, Tomitæ, quos ego diligo, quanquam odio habeam*

' Lege ex ambobus Vatic. Maff. et Urs. *mittar.*' Ciofan. *Muter* editiones quædam cum quinque scriptis: neque aliter doctissimus Gronovius Observat. III. 1. qui videndus. Patav. *nisi mittar.* Scribe, *nisi muter ut ista;* vel, *quam muter ut ista:* nam Arundelianus, *quam mittar ab ista: qua mittar* nonnulli, vel *quoque.* Forte, *Nulla prior cura est, terra quam muter ut ista.* Heins.—8 Pro *quia* multi editi *quoque.*—9 Tres vett. *mediam Syrtim;* et P. cum duobus aliis *Syrtem.* Mox Leid. *mea vota Ch.*—11 Ed. Gruter. *quoq. siquidem est.* Deinde multi editi *commutabimur I.*—15 Ms. Bersm. *Tal. succedunt propt.* —16 Unus V. *parta* pro *mota.*—17 Ms. Bersm. *Cur ego.*—21 *Devertor* Heins. dedit ex scriptis; alii *divertor.* Tum *ad illas* quinque libri; quod placet Heins. vulg. *et illas.*—23 V. *mihi* pro *mea.*—25 Duo libri *momenta lab.* et R.

NOTÆ

9 *Syrtes*] Loca sunt duo vadosa littoris Africani, maxime periculosa, de quibus Sallustius.

Charybdin] Voraginem illam maris Siculi jam sæpe vidimus.

11 *Styx*] Inferorum palus.

14 *Marticolis*] Martem et bellum amantibus.

16 *Carminibus*] Quibus male de istis locis prædico.

20 *Tela*] Carmina dicit.

Digitized by Google

Quilibet excutiat nostri monumenta laboris;
  Litera de vobis est mea questa nihil.
Frigus, et incursus omni de parte timendos,
  Et quod pulsetur murus ab hoste, queror.
In loca, non homines, verissima crimina dixi.
  Culpatis vestrum vos quoque sæpe solum.
Esset perpetuo sua quam vitabilis Ascra,
  Ausa est agricolæ Musa docere senis.
At fuerat terra genitus, qui scripsit, in illa:
  Intumuit vati nec tamen Ascra suo.
Quis patriam solerte magis dilexit Ulixe?
  Hoc tamen asperitas indice nota loci est.
Non loca, sed mores dictis vexavit amaris
  Scepsius Ausonios, actaque Roma rea est.
Falsa tamen passa est æqua convicia mente,
  Obfuit auctori nec fera lingua suo.

vestras sedes. Quivis inquirat in monumenta nostri laboris, meæ literæ nihil sunt questæ de vobis. Conqueror frigus, et impetus formidandos ex omni latere, et quod mœnia quatiantur ab hoste. Objeci verissima crimina in loca, non homines. Vos etiam damnatis sæpe vestram terram. Musa senis agricolæ non verita est ostendere quam Ascra sua esset semper fugienda. At qui scripsit fuerat natus in illa terra; neque tamen Ascra insurrexit in Poëtam suum. Quis magis amavit suam *patriam vafro Ulysse? Duritas loci est tamen cognita illo judice. Scepsius non damnavit loca, sed mores Italos scriptis asperis, et Roma accusata est: tulit tamen probra falsa æquo animo; neque lingua maledica nocuit domino suo. At iniquus interpres*

monum. doloris.—28 Septem libri *quod pulsatur mur.*—31 Pol. et tres alii *quod* pro *quam*. Tum unus liber *miserabilis A.* alii *mutabilis, mirabilis.*—32 Ms. Bersm. *est Argolici M.*—36 Multi *judice* pro *indice*. Tum Heins. ex Excerpt. Scalig. et sex aliis recepit *nota* pro vulg. *dicta;* Ms. Bersm. *docta;* Feschian. et Voss. *facta*. Duo etiam libri *soli* pro *loci.*—37 *Dictis* ex Pol. et tribus aliis Burm. restituit; vulg. *scriptis.*—38 Libri vett. *Septius, Sepsius, Sepicus,*

NOTÆ.

31 *Esset*] Exemplis ostendit in eo nihil mali esse quod loca sibi invisa damnaverit.

Ascra] Bœotiæ fuit vicus, in solo sterili et aspero, Hesiodi patria.

32 *Agricolæ*] Quia de agricultura scripsit.

33 *Genitus*] Quique adeo suos cives lædere minus debuit.

34 *Intumuit*] Iratus est.

36 *Nota*] Apud Homerum, scil. de Ithacæ patriæ asperitate et sterilitate conqueritur sæpe.

37 *Sed mores*] Quod majus est quam de locis conqueri.

38 *Scepsius*] Philosophus an poëta, aut quis hic fuerit, non liquet.

Ausonios] Romanos.

Acta rea] Accusata, quod depravatis moribus.

39 *Falsa*] Quia falsa prædicabat Scepsius; siquidem tamen Nasoni

Digitized by Google

At malus interpres, populi mihi concitat iram,
Inque novum crimen carmina nostra vocat.
Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem!
Extat adhuc nemo saucius ore meo.
Adde, quod Illyrica si jam pice nigrior essem,
Non mordenda mihi turba fidelis erat.
Molliter a vobis mea sors excepta, Tomitæ,
Tam mites Graios indicat esse viros.
Gens mea Peligni, regioque domestica Sulmo,
Non potuit nostris lenior esse malis.
Quem vix incolumi cuiquam salvoque daretis,
Is datus a vobis est mihi nuper honor.
Solus adhuc ego sum vestris immunis in oris;
Exceptis, si qui munera legis habent.

movet iram plebis contra me, et arguit nostros versus inusitatæ culpæ. Utinam essem tam beatus, quam ego sum *innocens animo! Nullus est adhuc vulneratus ore meo. Adjice quod, tametsi essem plus ater quam pix Illyrica, caterva amica non erat mihi laceranda. Sors mea excepta benigne a vobis, Tomitæ, indicio est homines tam lenes esse Græcos. Peligni populus meus, et Sulmo tractus domesticus, non potuit esse mitior nostris ærumnis. Honos, quem ægre exhiberetis cuiquam integro et valido, is exhibitus est mihi nuper a vobis. Ego sum adhuc solus exemtus ab omni onere in vestris regionibus, exceptis si qui fruuntur beneficio legis. Tempora mea*

Sepius, Sceptius: Scaliger emend. *Scepsius,* cui consentit Heins.—41 Ms. Bersm. et Mor. *interpr. populum mihi vertit in iram:* P. *modo concitat;* et pr. Ed. *concutit.*—46 Serv. *Non lædenda mih.* Tum Excerpt. Scalig. *turb. sodalis er.*—47 Ms. Bersm. *Militat a vob.*—48 Unus V. *Geticos* pro *Graios:* et multi Mss. et Bersm. cum editis quibusdam *gratos.*—50 Duo scripti *mollior* pro

NOTÆ

hac in parte fides.

41 *Malus*] Qui Tomitanis retulit, me non regionem modo, sed incolarum Tomitanorum mores, arguere.

Populi] Tomitani, scil.

42 *Novum*] Quia jam pridem Romæ ob lasciviam damnata fuerant sua carmina, nunc vero ob mordacitatem arguebantur, istud dicit Naso.

43 *Candidus*] Innocens. Erat autem certe, uti quidem ex ejus ingenio et scriptis apparet.

45 *Illyrica*] Ad oram jacet maris Adriatici Illyris, Italiæ opposita. Inde nigerrima olim et laudatissima per orbem pix mittebatur.

Nigrior] Qui dente nigro mordere quosvis insuevissem.

46 *Turba*] Tomitani amici.

47 *Sors*] Infortunium.

48 *Graios*] Id est, minime Barbaros. Docuit autem supra Tomitanos origine esse Græcos, Tomosque a Græcis conditam.

49 *Peligni*] Populi fuerunt Italiæ, Marsis finitimi, quorum caput fuit Sulmo Nasonis patria.

52 *Honor*] Quis ille fuerit sequens distichon exponit.

54 *Munera*] Immunitatem exponit

Digitized by Google

Tempora sacrata mea sunt velata corona,
  Publicus invito quam favor imposuit.
Quam grata est igitur Latonæ Delia tellus,
  Erranti tutum quæ dedit una locum;
Tam mihi cara Tomis: patria quæ sede fugatis
  Tempus ad hoc nobis hospita fida manet.
Di modo fecissent, placidæ spem posset habere
  Pacis, et a gelido longius axe foret!

sunt ornata corona sacrata, quam benevolentia publica imposuit mihi *nolenti. Quam ergo terra Delia, quæ sola præbuit locum securum vaganti, est accepta Latonæ, tam mihi dilecta Tomis, quæ hospita perstat fidelis huc usque nobis pulsis domo paterna. Dii tantum præstitissent* ut *posset habere spem tranquillæ pacis, et esset remotior a polo glaciali!*

lenior.—53 Unus Heins. *sum Geticis immun.*—55 Tres libri *sunt vallata cor.* et P. Dan. *ornata.*—59 Tres libri *mihi grata T.* Alii etiam *Tomus* vel *Tomos.*—61 P. Dan. *quoque* pro *modo.* Deinde Leid. *spem pacis abunde Posset, et.*

NOTÆ

Commentator, quæ his dabatur qui Olympia vicissent. Quasi vero apud eam gentem Olympiorum aliqua ratio fuerit. Civitates habent omnes immunitates suas et privilegia, quibus, aut bene meritis, aut ex aliqua conditione, privatim nonnulla tribuuntur.

55 *Tempora*] Caput.

Corona] Ex hedera Baccho sacra, qua poëtæ decorabantur.

57 *Latonæ*] Quæ Apollinis et Dianæ mater.

Delia] Delos maris Ægæi insula, quæ, olim fluctuans tectaque mari, repente Latonæ parturienti, et locum ad pariendum quærenti, sese obtulit; qua re illi gratissima.

58 *Una*] Sola: namque immisso contra Latonam serpente Pythone, Juno pellicem ex omnibus terris summovebat.

59 *Fugatis*] Mihi fugato.

60 *Hospita*] Quæ me recepit.

61 *Spem*] Ne semper Getarum esset incursionibus obnoxia.

62 *Gelido*] Ut mitiori aëre fruerer.

Digitized by Google

EPISTOLA XV.

SEXTO POMPEIO.

ARGUMENTUM.

Ad Sextum Pompeium scribens Poëta, profitetur se illi ante omnes debere, Cæsare tamen excepto, cui vitam debet. Deinde eum precatur ut ab Imperatore, quem summa colit pietate, impetret sibi mitius exilium: excusatque se invitum hæc eadem sæpius petere, sed præ nimia et immoderata cupidine se excusandum esse.

Si quis adhuc usquam nostri non immemor extat,
Quidve relegatus Naso, requirit, agam;
Cæsaribus vitam, Sexto debere salutem
Me sciat. A Superis hic mihi primus erit.
Tempora nam miseræ complectar ut omnia vitæ,
A meritis ejus pars mihi nulla vacat.
Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi
Punica sub lento cortice grana rubent:

Si quis est adhuc ullibi non oblitus nostri, vel petat quid ego *Naso exul rerum geram, intelligat me debere vitam Cæsaribus,* et *salutem Sexto: hic erit mihi primus a Diis. Quamvis enim colligam omnia tempora* meæ *vitæ miseræ, nulla pars est mihi vacua beneficiorum ejus. Quæ tot sunt numero, quot grana Punica rubent sub molli cortice in horto fœcundi soli. Quot segetes Africa profert, quot uvas tellus*

2 Ex duobus libris Heins. scribit *requirit:* vulg. *requirat;* et alii *requiret.* —6 *Hujus* pro *ejus* erat in sex scriptis.—8 Bas. *sub lecto cort.* Mox P. *poma*

NOTÆ

3 *Cæsaribus*] Augusto defuncto, ejusque liberis, scil.

Salutem] Nasonem quippe opibus et favore suo juverat: ut ipse superius testatus est Poëta.

4 *Hic*] Pompeius, scil.

7 *Quæ*] Sexti Pompeii merita, scil.

8 *Punica*] Mali Punici, *de Grenade:* quæ ideo a Pœnis nomen sortita, quod circa Carthaginem, Pœnorum urbem primariam, feliciter nascerentur.

Lento] Flexibili.

Rubent] Grana vero Punici mali rubere nemo nescit.

Digitized by Google

Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.
Confiteor: testere licet: signate Quirites.
Nil opus est legum viribus: ipse loquor.
Inter opes et me, rem parvam, pone paternas.
Pars ego sim census quantulacumque tui.
Quam tua Trinacria est, regnataque terra Philippo,
Quam domus Augusto continuata Foro;
Quam tua, rus oculis domini, Campania, gratum,
Quæque relicta tibi, Sexte, vel emta tenes:
Tam tuus en ego sum: cujus te munere tristi
Non potes in Ponto dicere habere nihil.

Tmolia, quot baccas Sicyon, quot favos Hybla. Agnosco; licet testes facias; signate Quirites: nihil est opus viribus legum; ipse loquor. Annumera me etiam rem tenuem divitiis paternis. Ego sum pars utcumque exigua tui census. Quam Trinacria est tua, et tellus regnata Philippo; quam domus juncta foro Augusto; quam tua Campania, rus jucundum oculis domini, et quæ possides tibi relicta vel emta, Sexte, tam ego sum tuus, cujus lugubri dono non potes dicere te nihil habere in Ponto.

latent; et sex libri *grana rubent.*—9 *Gnosia* pro *Tmolia* multi scripti. P. Dan. *Tmol. rura rac.* et Mor. *quot habet Methymna rac.*—10 Ms. Bersm. *gerit* pro *parit.*—12 Mor. et P. Dan. *ips. loquar.*—14 Pro *sim* nonnulli *sum.*—15 Mor. *est, tellus*

NOTÆ

9 *Africa*] Tantam vim frumenti proferebat olim, ut alterum Romæ horreum dici mereretur.

Tmolia] Tmolus mons Lydiæ, vino et croco nobilis.

10 *Sicyon*] Achaiæ oppidum in Peloponneso, olivis suis, itemque marmore et metallis, celebris.

Hybla] Mons atque urbs Siciliæ, apibus et melle a Poëtis præsertim celebrata.

11 *Testere*] Ratum facias testimonio publico.

Signate] Nomina et sigilla apponite ad constabiliendam fidem.

12 *Viribus*] Ut quod certissimum est in lucem proferatur, si quis forte inficiaretur.

13 *Pone*] Sextum alloquitur, in cujus censu se esse, utcumque minoris pretii, Naso agnoscit.

15 *Trinacria*] Sicilia; quæ a tribus promontoriis et triangulari forma sic dicta. Credere est vero et præsidem et patronum fuisse hujus insulæ Sextum; quomodo Romæ singuli habebant populi suos defensores.

Regnata] Macedoniam intelligo, ubi Philippus Alexandri magni pater regnavit: quam regendam et defendendam ab Augusto seu Tiberio habuisse Sextum credideris: nisi potius rus aliquod aut oppidum in Macedonia habuisse eum suspiceris.

16 *Continuata*] Juncta foro Augusti.

17 *Tua*] Propter rus illud quod in Campania Sextus possidebat.

18 *Relicta*] A patre, scil. et majoribus tuis.

Digitized by Google

Atque utinam possis, et detur amicius arvum;
  Remque tuam ponas in meliore loco!
Quod quoniam in Dis est, tenta lenire precando
  Numina, perpetua quæ pietate colis.
Erroris nam tu, vix est decernere, nostri
  Sis argumentum majus, an auxilium.
Nec dubitans oro: sed flumine sæpe secundo
  Augetur remis cursus euntis aquæ.
Et pudet, et metuo, semperque eademque precari;
  Ne subeant animo tædia justa tuo.
Verum quid faciam? res immoderata cupido est.
  Da veniam vitio, mitis amice, meo.
Scribere sæpe aliud cupiens delabor eodem:
  Ipsa locum per se litera nostra rogat.

Atque utinam possis, et præbeatur locus gratior, et constituas rem tuam in agro feliciore! Quod quoniam pendet ex Diis, conator mollire orando numina, quæ colis pietate continua. Nam vix licet distinguere tune sis majus indicium erroris nostri an solatium. Neque incertus precor; verum sæpe flumine propitio fluxus aquæ currentis augetur remis. Et pudet, et vereor, orare semper atque eadem, ne justa tædia occupent animum tuum. Sed quid agam? Desiderium est res immodica. Ignosce, amice lenis, vitio meo. Sæpe optans scribere aliud, recido eodem: ipsæ

regnata Ph.—21 *Et* meliores, teste Heins. alii cum vulgatis *ut*. 'An non præstaret etiam, *amœnius arvum*? nam de amicitia Getarum gloriatur Elegia præcedenti et alibi; nec inimicum fuisse potest Pompeio arvum: *mitius arvum* tres libri.' *Burm.*—23 P. et quatuor alii *len. rogando.*—25 Multi *est discernere, nostr.* —27 Ms. Bersm. *Nec dubites oro, nam flum.* In multis quoque Mss. *flumine;* at vulg. *flamine.*—29 In quibusdam Mss. *semper eademque.*—32 F. *vota* pro *vitio.* —33 Unus Heins. *sæp. volens aliud delab.* Jun. et P. *aliquid* pro *aliud.*—34 Pro *rogat* unus *petit;* alius *facit,* quod non displicebat Heinsio, si *pro se* legatur.—

NOTÆ

21 *Possis*] Dicere, scil. te hic habere nihil; atque adeo alio transferar.

23 *Dis*] Tiberio, scil. et liberis.

25 *Erroris*] Argumentum erroris sui dicit esse Sextum; seu per errorem, non per flagitium, sese Nasonem peccasse contra Augustum, indicio esse Sextum, non sine hujus laude maxima, suique callidissima defensione. Una enim eademque opera et illum acerrimum facit æquitatis vindicem, qui ultro peccantis nequaquam patrocinium susciperet, et sese infelicem, qui contra animi sententiam misere cespitaverit.

26 *Argumentum*] Quia ex spectatissima Sexti virtute, non flagitiosum, sed miserum esse Nasonem, pronum erat colligere.

28 *Remis*] Preces suas Naso, quibus ad opem sibi ferendam Sextum invitat, eleganti metaphora remis comparat.

34 *Per se*] Quia ad absentes loco dissiti scribimus. Utcumque nollet

Seu tamen effectus habitura est gratia; seu me
  Dura jubet gelido Parca sub axe mori;
Semper inoblita repetam tua munera mente:
  Et mea me tellus audiet esse tuum.
Audiet et cœlo posita est quæcumque sub illo:
  Transit nostra feros si modo Musa Getas.
Teque meæ causam servatoremque salutis,
  Meque tuum libra norit et ære minus.

epistola orat locum per se. Sive tamen favor tuus *est consecuturus effectum; sive immite fatum cogit me obire sub polo glaciali, recolam semper tua beneficia animo memori; et terra mea sciet me esse tuum. Quæcumque etiam* terra *est sita sub ullo cœlo accipiet, si saltem Musa nostra exspatiatur ultra sævos Getas; atque intelliget te causam et tutamen meæ salutis, meque* esse *tuum excepta libra et ære.*

36 Unus Heins. *videt* pro *jubet:* et R. *medio Parc.*—37 Mor. *tua carmina ment.* —39 Quatuor libri *Audiat et;* unus P. Dan. et alius *Sentiat.*—41 *Salvatoremque* P. Dan. et quatuor scripti: monachi manum sapit. *Burm.*—42 Pro *minus* olim legebatur *magis.* '*Minus* major scriptorum pars, et editiones nonnullæ: quod Salmasio in Epistolis n. 106. ad Gronovium probabatur, et ipsi Gronovio Observat. II. 1. Ut sensus sit, Me tui mancipii esse norit, quamvis æs et libra mancipationi non affuerint. Vide eum omnino de usu τοῦ *minus.* Is ipse Gronovius eodem capite curis secundis tentabat, *Meque, tuum libra, novit, et ære, minus:* ubi copiose disputat de hoc loco. Twisdenius codex, *et ære datum.* De mancipatione, quæ per æs et libram fiebat, pleni Jurisconsultorum commentarii: videndus et Salmasius de Usuris c. 8. Hinc Horatius; 'Si proprium est, quod quis libra mercatur et ære: Quædam (si credis consultis) mancipat usus.' Fuit, cum scribendum putarem, *Meque tuum libra norit, et ære tuum:* ut neglexerit posterius *tuum* geminare librarius; qui error est frequentissimus.' *Heins.* In Francof. erat, *Meque tuum libra noris et ære datum:* in Ms. Bersm. *Meque tuum munus non tenuante libra.* De τῷ *minus* vid. ad Art. Am. I. 644. Tractavit et hunc locum J. Bapt. Pius ad Plaut. Cas. II. 5. 8. ubi *magis* probat, et significare Ovidium ait, se amico quam maxime devotum esse et addictum. *Burm.*

NOTÆ

Naso, scribens tamen sese remotum indicabat, et tacite loci mutationem poscebat.

35 *Effectus*] Impetraturus est tuus favor apud Cæsarem quod cupio.

38 *Mea*] Quamcumque incolam.

42 *Libra*] Libra et ære in mancipationibus et venditionibus servorum sic utebantur. Quinque adhibitis testibus Romanis, atque eo qui libripens dicebatur, is qui mancipium accipiebat ita loquebatur, 'Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære æneaque libra.'

Minus] Quanquam æs et libra mancipationi non affuerint. Vel, Mancipii sum tui per omnia, nisi quod per æs et libram, aut ea solennitate, non sum emtus.

Digitized by Google

EPISTOLA XVI.

AD INVIDUM.

ARGUMENTUM.

ADMONET in hac ultima epistola Poëta invidum, ne carmen suum laceret, ostendens se exulem esse tanquam mortuum: affirmatque solere livorem pasci tantum in vivis, post cineres vero quiescere: et hac ratione dicit eum debere non ulterius in carmen suum distringere invidiæ stimulos ac dentes, cum sint multi alii celebres poëtæ, quos enumerat: docetque eos posse commodius reprehendi.

INVIDE, quid laceras Nasonis carmina rapti?
Non solet ingeniis summa nocere dies.
Famaque post cineres major venit: et mihi nomen
Tunc quoque, cum vivis annumerarer, erat.
Cum foret et Marsus, magnique Rabirius oris,
Iliacusque Macer, sidereusque Pedo:

Invide, quid discerpis versus Nasonis sublati? Ultimus dies non consuevit obesse ingeniis. Quin fama augetur post cineres: atque erat mihi etiam gloria tunc cum recenserer in superstitibus. Cum et Marsus viveret, et Rabirius magnæ eloquentiæ, et Macer Iliacus, et Pedo sidereus, et Carus qui offendisset Junonem in

4 Ms. Bersm. *annumeraret*, ut ad famam pertineat.—5 P. Dan. P. Jun. et duodecim alii *Cumque foret M.* at Ms. Bersm. *Marcus*. Mox Ms. Bersm.

NOTÆ

1 *Rapti*] Sublati. Sese exulem perinde ac mortuum esse, adeoque Invidiæ minus obnoxium, dicit.

2 *Non solet*] Immo, si Lyrico fides, sicuti virtutem incolumem oderunt, ita sublatam ex oculis quærunt invidi.

5 *Marsus*] Hic Domitius Marsus Poëtæ nostri tempore vixit, ut patet; ex cujus operibus quatuor adhuc supersunt versus in Tibulli obitum, itemque hic in Orbilium sævum ludimagistrum, 'Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.'

Magni] Quia, Fabio teste, Epici carminis scriptor; quod multum animi ac virium expetit.

6 *Iliacus*] Scripsisse hunc Macrum de rebus Iliacis seu Trojanis ab Homero relictis supra in Elegia quadam eidem Macro inscripta vidimus. At-

Digitized by Google

Et, qui Junonem læsisset in Hercule, Carus;
Junonis si non jam gener ille foret.
Quique dedit Latio carmen regale Severus;
Et cum subtili Priscus uterque Numa.
Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis
Sufficis; et gemino carmine nomen habes.
Et qui Penelopæ rescribere jussit Ulixen,
Errantem sævo per duo lustra mari:

Hercule, nisi ille esset jam gener Junonis; et Severus, qui dedit poëma regale Latio, et Priscus uterque cum Numa subtili. Itemque Montane, qui par es versibus inæqualibus, vel æquis, et consecutus es famam duplici carmine. Et qui dovuit Ulyssen errantem aspero mari per duo lustra respondere Penelopæ. Atque Sabinus,

Fabirius; et Barth. Advers. *Sabellius.*—8 Jun. et Voss. *Junoni.* Mox Ms.

NOTÆ

que hinc quamobrem Iliacus dicatur intelligitur.

Sidereus] Hunc Pedonem Albinovanum habuimus etiam supra; quem Epigrammata scripsisse ex Martiali colligitur. Ejus in mortem Drusi superest Elegia elegantissima et sidereo Poëta digna: ut non immerito ex styli sublimitate 'sidereum' a Nasone nostro appellatum credideris: nisi forte, quæ injuria temporum interciderint, de sideribus et astris scripserit.

7 *Læsisset*] Quia, priusquam Herculi Heben filiam suam uxorem dedisset Juno, illi maxime, utpote ex pellice nato, infensa erat: cujus adeoque laudes celebrare tum, illæsa Dea, Carus non posset.

Carus] De eo jam supra in Epistola quam illi inscripsit Naso.

9 *Regale*] Propterea quod tragœdias etiam scripserat, ut dictum supra in epistola illi inscripta: namque de eodem Cassio Severo, Nasonis amico, non de Cornelio, hunc locum intelligendum suadet quæ fuit cum illo priori Poëtæ nostri amicitia. Patet vero, tametsi nullus admoneam, honoris causa appellatos hic a Nasone poëtas sui temporis, quos præsertim coluit.

10 *Subtili*] Quia Numæ Pompilii, secundi Romanorum regis, carmine subtili atque eleganti uterque Priscus vitam comprehendere.

11 *Imparibus*] Elegis, scil. Hexametro et Pentametro constantibus, qui versus inæquales sunt.

Montane] Hic Julius Montanus Tiberio gratus fuit.

Æquis] Hexametris solis.

12 *Gemino*] Elego, quod alternis Hexametro et Pentametro, et Heroico, quod solis Hexametris, constat.

Nomen] Famam.

13 *Qui*] Sabinus est poëta, qui Epistolis Heroidibus ab Ovidio scriptis respondit.

Penelopæ] Ovidii prima epistola ex illis quas finxit Heroidum Penelopes est Ulyssi; qua Heroides omnes intelliguntur.

Jussit] Quia ipse Sabinus illius epistolæ auctor quam Penelopæ suæ Ulyssem rescribere finxit, jussisse rescribere illum Naso dicit.

Ulixen] Per Ulyssen omnes intel-

Digitized by Google

Quique suam Trœzena, imperfectumque dierum
  Deseruit celeri morte Sabinus opus.
Ingeniique sui dictus cognomine Largus,
  Gallica qui Phrygium duxit in arva senem.
Quique canit domitam Camerinus ab Hercule Trojam;
  Quique sua nomen Phyllide Tuscus habet.
Velivolique maris vates, cui credere possis
  Carmina cœruleos composuisse Deos.

qui reliquit suam Trœzena, et opus fastorum imperfectum morte accelerata: et nominatus Largus cognomine ingenii sui, qui duxit senem Phrygium in campos Gallicos: et Camerinus qui cantat Trojam captam ab Hercule; et Tuscus qui habet famam a Phyllide sua. Atque Poëta maris velivoli, cui possis credere Deos cæruleos

Bersm. *jam genus ill.*—14 Pro *sævo* Thuan. *sero;* et Barb. *dubio.*—15 Pro *Trœzena, Trœzen* erat in multis editis: ' *Crozimen* vel *Trisam* Combli: *Trocrem* vel *Troien* Arundel. duo, *Troadem* tres, *Trezenem* alii, *Tromen, Troicem, Troizem, Timeson, Tumesen* et similia: an *Tymelen?* opinor certe nomen puellæ a Sabino decantatæ hic latere.' *Heins. Trojam* prim. Edit. *Trœcen* P. Dan.—17 Editi quidam *dict. de nomine L.*—18 Alii *ducit* pro *duxit.*—19 *Domitam* multi: Pol. et tres alii *domitam...Hercule,* quod verum Heins. putat: vulg. *domito...Hectore.*—20 Pro *Tuscus* Heins. conj. *Fuscus:* Ms. Bersm. exhibet

NOTÆ

lige qui epistolis a Nasone Heroidum titulo scriptis respondisse a Sabino finguntur.

14 *Duo*] Lustra iterum quinque annorum facit completorum, quæ quatuor tantum inclusive complectebantur, ob rationem in præcedentibus allatam. Per decem namque annos terra marique jactatum Ulyssen notum omnibus.

15 *Trœzena*] Amicæ hocne nomen fuerit cujuspiam, an potius operis, tragœdiæ puta, &c. non liquet. Imperfectum reliquisse Sabinum fato præventum testatur Naso: ex quo aliquid majus esse satis intelligitur.

17 *Largus*] Hic, ab ingenii ubertate cognominatus, Antenoris Trojani adventum in Galliam Cisalpinam ubi Patavium condidit, carmine complexus est.

18 *Phrygium*] Trojanum. Antenorem, scilic. ex Trojanis Principibus unum, qui proditionis suspicionem apud multos non effugit.

Duxit] Quia de eo Antenore carmen composuit.

19 *Camerinus*] Quisnam hic fuerit aliunde non cognoscitur.

Hercule] Laomedontis enim Trojanorum regis tempore, Hercules Trojam seu Ilium, 51, ante ultimum excidium anno, expugnaverat.

20 *Phyllide*] Amicane fuerit Poëtæ, an Phyllis illa Lycurgi Thracum regis filia, quæ patri in regnum admodum puella successit, ambigitur; siquidem non carmen tantum sed Poëtæ ipsius Thusci nomen propemodum perierit.

21 *Velivoli*] Per quod velis quasi volatur.

Vates] P. Terentius Varro est Atacinus, quem inter Satyræ peritissimos scriptores Fab. Quintilianus recenset. Præter cetera, Argonautica ex Apollonio Rhodio pleraque scripsit.

22 *Cæruleos*] Marinos.

Composuisse Deos] Hinc adeoque

Digitized by Google

Quique acies Libycas Romanaque prælia dixit;
  Et Marius, scripti dexter in omne genus.
Trinacriusque suæ Perseidos auctor, et auctor
  Tantalidæ reducis, Tyndaridosque, Lupus.
Et qui Mæoniam Phæacida vertit, et una
  Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyræ.
Musaque Turranî Tragicis innixa cothurnis;
  Et tua cum socco Musa, Melisse, levis.

dictasse versus; et qui celebravit exercitus Libycos et certamina Romana, et Marius solers ad omne genus scripti: et Trinacrius auctor suæ Perseidos, et Lupus auctor Tantalidæ reducis et Tyndaridos. Et qui transtulit Phæacidem Mæoniam, atque simul tu etiam, Rufe, poëta lyræ Pindaricæ. Atque Musa Turranii innixa cothurnis tragicis, et Musa tua levis, Melisse, cum socco. Cum Varus et Gracchus

Trocus.—23 P. Dan. *præl. duxit.*—24 In multis *promtus* pro *dexter.*—25 Scripti *Tinacriusque, Tenacriusque, Tænariusque:* et Mor. *Ericiusque.* Alii legunt *actor* in utroque loco pro *auctor.*—26 R. Jun. et duo alii *Tyndaridisque.*—27 In Francof. erat *Hecutetereum vertit in anguem:* latet aliquid. *Hecatheida* P. Dan. et sex alii: *Hecatheia* Servii: *Echateida* Leid. *Mæonidam* Putean. *Burm.*—28 Jun. *Pindariæ fid.*—29 Alii legunt *Turani*, vel *Thorani;* Ms. Bersm. *Tara-*

NOTÆ

operis et Poëtæ præstantia intelligitur.

23 *Quique acies*] Quis hic fuerit non scio; namque de Ennio aut Nævio frustra Commentator exposuit; siquidem Nasonis ætate, multo antiquiores, non floruerunt.

24 *Dexter*] Peritus.

In omne genus] Seu soluta seu numeris astricta oratione opus esset; quovis insuper carminum genere.

25 *Trinacrius*] Siculus. Sicilia enim Trinacria a tribus promontoriis dicta; ut sæpe inculcatum.

Perseidos] Tragœdiæ de Perseo, Jovis et Danaës filio, quam, quisquis hic fuit, scripserat Siculus poëta.

26 *Tantalidæ*] Menelaus est a Tantalo oriundus, de cujus in patriam reditu Lupus poëma conscripserat.

Tyndaridos] Helenæ, Menelai uxoris, Tyndari autem filiæ.

27 *Qui Mæoniam*] Tutiçanus est, uti ex XII. hujus libri Elegia apparet, atque iatis maxime versibus, 'Dignam Mæonias Phæacida condere chartis, Cum te Pierides perdocuere tuæ.'

Mæoniam] Homericam.

Vertit] In Latinum ex Græco transtulit. Videsis quæ ad Elegiæ XII. hujus libri 27. versum annotavimus.

28 *Pindaricæ*] Cujusmodi usus est Pindarus Thebanus, Lyricorum Græcorum Princeps; quem imitari cum magister summus, Horatium dico, in tantum arduum esse scripserit, laude maxima hunc Rufum evehit Naso.

Rufe] Quis hic fuerit ut divinando assequerentur multum sese fatigaverunt Viri docti: at frustra, ni fallor, neque certi quicquam in illorum notis video. Ne tamen a nobis vacuus discedas, te quæso, Lector, altius semel et in perpetuum disquiras, num tanti sit nomina, quorum statim oblivisceris, tam anxie exquirere. Res, atque illæ nobis quæ sunt usui, sunt potius totis viribus dispiciendæ.

29 *Turrani*] Neque de isto aliud novi quam quod indicat Naso, Poëtam,

Digitized by Google

Cum Varus Gracchusque darent fera dicta Tyrannis;
Callimachi Proculus molle teneret iter:
Tityrus antiquas et erat qui pasceret herbas,
Aptaque venanti Gratius arma daret.

exhiberent sæva dicta tyranni, Proculus sequeretur lascivos modos Callimachi. Atque erat Tityrus, qui pasceret gramina antiqua, et Gratius præberet arma apta

tani; P. Dan. *Tiranni.* Mox Mor. *innexa coth.*—31 Alii *dict. tyranni.*—33 Hæc nec Latina sunt, nec satis intelligo quid sibi velint. Hafniensis, *Tityrus æternos caneret qui procreet herbas.* Moreti codex, *Tityron antiquas recubasse referret ad umbras,* ut et liber Petri Servii; nisi quod in eo *aras:* alii aliter. Moreti librum sequor, [quomodo etiam Burm. edidit,] dum meliora

NOTÆ

scilicet, fuisse tragicum.

Cothurnis] Calceamenti quoddam genus fuit cothurnus, quo in agendis tragœdiis utebantur, sicuti soccus in comœdiis usum suum habuit.

30 *Melisse*] Hunc Togatas scripsisse testis est Scholiastes Horatii ad Artem Poëticam. De eo etiam Suetonius, qui, præter illas Comœdias, quas Trabeatas inscripsisse dicit, illius laudat ineptiarum seu jocorum libellos, quibus et mimos diversi operis addiderit. Clariss. Heinsius autem jocos illos ex Apologis Æsopicis constitisse credit: id enim scribendi genus 'jocos' vocabant, uti ex Phædro et Martiali ille idem ostendit. Porro Mæcenatis libertum fuisse Melissum non modo docet, ex Plinio, scilicet, verum insuper Caium Cilnium Melissum, mutuatis, de more, a patrono Mæcenate prænomine ac nomine, ex eo appellatum opinatur, quod de prænomine inter Suetonium et Scholiasten Horatii parum conveniat, Caiusque ab hoc, ab illo Cneus nominetur. Verum supra modum in nugis immoramur.

Levis] Utpote qui levia in comœdiis tractavit.

31 *Varus*] Quandoquidem Thyestis etiam a Vario conscripti meminit Tacitus in libro de Oratoribus, atque apud Horatium nunc Varus, nunc Varius unus atque idem Poëta appelletur, dubium non videtur, quin unus atque idem sit, quem Horatius et Quintilianus non obscure cuilibet Græcorum in tragœdia scribenda parem faciunt. Cremonensis fuit, eques Romanus, illorum unus quibus Æneidem Augustus dedit emendandam.

Gracchus] Hic, ut testatur Naso, idem quod Varius ceperat tragœdiæ argumentum.

Darent] Hoc est, in poëmate suo describerent.

Fera] Aspera et horrenda.

Tyrannis] Alii *Tyranni:* Thyestis, scilicet, Pelopis filii, de cujus in Atreum fratrem odio, adulterio cum ejusdem uxore, itemque prandio ex appositis ab Atreo in epulas filiis, multa in superioribus vidimus.

32 *Callimachi*] Poëta Græcus fuit, Quintiliani testimonio Elegiæ Princeps.

Proculus] Hic famam a Nasone solo consecutus est hodie.

Molle] Lascivum scribendi genus de amore et hujusmodi ineptiis.

33 *Tityrus*] Pastor est apud Virgilium in Bucolicis, qui pro ipso poëta sumendus.

Pasceret] Hoc est, Bucolica scriberet. Illud namque ex eo intelligendum quod de se sub Tityri persona

Digitized by Google

Naidas a Satyris caneret Fontanus amatas,
  Clauderet imparibus verba Capella modis.
Cumque forent alii, quorum mihi cuncta referre
  Nomina longa mora est, carmina vulgus habet;
Essent et juvenes, quorum quod inedita cura est,
  Appellandorum nil mihi juris adest:
Te tamen in turba non ausim, Cotta, silere,
  Pieridum lumen, præsidiumque fori.
Maternos Cottas cui Messallasque paternos
  Maxima nobilitas ingeminata dedit.

venatori. Cum *Fontanus celebraret Naidas amatas a Satyris, Capella coërceret voces numeris imparibus. Cumque alii essent, quorum memorare omnia nomina longum est tempus, vulgus habet poëmata; essent etiam juvenes, quorum nominandorum nullum jus habeo, quia poëmata non sunt vulgata: non ausim tamen te præterire in tanto agmine, Cotta, gloria Musarum, et columen fori: cui maxima nobilitas duplicata præbuit Cottas maternos, et Messalas paternos. Si fas est di-*

sese offerunt. *Heins.*—35 Ms. Bersm. deest *a.* Mox P. Dan. *can. Foritanus in.*—37 Pro *mihi* P. *me;* et pr. Ed. *modo.*—36 Tres libri *vulg. habent.*—39 *Musa est* tres veteres: at unus Thuan. *inedita cura est;* rectius: nam *Musa* mox sequitur. *Heins.* Alii etiam cum vulg. *causa.*—41 Tres libri *Te tanta in turb.* et Ms. Bersm. *tantum.* Heins. mallet *e* vice *in.*—42 Editi aliquot *numen* pro *lumen.*—44 *Maxima* et *ingeminata* jungi uno substantivo non

NOTÆ

Virgilius scripsit in primo Bucolico, sibi et oves pascere et cantare amores per Augusti benignitatem licere, cum ceteri pastores sedibus suis pellerentur.

34 *Gratius*] Nisi hic mendum latet, fuerit Gratius poëta, qui de venatione poëma scripserit. At in quibusdam codicibus sic legitur, 'Aptaque bellanti gratius arma daret,' ut et istud ad Maronem referatur, qui melius multo Arma virumque suum in Æneide cantaverit quam Bucolica scripserit.

35 *Naidas*] Ita dicebantur Nymphæ, quæ in fontibus habitare putabantur.

Fontanus] Poëta, quem fabulas et amores Satyrorum scripsisse testatur Naso; aliunde non cognoscimus.

36 *Clauderet*] Verba astringeret scribendo Elegos.

Capella] Non is videtur esse qui Mercurii nuptias, Epigrammata, aliaque scripsit: quanquam de hoc nostro nihil compertum habeo.

37 *Alii*] Poëtæ, scilicet.

38 *Vulgus habet*] Atque adeo vulgo probantur.

39 *Juvenes*] Poëtæ, scilicet.

Inedita] Non publici juris facta.

Cura] Pro poëmatibus posuit, quæ multa cura componuntur.

40 *Nil mihi*] Quid enim de illis prædicaret quos non inspexerat?

41 *Cotta*] Hujus Poëta noster superius meminit, libri tertii de Ponto Eleg. secunda, ubi illum a Numa maternum genus ducere dicit.

42 *Pieridum*] Musarum splendorem atque poëtarum.

Præsidium fori] Qui eloquentia tua jura defendis et legum majestatem

Digitized by Google

Dicere si fas est, claro mea nomine Musa,
  Atque inter tantos, quæ legeretur, erat.
Ergo summotum patria proscindere, livor,
  Desine, neu cineres sparge, cruente, meos.
Omnia perdidimus. Tantummodo vita relicta est,
  Præbeat ut sensum materiamque malis.
Quid juvat extinctos ferrum dimittere in artus?
  Non habet in nobis jam nova plaga locum.

cere; Musa mea erat fama illustri, et quæ legeretur inter tantos. Invidia, ergo omitte lacerare pulsum patria; neve sparge cineres meos, crudelis. Omnia amisimus; tantummodo vita est concessa, ut exhibeat sensum et causam malis. Quid prodest dimittere ensem in membra mortua? Nova plaga non jam habet locum in nobis.

satis eleganter puto: quare legerem, *Maxime, nobilitas ingeminata dedit.* Maximus enim Cotta. Vide supr. II. 8. et III. 6. et ibi Heinsium. *Maxima nobilitas cui geminata* Leidens. et P. Dan. *proxima* Ms. Bersmanni, qui non ineptum putat. *Burm.*—50 Pro *malis* meliores, teste Heins. *mali.*—51 Ex melioribus reposuit Heins. *dimittere* pro vulg. *demittere.*

NOTÆ

servas.

43 *Messallas*] Familia fuit Romæ florentissima, quæ ex Valer. Corvino derivata, a Messana, Siciliæ urbe quam hic vicerat, nomen habuit. Translato enim urbis nomine in se, Messana primo, dein, lapsu temporis permutatis literis, Messala appellatus est.

44 *Ingeminata*] Materno et paterno splendore duplicata.

45 *Si fas est*] Arrogantiæ labem ista vitat præmunitione, ne sibi nimium tribuisse videatur.

Mea Musa] Mea poëmata.

48 *Cineres*] Sepultum se innuit, qui patria sit pulsus.

Cruente] Pro crudeli.

51 *Ferrum dimittere*] Non minus crudeliter ergo invidus et malignus calumniator quam latro lædit, si Nasoni, mihique venenatas et sceleratas linguas experto etiam, aliquam fidem adhibeas.

52 *Non habet*] Non temere dixerit, siquidem hæc ultima Poëtæ epistola.

Digitized by Google

DIONYSII SALVAGNII BOESSII,

EQUITIS DELPHINATIS,

IN OVIDII IBIN

PROLEGOMENA.

[Ex Ed. Burmann. 4to. Amstelod. 1727.]

CAPUT I.

Multos huic Poëmatio manus admovisse, nonnulla tamen in eo superesse, quibus enodandis Œdipo vel Sibylla sit opus.

Cum primum animum ad Ovidii libellum in Ibin enarrandum appuli, nihil mihi prius atque antiquius fuit quam ut omnium, qui de hoc libello bene meriti essent, Commentarios undique perquisitos evolverem. Enimvero plurimi tum nostra, tum patrum et avorum memoria, in hoc poëmatio, tamquam in Olympico stadio, non citra pulveris tactum, desudarunt. Quorum vetustior ἄθηλος ceteris facem prætulit, sed 'ejus scrinia,' inquit Adrianus Turnebus Adversar. IX. 25. 'alii interpretes compilarunt, et scripta, etsi mendosa, unde tamen multa odorari poteramus, suppresserunt.' Nos illum tamdiu desideratum in lucem edemus. Sed enim quia fœdis glossematis ac supposititiis auctorum testimoniis inquinatus est, aurum ex ejus stercore colligendum. Anno vero supra millesimum quater centesimo nonagesimo quinto, Domitius Calderinus Veronensis, in id toto pectore incubuit: Vir quidem plurimæ in literis industriæ, qui cum Romæ profiteretur, et obscura duriorum poëtarum sensa reconditæ lectionis admirabili testimonio dilucidaret, literarii splendoris assertor, ac omnis obscuritatis illustrator, acclamatus est, uti Paulus Jovius in ejus Elogio prodidit: nec minus vere Henricus Stephanus Epistola ad Ludovicum Castelvetrum, quæ præfixa est editioni suæ libri Jani Parrhasii de rebus per Epistolam quæsitis, 'Age,' inquit, 'tu quicumque Beroaldi aut Domitii scripta non unius assis, præ iis quæ hodie eduntur, æstimanda putas; quid sine Beroaldo, ac Domitio, aliisque hujusmodi magistris, scribi ab eorum posteris potuisse arbitraris?' Neque enim solum Domitius hunc Ovidii libellum, sed etiam Ciceronis Epistolas, Mar-

Digitized by Google

tialem, Juvenalem, Papinii Sylvas, Suetonium, et quosdam alios Scriptores enarravit. Denique tot tantaque edidit, aiebat Egnatius, quot quantaque in hoc genere ad hanc diem nemo. Eo factum est, ut acerbas cum æmulis simultates exercuerit, a quibus piperatis literulis perstrictus fuit, quod sibi comparatam auctoritatem retinere quavis ratione et arte contenderet; atque ita crudos ingenii sui fœtus emittere coactus sit, quibus provectior ætas proculdubio maturitatem attulisset. Quippe 'auctoritatis tam magnæ fuit,' inquit Angelus Politianus Miscellan. c. 9. 'ut Romæ inter Professores juvenis adhuc primam celebritatem sibi vindicaverit, cujus tuendæ ac retinendæ gratia factum compluries putamus, ut in suis operibus frontem perfricuerit, et per æqua, per iniqua famam captans, parum ex fide quæpiam retulerit; nonnulla etiam male solers et præstigiosus, speciem quidem primorem veri habentia, magno credentium dispendio sententiis ignorabilibus implicuerit, et pulverem, quod aiunt, oculis offuderit; aut sicubi major difficultas, nec absistens, nec congrediens spem lectoris eluserit. Ita, dum nescire se nihil probare contendit, etiam Parthis aliquoties et Cretensibus mendacior invenitur.' Ideo Raphaël Volaterranus, Anthropologiæ lib. XXI. dignum eum, ut de Cœlio Quintilianus ait, vita longiore, ingenio tamen meliore existimavit. Cum enim trigesimum quartum ætatis annum attigisset, Romæ pestilentia, vel, ut Jovius auctor est, febre correptus obiit. Ille ipse est, quem de sacrificio illo, quod Gregorius Nazianzenus ἀναίμακτον θυσίαν, Synesius τελετὴν ἀπόῤῥητον vocant, male sentientem politissimus ille Politianus hoc Epigrammate facetissime traduxit: 'Audit Marsilius missam, missam facis illam Tu, Domiti, magis est religiosus uter? Quis dubitet? tanto es tu religiosior illo, Quanto audire minus est bona, quam facere.' Nolim autem referre, quod de eo Ludovicus Vives, lib. II. de Veritate Fidei, in hanc rem prodidit, ne pias Christiani Lectoris aures læserim. Ceterum non multo post eandem provinciam suscepit Christophorus Zarottus Justinopolitanus, cui transversum unguem a veteris Interpretis sententia discedere religio est: qua etiam tempestate, nempe anno millesimo quingentesimo decimo sexto, Andreæ Naugerii Annotationes, De diversitate Lectionum, in omnia Ovidii opera Venetiis prodierunt. Post paulo, Iodocus Badius Ascensius, in Domitii verba juratus, hunc libellum tironibus enarravit. Fuit ille typographus, et in illa, tum celeberrima Lutetiæ τῆς οἰκουμένης ἐπιτομῆς academia, grammatices Professor, ubi familiares, ut ipse loquitur, expositiones in auctores, cum veteres tum recentes, prope innumerabiles edidit. Quinetiam Baptista Egnatius Venetus, vir ætate sua magni nominis, brevibus suis notationibus non parum caliginis inde sustulit. Post illum Guido Morillonus, quem Adrianus Junius virum multijuga doctrina, et omnifaria lectione, atque humanitatis et philosophiæ omnis ἀφροδίτην καὶ χάριτα vocare non dubitavit, cujusque eruditionem Petrus Nannius initio lib. v. Miscellan. magnis laudibus extollit, hoc opusculum extremis digitis attigit. Deinde Jacobus Micyllus Argentinensis, accurato vir ingenio, aliquas Observationes addidit, quibus non mediocrem laudem meruit. Hic Micylli nomen retinuit, quod puer scite personam egisset Micylli, unius ex interlocutoribus in Dialogo Luciani, qui ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών inscribitur: Ovidianorum autem operum recensione et variis Luciani Latine redditis, tum poësi, et duobus Arithmetices Logisticæ libris, exem-

Digitized by Google

plis admodum utilibus illustratis, nominis sui decus ad posteros propagavit. Heidelbergæ obiit anno 1558. relictis duobus filiis disparis sortis, Julius enim Cancellarius fuit Ludovici Electoris Palatini, alter vero sartor erat Heidelbergensis. Tum Franciscus Sanctius Brocensis huic chartæ impalluit, et aliquid in eam non parvi momenti contulit. Accesserunt Gregorii Bersmanni, Constantini Fanensis, et Herculis Ciofani Sulmonensis scholia; eosque secutus est Didacus Mexia Hispalensis, qui apud Mexicanos Indos hoc poëmation in Hispanam linguam traduxit, et annotationes vernaculas adjecit, editas Hispali anno 1608. quas humanitati debemus Jacobi Mantelli, hominis exquisita doctrina. Vidimus et quæ Joannes Grejonius, itemque Jacobus Andrevius Lutetiæ, magno discipulorum plausu dictasse feruntur; hic anno 1584. ille 1571. Sed in illis merus Domitius, præterea nihil. Postremo Valerius Andreas Desselius plurima lectione exercitus non pœnitendam operam in hac Sparta ornanda collocavit, editis anno 1618. locupletibus Notis. Nec sine piaculo præteream Antonium Urceum Codrum, Janum Parrhasium, Angelum Politianum, Ardream Alciatum, Baptistam Pium, Paulum Leopardum, Adrianum Turnebum, Josephum Scaligerum, Didacum Covarruviam, Abstemium, Hartungum, Lipsium, Schottum, (Jupiter quos viros,) qui vel in Adversariis et Miscellaneis dedita opera, vel in aliis opusculis obiter quosdam Nasonis locos excusserunt, ut vere de hoc poëmatio dici possit, ' Cui non dictus Hylas?' Suppudeat autem, ' me quoque principibus permistum agnoscere Achivis,' cui si paterna res administranda foret, ætatis venia non daretur. Et vero post tot eruditionis spectatæ viros in eandem palæstram descendere, hoc revera est post Roscium in scena velle gestum agere; sed quia jacta est alea, efficiendum est, ne mihi jure novum opus nuntietur, aut interdicto quod vi, aut clam mecum agi possit. Neminem laude sua fraudabo, nobilis enim mihi semper visa est lex illa Laurentium, *Ne pomum ex alieno.* Itaque præcipuus hic nobis scopus ob oculos erit, ut quæ obscuriora, necdum cuiquam explicata sunt, quoad ejus fieri poterit, illustratum eamus. Excusorum etiam librorum maculas manu scriptorum ope, aut certe ipsi de ingenio eluamus. Prima quidem editione Observationum nostrarum difficiliora quædam loca saltuatim selegeramus. Planiora et quæ ab aliis enucleata silentio transmiseramus. Nunc hortatu virorum acri judicio, uberiorem et perpetuum commentarium damus, ne alio quærenda sit fabularum minus obviarum enarratio. Quanquam ne sic quidem nos omnes hujusce libelli salebras explanaturos pollicemur, ut quivis deinceps inoffenso pede quacumque progrediatur; id enim pleniorem, quam ætas nostra ferat, eruditionem postulat. Deinde multa sunt in eo, quæ ' nisi Sibylla legerit,' ut ait apud Plautum Pseudolus, ' interpretari alium posse reor neminem,' cujusmodi sunt ista: ' Aut velut Euryali qui sceptrum cepit ab illo, Sint artus avidis anguibus esca tui.' Et ista: ' Aut pia te cæso dicatur adultera, sicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.' Item illa: ' Æthalon ut vita spoliavit Isidius hospes, Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io. Utque Melantheum tenebris a cæde latentem Prodidit officio luminis ipsa parens.' Et similia, quorum interpretatio petenda esset ab illis scriptoribus qui temporis injuria amissi triste nobis et acerbum sui desiderium reliquerunt. Hic enim fabulæ quædam sive historiæ tanguntur, quarum apud unum duntaxat auctorem

Digitized by Google

mentio est, quem si forte desiderari contigisset, de eorum enarratione plus cuiquam dubio actum esset. Nimirum Achæi supplicium, cujus meminit Ovidius vs. 301. unus Polybius commemorat. Pyrrhi Achillis filii reliquias per Ambracias vias disjectas esse, Hygino soli cum Nasone convenit. De Eurydamante, a Simone Larissæo circa Thrasylli tumulum raptato, præter Ovidium et Didymum Homeri scholiastes ad Iliad. X. nemo quicquam memoriæ prodidit. Thasum etiam a canibus laceratum Naso duntaxat et Hyginus retulerunt. Item carmen 507. ab unico Diodoro illustratur, ut et versus 551. ab Epigrammate ἀδήλῳ lib. III. Anthologiæ; ut credibile sit, quædam hic esse obvia quæ si quis alibi quærere velit, operam, credo, omnem luserit. Sic apud Lycophronem historiæ quædam extant quas nemo alius attigit, ut Prylis, Midæ; et vocabula non pauca quibus præter eum nullus usus est, qualia φόλαμος, λάφις, πέρρα, πτέλας. Ejus tamen Alexandram sive Cassandram, quamvis tenebricosam, poëmatio nostro obscuriorem esse Domitius non concedit. Sic enim Peroratione commentariorum suorum: 'Lycophronis carmen legimus sæpe, in quo argumento quidem Ovidio grandior, sed verbis apertior nobis videtur; et cæci qui illum interpretantur, in tanta præsertim librorum copia. Non tam enim per conjecturam fabulæ, ut apud illum, indagandæ fuerunt, quam colligendæ a diversis auctoribus scriptæ.' Quamobrem nemini mirum videri debet, si tot Ovidianæ mentis interpretes in plerisque locis veluti in circo Andabatarum more decertamus. A versu nimirum 235. unde Naso fabulas et historias auspicatur, ad versum 645. qui libelli postremus est, triginta supra ducentas memorantur. Interdum uno disticho tres continentur, interdum quatuor, ut illo: 'Ut fuit Œtæo quondam, genereque draconum, Tisamenique patri, Callirhoësque viro.' Ita ut Ovidianum hoc poëmatium fabularum officina vere dici possit. Causa vero a nobis suo loco afferetur, cur Ovidius obscuritati studuerit; sed et ante illum Cinna Poëta, Virgilii præconio celebratus, Smyrnam, poëma obscurissimum, elaboravit, quod cum vulgo non intelligeretur, Crassitius grammaticus commentario luculento in ipsum edito adeo inclaruit ut hoc epigramma de eo scriptum sit, teste Suetonio libro de Illustribus Grammaticis: 'Uni Crassitio se credere Smyrna probavit, Desinite, indocti, conjugio hanc petere. Soli Crassitio se dixit nubere velle, Intima cui soli nota sua extiterint.' Smyrnam autem novennii opus fuisse Catullus et Quintilianus prodiderunt. Quo fortasse respexit Horatius in Epistola ad Pisones, cum præcipit, duratura poëmata in nonum annum premenda esse. Nec omiserim antiquissimos Poëtas de industria obscuritatem affectasse, ut Æschyli scholiastes notavit ad Προμ. δεσμ. his verbis: Οἱ παλαιοὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν πρῶτον μὲν αἰνίγμασι γεγράφασιν, ὕστερον δὲ καθόλου φανερῶς ἐχρῶντο τῷ λόγῳ.

CAPUT II.

Germanus huic Opusculo titulus assertus.

Antverpiensis editio arida, modo pumice Valerii expolita, hoc titulo circumfertur, 'P. Ovidii Nasonis Diræ in Ibin,' quemadmodum egregium illud poëmation, cujus auctorem esse Valerium Catonem grammaticum perspicaci-

Digitized by Google

ores existimant. Verum ne Dii sinant ut ab Epigraphe recepta deflectamus, nisi libros omnes, tum excusos tum exaratos, valere jubeamus; nisi denique Nasoni ipsi affingamus, qui se hoc opusculum Libellum in Ibin inscripsisse liquide testatur vs. 51. in hunc modum: 'Et neque nomen in hoc nec dicam facta libello.' Iterum vs. 461. 'Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello.' Qua dictione poëmatia quæque proprie designantur. Sic enim Ausonius Griphum suum de Ternario numero indigitat: 'Latebat inter nugas meas libellus ignobilis:' paulo post, 'igitur iste nugator libellus, tamdiu secreta quidem, sed vulgi lectione laceratus, pervenit tandem in manus tuas.' Idemque Protrepticon suum de puerili studio libellum nominat Epistola ad Hesperium: 'Libellum, quem ad nepotulum meum, sororis tuæ filium, instar Protreptici luseram, venturus tibi prænisi legendum.' Sic etiam Papinius Sylvulas suas 'Libellos' appellat, Præfatione, lib. I. ad Stellam. Rursus Præfat. lib. II. ad Meliorem Atedium. Iterum Præfat. lib. III. ad Pollium, et lib. IV. Hendecasyl. ad Plotium. Quinetiam Jurisconsulti ea carmina, quibus alicujus fama proscinditur, cujusmodi sunt ista Ovidiana, 'famosos Libellos' vocant. Hæc autem minora fortasse videbuntur quam ut animadversione digna essent. Parum enim Reipublicæ literariæ interest Diræne an Libellus hoc poëmation inscribatur: verum legitimam scriptionem atque ipsam Nasonis manum immutare nulli per me licebit. Ut ut sit, Nasonis votum omne in malis, monstris, morbis, exiliis, supplicis, plagis, mortibus, cujusmodi carmen Diras appellabant; quod illæ scilicet ultrices Deæ putarentur, quarum numina precibus in hostium aut inimicorum perniciem evocarentur. Priscum illud quidem, atque in scenis primum agitatum, mox ad recentiorum animos accommodatum, ut observatum est a Julio Scaligero Poëtic. I. 53. Exornatur autem, ut ipse ait, sententiis non vulgaribus, et variis historiarum ambagibus, qualia scripsit Ovidius in Ibin. In Horatii Epodo aliquid imaginis est. Expressior apud Catullum in Ariadnæ conquestione et in quarto Æneidos. Item quæ fundit Statianus Œdipus, sumta de Græcis tragicis, ut et Senecæ Theseus ex Euripide.

CAPUT III.

Argumentum libelli. Quare Callimachus Apollonium Ibidis nomine devoverit, contra Minutiani, Alciati, Bisciolæ, et aliorum sententiam. Joannis Meursii lapsus. Philippicæ. Alia scitu digna.

Ovidius hoc libello nescio quem sub Ibidis nomine graphice exornatum Diris devovet. Causa triplex ab ipsomet affertur. Ibis Ovidii nomen ubique maledictis lacerabat, ipsumque in invidiam atque odium apud Augustum vocabat, quo diutius Tomis exulantem remoraretur: tum ejus uxorem importune solicitabat. Præterea Ovidii fortunis inhians, ipsum ad extremam inopiam redigere conabatur. Omne votum in supplicis et mortibus, ut modo dicebam: idque Callimachi imitatione, qui in Apollonium Rhodium, Argonauticorum scriptorem, Ibidis nomine notatum, libellum scripsit, de quo Suidas in Καλλίμαχος, Ἔστι δὲ ποίημα ἐπιστρεφόμενον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου· ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας

τὰ Ἀργοναυτικά: *Est autem poëma de industria compositum obscure, continens contumeliosam insectationem in quendam Ibin, qui fuerat inimicus Callimachi. Erat autem hic Apollonius ille qui Argonautica scripsit.* Quare dejerare ausim Callimachi manes, eundem Apollonium esse quem ille Hymno εἰς Ἀπόλλωνα ipsam invidiam αὐξητικῶς appellat his versibus: Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν· Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδόν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει. Τὸν φθόνον ὡ 'πόλλων ποδί τ' ἤλασεν, ὧδε τ' ἔειπεν· Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος, ἄλλα τὰ πολλὰ Λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι σύρφετον ἕλκει. Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι, Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον. Χαῖρε ἄναξ· ὁ δὲ Μῶμος ἴν' ὁ φθόρος ἔνθα νέοιτο. Quos cum alii totidem Latinis expresserint, quid impedit quominus et nos id tentemus? interdum enim Latias Musas nostras inter Græcas luxuriari sinimus: 'Livor Apollineas occulte dixit in aures: Non miror vatem qui non canit æquoris instar. Livorem pepulit simul ille simulque locutus: Assyrius late fluit amnis, at ille palustris Illuviem terræ sordesque volutat in undis. Non quovis Cereri libant e fonte Melissæ, Sed qui limpidus est, et limi prosilit expers, Sacro fonte latex parvus, flos summus aquarum. Salve Rex: abeat quo crux erit invidus ille.' Causam autem profert Nicodemus Frischlinus in vita Callimachi Græce conscripta: Εἰς ὃν καὶ πολίημα ἐπιτετήδευκε, διὰ τὸ προστοιητικὸν ἐκεῖνον εἶναι τῶν Καλλιμάχου βιβλίων, καὶ ἀλλοτρίων πόνων, ὀνόμασε δ' αὐτὸν κρυπτικῶς Ἶβιν, ὡς καὶ Νάσων ὁ ποιητὴς οὕτω πως μαρτυρεῖ: *In hunc Callimachus, quod suos ille libros sibi arrogaret, et alienos labores pro suis venditaret, maledicum carmen edidit, ipsumque Apollonium suppresso nomine Ibin nominavit, quemadmodum Ovidius testatur.* Hæc ille, quod apud alium notæ melioris Auctorem non memini me legere, nisi quod hunc versum, qui apud eundem Apollonium extat lib. I. Argonaut. p. 64. Editionis Stephaneæ, Καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι, Callimachi versum esse ab Apollonio usurpatum, vetus ipsius Apollonii scholiastes asserit. Nicodemum autem Frischlinum cum in testimonium adduxi, miseret me acerbissimi ejus fati: nam cum ob ea quæ ore nimis libero effutiisset in Viros nobilissimos, Moguntiæ in carcerem conjectus esset, indeque deductus foret in Wurtembergici soli arcem Hohenauracensem; quo captivitatem effugeret pannos discidit, ut his colligatis se demitteret, sed hujusmodi funis perfidia in alias aliasque petras præceps datus, confractis membris expiravit. Ceterum Callimachus Apollonium Ibidis nomine, quæ est avis Ægyptia, notum esse voluit; non propter ejus spurcitiam, cui rostri aduncitate per eam se partem proluere insitum est, qua redduntur ciborum onera, ut Minutianus grammaticus apud Cœlium Rhodiginum XIII. 1. Antiq. Lectionum, Alciatus Emblemate 86. Zarottus, et plerique grammaticorum existimant; nec etiam, quod libellus Callimachi diris et execrationibus esset refertus, quæ serpentium instar, quibus Ibis vescitur, Apollonium morderent ac lacerarent; quæ sententia est Lælii Bisciolæ in Horis subsecivis, v. 18. sed ut Apollonius, qui Alexandrinus erat, aliqua ex parte indicaretur. Quamvis enim Rhodius diceretur, Alexandrinum tamen fuisse prodidit Strabo lib. XIV. p. 45. editionis a Casaubono recognitæ his verbis: Διονύσιος δὲ ὁ Θρὰξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι: *Dionysius vero Thrax et Apollonius Argonauticorum conditor Alexandrini quidem fuerunt, sed nominati sunt Rhodii.* Suidas:

Digitized by Google

Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς, ἐπῶν ποιητής, διατριβὰς ἐν Ῥόδῳ, υἱὸς Σιλλέως. Item Anonymus auctor, qui scripsit γένος Ἀπολλωνίου τοῦ Ῥοδίου. Quanquam Ælianus de Animalibus XV. 23. eum Naucratitam facere videtur. Sed utcumque est, Ægyptus patria fuit, Naucratis enim urbs est Ægypti. Quamobrem longe fallitur Joannes Meursius, qui Syntagmate de Apolloniis, pro diversis habet Rhodium et Alexandrinum, Sillei filium, qui Eratostheni in Alexandrinæ Bibliothecæ præfectura successit. Ovidius autem Callimachi exemplo inimicum suum Ibin appellasse videtur, quemadmodum Tullius Orationes suas in Antonium Demosthenis imitatione Philippicas inscripsit, uti etiam Trogus Pompeius Historias suas æmulatione Theopompi, qui Philippicas scripserat. Sed magis est ut credam Nasonis adversarium Ibidis nomine designatum quod is revera Ægyptius esset, qua de re sequenti capite disseremus; nam et Aristophanes in avibus Lycurgum Ibin nominavit, propterea quod genere et moribus Ægyptius esset; ut vetus Aristophanis schollastes exponit.

CAPUT IV.

Ibidis nomen conjectura perquisitum, forte compertum.

Nascitur sua sponte obscuritas ex istis privatarum rerum historiis, quibus etiam Naso dedita opera tenebras offundit, ut arduum sit tam densis nebulis veri scintillam exsculpere. Ego tamen incusso ad illum tenebricosæ vetustatis pyriten chalybe, non mediocrem lucem expressurum me confido. Sed antequam sententiam roger, operæ pretium est veterem grammaticum audire, qui, teste Cœlio Rhodigino, Antiquar. Lection. XIII. 1. Corvinum esse prodidit quem hic Naso sale et resina confricat. Ejus verba sunt: 'Illud obiter annotarim, in Cæcilii Minutiani Apulei fragmentis observatum, annis septem in exilio consumtis functum esse fato Ovidium, qua die Titus quoque Livius decesserit. Structum item illi a Barbaris per multas lacrymas tymbon ante januam. Auctor idem Minutianus est, Corvinum ab Ovidio appellatum fuisse Ibin, ex avis fœditate, cui ventrem rostro purgare insitum sit, et hoc ex Callimachi imitatione. Pulsum quoque in exilium quod Augusti incestum vidisset.' Hæc ille, quorum fides esto penes auctorem, qui nondum lucem vidit, uniquæ Cœlio Rhodigino notus fuit, uti jam antea pronuntiavit Lilius Gyraldus Dialogo 4. de Poëtarum historia. An Corvinus, quisquis ille fuerit, in Libya natus est? ubi scilicet Ibin natales habuisse declarat Ovidius in his: 'Qui simul impuræ matris prolapsus ab alvo est, Cinyphiam fœdo corpore pressit humum.' Item vs. 513. ubi lœnas, quibus scatet Africa, Ibidis populares vocat. Verum enimvero, si conjecturæ locus detur, dicam quid ego sensero, et ut apud Plautum Trachalio, 'promittam capillum incipiamque hariolari.' Neque enim cymbalum illud mundi Appionem grammaticum imitandum mihi proposui, qui teste Plinio XXX. 2. prodidit, se evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibusve parentibus genitus esset, non tamen ausum profiteri quid sibi respondisset. Non Georgium Joachimum Rheticum, Copernici discipulum, quem ferunt, dum in motu Martia

Digitized by Google

hæreret mirabundus, neque se explicaret, ad genii familiaris oraculum confugisse: atque hinc exasperatum dæmona sciscitatoris importuni caput ad imminens laquear afflixisse, iterumque dimissi corpus ad pavimentum protrahasse, addito responso, hunc esse motum Martis, ut refert Joannes Keplerus Epistola dedicatoria ad Rudolphum Imperatorem. Tota res conjecturis peragetur. Itaque suspicor C. Julium Hyginum esse, quem Ovidius ficto nomine Ibin appellat. Illum inquam, de quo Suetonius libro de Illustribus Grammaticis, retulit in hæc verba: 'Caius Julius Hyginus, Augusti libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, et a Cæsare puerum Romam advectum Alexandria capta, studiose et avide imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum Græcum, quem propter antiquitatis notionem Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant. Præfuit Palatinæ Bibliothecæ, nec multo secius plurimos docuit, fuitque Ovidio Poëtæ familiarissimus, et Caio Licinio consulari Historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit, et liberalitate sua quoad vixit sustentatum. *Hujus* libertus fuit Julius Modestus, in studiis atque doctrina vestigia Patroni secutus.' Hæc ille; cujus verba diligenter et acri judicio perpensa non levem suspicioni meæ ansam præbere videntur. Cum enim Hyginum Ovidio familiarissimum fuisse dicit, ubi modo vel in omnibus utriusque monumentis tantæ necessitudinis vestigium extat? Ovidius ad uxorem, ad Carum, ad Perillum, ad Brutum, ad Maximum, ad Rufinum, ad Græcinum, ad Messallinum, ad Severum, ad Flaccum, ad Germanicum, ad Solanum, ad Atticum, ad Cottam, ad Cotim, ad Suillium, ad Albinovanum, ad Gallionem, ad Tuticanum epistolas mittit, ad Hyginum vero nullam. An forte ille est ad quem suppresso nomine toties scribit? neutiquam: Hyginum enim admodum pauperem decessisse Tranquillus ait; alterum divitem atque opibus abundantem fuisse Naso uiserte prodidit his versibus, quos ad amicum mittit, cujus nomen consulto præterit, Trist. IV. 5. 'O mihi dilectos inter pars prima sodales, Unica fortunis ara reperta meis: Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit, Ut vigil infusa Pallade flamma solet: Qui veritus non es portus aperire fideles Fulmine percussæ confugiumque rati: Cujus eram censu non me sensurus egentem, Si Cæsar patrias eripuisset opes.' Deinde in ea epistola uxor, liberi, et frater ejus, ad quem scripta est, commemorantur, quorum Suetonius, ceteroqui non omissurus, nullam mentionem habet. Unum autem et eundem esse animadverto ad quem Ovidius tacito nomine literas iterum atque iterum dedit. Ipsemet enim testis est Ex Pont. III. 6, ubi familiarem quendam his verbis alloquitur: 'Ipse ego quod primo scripsi sine nomine vobis, Vix excusari posse mihi videor.' Una tamen est quæ ad Hyginum scripta videtur, nempe tertia IV. ex Pont. Amicum enim quendam taxat, et eum nota levitatis inurit, quod cum a teneris annis secum arctissimo necessitudinis vinculo junctus fuerit, tandem in adversa fortuna non modo eum deserat, sed nequidem cognovisse simulet. Ejus est initium: 'Conquerar an taceam?' Qua quidem epistola facile crediderim eundem ab Ovidio notari in quem ipse nunc invehitur. Nam quod ait: 'Sed et insultare jacenti Te mihi, nec verbis parcere fama refert:' repetere videtur in Ibin, hoc modo: 'Vulneraque immitis reqniem quærentia vexat, Jactat et in toto verba canina foro.' Et paulo post: 'At tibi, calcasti qui me, vio-

Digitized by Google

lente, jacentem, Qua licet hen misero debitus hostis ero.' Hanc autem elegiam in Hyginum conscriptam esse verisimile est, cum enim inquit: 'Ille, ego sum, quanquam non vis audire, vetusta Pæne puer puero junctus amicitia.' Dixit *pæne*, quia, teste Suetonio, Hyginus Alexandria puer advectus erat, et Ovidio familiarissimus fuit. Rursus ubi sic: 'Ille ego judiciis unica Musa tuis.' Illum apprime literatum atque etiam criticum esse innuit, qualem fuisse constat Hyginum, cujus in Virgilium commentaria laudantur ab A. Gellio. Jam vero cum nullam apud Ovidium apertis verbis Hygini mentionem fieri liqueat, subortum equidem inter ipsos dissidium suspicari licet, quod Hyginus Ovidii exulantis uxorem, ob pristinam cum illo consuetudinem proculdubio sibi notissimam, solicitare ausus esset, ejusque facultates ab Augusto, cujus libertus erat, impetrare conaretur. Proinde Naso jure in ipsum invectus, Callimachum imitari voluit; scilicet ut ille Apollonium, quod Alexandrinus esset, Ibin appellavit, ipse pariter Hyginum, qui a nonnullis Alexandrinus habitus est, Ibin vocitaret. Advertendum præterea, quod Ibidi cum Nasone jus arctum necessitudinis intercesserat, ut ex his liquido patet: 'Desinet esse prius contrarius ignibus humor, Junctaque cum Luna lumina Solis erunt.' Deinde, post ἀδύνατα multa, 'Quam mihi sit tecum, positis quæ sumsimus armis, Gratia, commissis, improbe, rupta tuis.' Hoc est plane quod de Hygino Suetonius testatum reliquit. Postremo cum ille Hyginum admodum pauperem decessisse tradit, conjectura mea mirum in modum confirmatur; Ibidis enim paupertatem Ovidius ipse innuit, hac imprecatione, quam Domitius non percepit: 'Filius et Cereris frustra tibi semper ametur, Destituatque tuas usque petitus opes.' Nasonis enim votum est, ut Plutus, Cereris et Iasii filius, qui divitiarum Deus ab antiquis habitus est, molestas Ibidis preces nunquam exaudiat, eumque semper inopia laborare sinat. Is est autem, cujus Mythologici libri omnium manibus triti supersunt, ut merito fabulis suis, quasi propriis armis, jugulari videatur. Annon mirifice omnia conveniunt? Ceterum disticho superius adducto Cinyphius, id est, Africanus, a Cinyphe, Libyam alluente, nominatur, quomodo Juba, Mauritaniæ Rex, ab eodem Nasone Metam. v. 'Numidasque rebelles, Cinyphiumque Jubam:' et Bocchus a Sidonio Panegyrico Majoriani: 'Cum divite cera Pinges Cinyphii captiva mapalia Bocchi.' Hinc Hesychius, Κινύφιον, inquit, τὸν Ἀνταῖον ἀπὸ Κινύφου τοῦ ποταμοῦ. Tametsi constet, Regiam Antæi ad extremum Oceanum fuisse. Unde apparet, Cinyphium generaliter sumi pro Libyco, more scilicet poëtarum, quibus usitatum peculiari unius loci nomine totam designare provinciam. Neque vero refert quod Ibis, licet Ægyptius, ad Cinyphem editus fingatur: poëtæ siquidem non semel regionum nominibus propter viciniam abutuntur. Sic enim Claudianus, et ipse Alexandrinus, qui uxorem in patria duxerat, Libyæ appellatione usus est; idemque Pelusiacus et Canopicus a Sidonio dictus est, cum tamen Alexandriæ natus esset. Sic Ausonius scribens in Monosyllabis: 'Threicium, Libycum freta, Cimmeriumque ferat bos.' Per Libycum intelligit Ægyptum, ut Scaliger observavit. Sic Persa pro Medo, et contra. Sic in Catalectis Gallus pro Britanno, propter utriusque gentis vicinitatem. Ita quoniam Hadriaticum mare Ionio conjungitur κατὰ μετάδοσιν τοῦ ὀνόματος Ionium appellatur, et Ionium vicissim Hadriaticum, ut Apollonii scholiastes ad Arg. IV. et Eusta-

Digitized by Google

chius ad Dionysii Periegesin notant. Ovidius autem quo στεμματομαλωνίαν Ibidi suo exprobraret, juxta Cinyphem natum fingere mihi videtur, ubi procerissimi nascuntur hirci, qui inde Cinyphii dicuntur Silio lib. III. Martiali lib. VII. epigr. in Linum. Item Virgilio Ge. III. cum ait: 'Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci.' Sed hæc hactenus, quæ pro compertis non tradimus, donec super iis habita sint doctiorum Comitia.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS

I B I S.

ARGUMENTUM.

Ibis Ovidii nomen ubique maledictis lacerabat, atque ipsum falsis criminationibus in invidiam atque odium vocabat. Tum ejus uxorem perpetuis flagitationibus solicitabat. Denique tanquam vulturius fortunis ejus inhians, quas 'naufragii sui tabulas' appellat, ipsum ad extremam inopiam redigere conabatur. Et profitetur se Callimachum imitari, a quo Apollonius Rhodius, Ibidis nomine ornatus, diris et execrationibus devotus est. Salvagnius suspicatur Hyginum esse quem Ovidius Ibin appellat; illum inquam, de quo Sueton. meminit libro de claris Grammaticis, is autem est cujus mythologici libri, omnium manibus triti, supersunt.

Tempus ad hoc, lustris jam bis mihi quinque peractis,
Omne fuit Musæ carmen inerme meæ:

Lustris decem jam transactis a me, omne tempus meæ Musæ fuit hactenus pacifi-

---

A quibusdam hic Liber inscribitur *In Ibin.*—1 *In hoc* Med. Mor. et unus Heins. rectius, ut putat Burm. Mox plurimi scripti *bis jam* inverso ordine.—

NOTÆ

Ibis] Volucris est in Ægypto eo nomine, serpentibus infesta, quæ rostri aduncitate, ut Plinius est auctor, per eam partem se proluit, qua reddi ciborum onera salubre maxime est. Cum igitur tanta sit hujus spurcitas, ut proprio ore ventrem purget, eo nomine probri causa, atque hominem ut a patria tacite indicaret, Apollonium discipulum, patria Ægyptium, Callimachus insectatus est: ad cujus imitationem in Hyginum grammaticum, uti quidem non temere suspicati sunt, quem etiam Alexandrinum nonnulli scripserunt, Naso noster hoc poëma composuit.

1 *Bis quinque*] Quinquaginta annos natus erat Poëta cum in exilium missus: adeoque statim a fuga scriptum esse istud poëma ex hoc loco patet.

2 *Inerme*] Quia carminibus suis neminem distrinxerat Naso istud dicit. Metaphora est cum Metonymia conjuncta.

Digitized by Google

Nullaque, quæ possit, scriptis tot millibus, extat
  Litera Nasonis, sanguinolenta legi.
Nec quenquam nostri, nisi me, læsere libelli:
  Artificis periit cum caput Arte sua.
Unus (et hoc ipsum est injuria magna) perennem
  Candoris titulum non sinit esse mei.
Quisquis is est, (nam nomen adhuc utcumque tacebo,)
  Cogit inassuetas sumere tela manus.
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus
  Non sinit exilio delituisse suo.
Vulneraque immitis requiem quærentia vexat,
  Jactat et in toto nomina nostra foro:
Perpetuoque mihi sociatam fœdere lecti
  Non patitur miseri funera flere viri.

cum; nullaque est litera ex tot millibus scriptis Nasonis quæ possit legi cruenta. Neque nostri libri fuerunt damno cuiquam nisi nobis, cum caput auctoris periit sua industria. Unus (atque hoc ipsum est magna injuria) non patitur laudem mei candoris esse perpetuum. Quisquis is est, (nam dissimulabo adhuc quodam modo nomen,) subigit manus insolitas capere arma. Ille non patitur pulsum ad ortus frigidos Boreæ latitasse exilio suo. Atque sævus vellicat vulnera expetentia quietem, et jacit verba mordacia in toto foro. Neque sinit junctam mihi indissolubili fœdere

---

5 Jureti et tres alii, *nos* pro *me*.—6 Bonon. Cod. *Arte sui*.—9 Pro *utrumque* in aliis Mss. est *vexumque, vitiumque, utcumque*: Ed. Domitii *utrumque latebit*; et sic quatuor scripti: *ubicumque latebit* unus; duodecim *utcumque latebit*. Heins. olim conj. *factumque tacebo*.—11 Unus liber *gelidas...Arctos*; alius *gelidas...arces*; et Eutyches lib. II. agnoscit *oras*.—12 *Suo* ex Jureti et aliis quinque recepit Heins. pro vulg. *meo*.—14 In vulgatis erat *tot. verba canina for*. 'Puto librarios hic, ut sæpe vidimus factum, repetisse hæc a vs. 282, ideoque antiquam lectionem reduxi, ut et fecit Valerius Andreas, qui alios legere *crimina nostra* notat.' *Burm.* Heins. vs. ita refingit: *Latrat et in tot. verba canina for*, nisi mavis *Et lacerat tot. nomina nostra for*.—16 Pro *miseri* Pol. et unus V. *vivi*. Tum Ms. Scalig. *vulnera flere*.

NOTÆ

4 *Sanguinolenta*] Maledica.

6 *Arte*] Jam sæpius ob Artes suas seu libros de Arte amandi sese exilio maletactum esse questus est Naso; sed alia causa fuit, ut sæpius diximus.

7 *Unus*] Ibis, scilicet, quisquis ille demique nomine intelligatur.

9 *Utcumque*] Cautissime Naso, qui ita inimicum suum insectatur ut ipse in pœnam minus incurrat, qua tenebantur famosorum libellorum scriptores, et tamen in illum probra et maledicta omnia cadant quæ profert, cum a patria aliisque indiciis ultro cognosceretur.

10 *Inassuetas*] Neminem namque versibus suis læserat Naso hactenus.

11 *Ortus*] Magis enim ad Septemtrionem porrecta Tomos quam Roma.

13 *Vulnera*] De exilii causis, ipsoque adeo exilio, agit.

Vexat] Obloquendo, et in majus

Cumque ego quassæ meæ complectar membra carinæ;
  Naufragii tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat subitas extinguere flammas,
  Hic prædam medio raptor ab igne petit.
Nititur ut profugæ desint alimenta senectæ;
  Heu quanto nostris dignior ipse malis!
Di melius! quorum longe mihi maximus ille est,
  Qui nostras inopes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates, utcumque licebit,
  Pro tam mansueto pectore semper agam.
Audiet hæc Pontus: faciat quoque forsitan idem,
  Terra sit ut propior testificanda mihi.

tori lamentari funera mariti vivi. Et cum ego retinearn partes laceras meæ navis, contendit obtinere tabulas mei naufragii. Et qui tenebatur opprimere flammas repentinas, is prædo corripuit rapinam ex igne medio. Dat operam ut alimenta desint senectæ exuli; heu quanto ipse dignior nostris calamitatibus! Dii melius prospexerunt! *quorum ille mihi longe maximus, qui noluit nostros errores esse egenos. Adeoque agam semper illi gratias dignas, ubicumque dabitur, pro animo tam leni. Pontus ista intelliget. Idem forte etiam faciat, ut terra propinquior sit*

—20 Pro *Hic* alii *Is.* Pro *petit* alii *rapit*, aut *tulit*.—22 Ms. Bersm. *Hem quantum est; quantum* etiam duo R. Codd. Bersm. conj. *Hem quanto*, ut sit indignantis. Mox *ipse* habet Ed. Domitii: *iste* meliores, teste Heins.: at *ille* vulg.—23 *Est* non habent primæ Edd. nec scripti Codd. *Burm.*—24 Pol. et alius *inop. non sinit esse*.—25 *Utcumque* editi et multi scripti; *quascumque* Domitii Ed. quod non displicet Bersmanno: forte pro *quacumque*. Burm. In plurimis editis *ubicumque*.—26 R. *tam felici pect.*—27 Quidam *Audiat hoc*, vel *hæc:* Heins. volebat *Audiet has*. Tum *faciet* editi plurimi, et nonnulli scripti.—28 Multi

NOTÆ

omnia trahendo; ut merito relegatum neque unquam revocandum Nasonem suaderet.

15 *Perpetuo*] Ad priorum duarum uxorum differentiam, quibuscum Nasonis infirmæ fuerunt nuptiæ.

16 *Non patitur*] Quia illam dictis aut factis etiam vexabat.

Funera] Frequenter de exilio suo sicuti de morte loquitur.

17 *Membra*] Metaphorice de bonis suis, tanquam tabulæ essent naufrago, non abs re loquitur.

18 *Habere*] Ille, scilicet, hortis Nasonianis atque ejusdem domui, siquidem proscriptus esset, inhiabat.

19 *Extinguere*] Vicinorum atque amicorum more, qui, si boni sunt, operam suam incendii in periculo solent præstare.

Flammas] Metaph. de exilio suo loquitur.

20 *Petit*] Quod vilissimi et pessimi est nebulonis.

21 *Profugæ alimenta senectæ*] Hæ Nasonis junctæ voces, quæ ad movendam erga se misericordiam sunt inprimis idoneæ, non minorem inimico conflant invidiam.

23 *Ille*] De Augusto loquitur, cui vivo divini honores tributi.

24 *Noluit*] Namque, ut alibi testa-

Digitized by Google

At tibi, calcasti qui me, violente, jacentem,
  Quamlibet et misero debitus hostis ero.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor;
  Junctaque cum Luna sidera Solis erunt;
Parsque eadem cœli Zephyros emittet et Euros;
  Et tepidus gelido flabit ab axe Notus;
Et nova fraterno veniet concordia fumo,
  Quem vetus accensa separat ira pyra;
Et Ver Autumno, Brumæ miscebitur Æstas;
  Atque eadem regio Vesper et Ortus erunt:
Quam mihi sit tecum, positis, quæ sumsimus, armis,
  Gratia, commissis, improbe, rupta tuis:
Quam dolor hic unquam spatio evanescere possit,
  Leniat aut odium tempus et hora meum.

mihi testificanda. At ero tibi hostis debitus, crudelis, qui insultasti mihi protrito. Aqua citius omittet esse contraria igni, et lux Solis erit juncta cum Luna; atque pars eadem cœli proferet Zephyros et Euros, et Auster calidus spirabit a polo frigido; et concordia insolita accedet fumo fraterno, quem antiquum odium dividit rogo accenso; et Ver jungetur Autumno, Æstas Hyemi, atque eadem plaga erit ortus et occasus; quam amicitia sit mihi tecum armis omissis, quæ *fracta* est *tuis flagitiis.*

scripti *Ut potior testif.* Mor. etiam *restituenda mihi.*—30 *Quamlibet* ex Heins. emend. vulg. *Quam licet.* 'Scripti admodum variant, *Quodlibet, Qualibet, Qua licet, Quod licet, Quo licet* et *heu,* vel *hei misero: ut misero deditus* etiam Patavinus. *Burm.*—32 Sa. *sidera,* quod placet Burm. præ vulg. *lumina:* in duobus erat *tempora.*—33 Edd. Domitii et aliorum *Z. immittet et.*—35 Hoc distichon in Ms. postponitur sequenti; nec inepte. *Bersm.*—36 *Quem* reposuit Heins. ex quatuor scriptis; vulg. *Quam:* unus *Quæ;* Mor. *Quod.* Mox duo libri *accenso...rogo.* Totidem *separet.* Ms. Bersm. *accenso separat igne pyra.*—37 *Aut. et Brum.* Mss. Bersm. Mox *erunt* Heins. legit cum I. et sex aliis.—40 *Promeritis* alter Puteaneus [pro *commissis*]. Post hunc versum plurimæ editiones et scripti inserebant distichon, quod occurrit infr. vs. 133. et Micyllus notat hic disticha duo omitti in aliis codicibus. *Burm.*—41 Hoc distichon non est

NOTÆ

tur Naso, opes intactas Augustus illi reliquit.

26 *Agam*] Cum referre prohibeat Augusti majestas.

27 *Hæc*] Quod Augusto meritas grates ago, &c.

28 *Testificanda*] Testis citanda meæ gratitudinis.

30 *Misero*] Infortunium prædicit hosti suo Naso vates.

32 *Junctaque*] Meridie ipso plena Luna aërem illustrabit. Quod fieri non potest.

35 *Fraterno*] De Eteocle et Polynice loquitur, quorum fabulam habes in superioribus.

Concordia] 'Scinditur in partes atra favilla duas,' dum illi in rogo eodem cremantur, ut dictum antea.

36 *Ira*] Quæ duos fratres Eteoclem

Digitized by Google

Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,
  Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia versu:
  Non soleant quamvis hoc pede bella geri.
Utque petit primo plenum flaventis arenæ
  Nondum calfacti velitis hasta solum;
Sic ego te ferro nondum jaculabor acuto;
  Protinus invisum nec petet hasta caput,
Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello:
  Teque brevi, qui sis, dissimulare sinam.
Postmodo, si perges, in te mihi liber Iambus
  Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Quamdiu vita fruar, ea erit pax inter nos, quæ solet esse lupis cum pecudibus infirmis. Inibo quidem prima certamina carmine incepto, quanquam bella non soleant geri isto pede. Et sicuti jaculum velitis nondum accensi mittitur primo in solum plenum arenæ flavæ; ita ego non te invadam adhuc ferro acuto, neque hasta mittetur continuo in caput odiosum. Et neque proferam nomen, neque facinora in hoc libello; et patiar te qui sis tegere in exiguum tempus. Si insistas porro, Iambus audax præbebit mihi adversus te arma infecta cruore Lycambeo. Nunc ego devoveo et te et

---

in lib. Maff. et plane hic otiosum mihi esse videtur. In omnibus libris paulo inferius legitur: apposite. *Ciofan.*—43 Vincent. Bellovacensis citat *nob. semper dum vit.* unus Heins. *donec modo vit.* et tres *et dum mihi vit.*—45 Mor. *tamen* pro *quidem.*—47 Sex libri cum pr. Ed. *prim. planum ferventis arenæ.* R. etiam et unus Heins. *ferventis.*—48 Sa. et multi alii *calf. militis hasta.*—50 Mor. *non* pro *nec.* Mox marg. Vincent. *hast. solum.*—51 I. *Sed neq.*—52 Multi Codd.

NOTÆ

et Polynicem vivos torsit, fato functos divisit.

44 *Pecore infirmo*] Ovibus, scilicet.

45 *Cœpto*] Elegiaco, scilicet, quanquam Iambis melius res ista geritur.

47 *Petit*] In aggerem jaculantur velites sese exercendi causa, priusquam ad legitimum certamen veniant.

48 *Calfacti*] Ad pugnam incensi.

Velitis] Velites dicebantur vilissimi quique et levis armaturæ milites.

51 *Nomen*] Latet vero usque adhuc; nisi quod, ut dixi, Hyginum esse indubitatis prope conjecturis suspicati sunt. Atque credere est maxime tacitis indiciis et amicorum verorum susurrationibus ad quem hæ diræ spectarent Romæ cognitum fuisse; ut, scilicet, quod cupiebat Naso fieret, et male fidus amicus denique quiesceret.

Facta] Ea tamen supra quodammodo insinuavit.

52 *Brevi*] In paucos dies.

53 *Liber*] Non tam metri ratione, quam quia eo genere versus ad maledicta et probra ingerenda utebantur.

54 *Lycambeo*] Neobules puellæ pater fuit Lycambes, qui Archilocho Poëtæ eam filiam suam despondit, deinde ob turpem futuri generi faciem eidem tradere noluit. Eo permotus Archilochus asperrimos in Lycamben Iambos scripsit, quibus perstrictus laqueo vitam finivit. Tincta adeoque tela sanguine Lycambeo, quæ Nasoni Iambus præbeat, sunt versus ipsi

Digitized by Google

Nunc, quo Battiades inimicum devovet Ibin,
  Hoc ego devoveo teque tuosque modo.
Utque ille, historiis involvam carmina cæcis:
  Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in Ibide, dicar
  Oblitus moris judiciique mei.
Et quoniam, qui sis, nondum quærentibus edo,
  Ibidis interea tu quoque nomen habe.
Utque mei versus aliquantum noctis habebunt,
  Sic vitæ series tota sit atra tuæ.
Hæc tibi natali faxo Janique Kalendis
  Non mentituro quilibet ore legat.
Di maris et terræ, quique his meliora tenetis
  Inter diversos cum Jove regna polos;

tuos eo modo quo Battiades devovet Ibin inimicum. Et sicuti ille, implicabo versus fabulis obscuris, tametsi ego non consueverim imitari hoc genus. Imitatus circuitus ejus in Ibide, dicar immemor meæ consuetudinis et judicii. Et siquidem nondum dico qui sis petentibus, tu interim habeto etiam nomen Ibidis. Et sicuti mea carmina habebunt aliquantum caliginis, ita tota series vitæ tuæ sit nigra: faxo quivis legat tibi hæc ore non vano die natali, et Kalendis Jani. Dii maris et terræ, et qui obtinetis potiora regna cum Jove inter axes oppositos, adhibete, oro, huc omnes

quis pro *qui*.—53 Ed. Salvagn. *si pergas, in*.—55 In Sa. erat *quo Bacchilides inim*.—59 *In Ibida* Edd. plurimi et sex scripti. *Burm.* Alii etiam *in Ibida dicam*.—63 Gallicus Cod. *Utq. meæ vers.* Tum unus Heins. *aliq. nomen hab*.—65 [Pro *facito*] 'unus ex meis *factio*. Bononiensis *facto*. Scribe, *faxo*; quod est minantis: nihil frequentius apud optimos auctores. Vide Notas [Not. Var.] Met. XIII. 875.' *Heins*.—66 Pet. *Nunc matutino quil*.—69 Ed. Domitii,

NOTÆ

Iambici virulenti, quibus ad laqueum inimicum Ibin velit compellere.

55 *Battiades*] Callimachus est, a Batto patre, Cyrenes conditore, eo nomine dictus.

Devovet] Diris illum addicendo per imprecationes.

57 *Cæcis*] Obscuris, minus adeoque cognitis, quæ ut oraculorum fidem, ita et anxiam habeant expectationem, qua Ibis percellatur.

59 *Ambages*] Ambages dicuntur sermones obscuri qui multo ambitu et circuitu vix denique quid sibi quispiam velit aperiunt.

63 *Noctis*] Difficultatis et obscuritatis.

64 *Atra*] Infelix.

65 *Natali*] Quo, scilicet, si quid infausti accidisset, ominosum esse, et in totum annum malum derivare, credebant.

65 *Jani*] Prospera omnia, sicuti et hodie consueverant, recurrente anno novo, Januarii adeoque Kalendis, invicem comprecari solebant: pro quibus imprecationes cujusque generis Ibidi recitandas Naso dicit sese curaturum.

67 *His*] Mari et terra, scilicet:

Digitized by Google

Huc precor, huc vestras omnes advertite mentes,
Et sinite optatis pondus inesse meis.
Ipsaque tu Tellus, ipsum cum fluctibus Æquor,
Ipse meas Æther accipe summe preces:
Sideraque, et radiis circumdata Solis imago;
Lunaque, quæ nunquam, quo prius, ore micas;
Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum;
Quæque ratum triplici pollice netis opus;
Quique per infernas horrendo murmure valles
Imperjuratæ laberis amnis aquæ;
Quasque ferunt torto vittatis angue capillis
Carceris obscuras ante sedere fores;
Vos quoque plebs Superum, Fauni, Satyrique, Laresque,
Fluminaque, et Nymphæ, Semideumque genus;

vestros animos, et facite vim inesse meis votis. Tuque Terra ipsa, mare ipsum cum undis, ipsum Cœlum supremum fave meis precibus; favete *etiam astra, et simulacrum Solis ornatum radiis, atque Luna, quæ nunquam splendes orbe quo prius; itemque Nox horrenda forma tuæ caliginis; et quæ trahitis opus certum triplici pollice; quique fluvius aquæ perjurio non temeratæ defluis murmure horrifico per valles infernas; et quas perhibent sedere ante portas atras carceris crinibus serpentibus intortis in modum vittarum; vos etiam populus Deorum Fauni, et Satyri, et Lares, et Fluvii, et Nymphæ, et genus Semideorum; denique Divi omnes antiqui et recen-*

---

et tres scripti, *omn. divertite ment.*—73 Mor. *rad. circumflua S.*—74 Pro *ore* scripti nonnulli et editi plurimi *orbe.* Tum unus R. *meas* pro *micas.*—75 Pet. *spec. veneranda tuar.*—76 Quidam Codd. *poll. nectis op.*—78 Heins. malebat *Imperjurandæ:* in uno R. erat *Impervitatæ;* in altero *Impejeratæ.*—79 Pro *vittatis* Ed. Venet. et tres scripti *vitiatis;* unus V. *mitratis:* in uno Heins. erat *uncatis.*—80 Pro *obscuras* Trevisanus *obstrusas;* unde Heins. *obstructas* vel *abstrusas* fa-

NOTÆ

cœlum namque præstantius.

68 *Diversos*] Diversissimi sunt vero poli, Arcticus ad Septemtrionem, Antarcticus ad meridiem.

71 *Tellus*] Quæ et Vesta et Magna Deum mater, aliis insuper appellatur nominibus; numenque suum habere credebatur.

72 *Æther*] Qui Jupiter creditus.

74 *Nunquam*] Quia indesinenter crescit aut decrescit.

76 *Triplici*] Quia tres Parcæ, Clotho, Lachesis, et Atropos, Erebi et Noctis filiæ, fatorum indeclinabilem ordinem hominibus præstituentes.

77 *Quique*] Styx est Inferorum fluvius, 'Di cujus jurare timent et fallere numen:' quamobrem aquam ejus imperjuratam Naso noster dicit.

79 *Quasque*] Furias dicit, Alectonem, Tisiphonem, et Megæram.

Vittatis] Anguibus tanquam vittis ornatis.

80 *Carceris*] Ejus, scilicet, qui est

Digitized by Google

Denique ab antiquo Divi veteresque novique,
In nostrum cuncti tempus adeste, Chao.
Carmina dum capiti malefido dira canuntur,
Et peragunt partes ira dolorque suas:
Annuite optatis omnes ex ordine nostris;
Et pars sit voti nulla caduca mei.
Quæque precor, fiant: ut non mea dicta, sed illa
Pasiphaës generi verba fuisse putet.

tes a Chao veteri ad nostrum ævum adeste: dum fera carmina cantantur capiti perfido, atque ira et dolor absolvunt partes suas. Cuncti ex ordine favete votis nostris; neque pars ulla desiderii mei sit vana. Atque eveniant quæ voveo; ut non credat fuisse meas voces, sed ea verba generi Pasiphaës. Mulctetur quoque iis cruciatibus

ciebat.—82 R. alter *Semideique gen.*—83 In Fr. *Divum* pro *Divi*; eleganter, judice Burm.—84 *Chori* Edd. quædam vett. et pluriml scripti [pro *Chao*]: *Choris* duo. *Burm.*—85 *Vati* pro *capiti* unus R. Tum pr. Ed. et quædam aliæ *diro malefida can.* V. *malefido digna.* Tres libri etiam *canentur*, et seq. vs. *peragent*; quinque *canantur*; et *peragant.*—87 Pro *optatis* in nonnullis esse *hortatis* notat Valerius.—88 Unus R. *Ut* pro *Et.* Unus Heins. *Expers ut vot.*—89 V. *Quæq. precer fi.* Deinde *illa* ex melioribus Heins. reponit pro vulg. *ille.*—

NOTÆ

apud Inferos, ubi facinorosi plectuntur.

81 *Plebs*] Deos appellarunt minorum gentium, Indigetes, alliisque insuper nominibus, minori honore fulgentes, quos, ut testatur Cicero, sua merita Diis ascripserunt: neque tamen ob meriti tenuitatem cœlo recepti sunt. Dæmones Græcis, Latinis Genii dicti sunt, majoribus Diis ministri, hominumque custodes, et ad illos interpretes.

Faunı] Colluviem istam Deorum aut Dæmonum potius sylvestrium jam satis superque habuimus in præcedentibus.

Lares] Hi, Nasonis nostri sententia, 'Compita servant, Et vigilant nostra semper in æde Lares.' Dii adeoque domestici fuerunt.

82 *Semideum*] Hi Semones etiam dicti, neque homines neque Dii in totum; quos tamen ab heroibus diversos nonnulli volunt; utpote ex Deo et mortali orti. Fabulæ.

83 *Veteres*] Consentes et Selecti, qui semper Dii habiti.

Novi] Indigetes, qui ob merita Diis ascripti.

84 *Cuncti*] Namque periculosum fuit quenquam ex istis negligere, qui solus plus fecisset mali, quam ceteri omnes boni. Quare ritu Pontificio omnes invocat Naso.

86 *Ira*] Mea, scilicet.

90 *Pasiphaës*] Solis filia, Minois uxor; de qua multa in superioribus.

Generi] Theseus fuit qui Ariadnam Minois et Pasiphaës filiam uxorem duxit. Quomodo autem Hippolytum filium uxoris deceptus accusatione falsa devoverit, hicque ab territis equis discerptus sit, vide in Epistolis Heroid. Ep. IV. At enim de Glauco vate insigni, et veridico, qui et cum Ariadna rem habuerit, intelligi posse hunc locum erudite ostendit illustrissimus ille præses Dionysius Salvagni-

Digitized by Google

Quasque ego transiero pœnas, patiatur et illas :
  Plenius ingenio sit miser ille meo.
Neve minus valeant fictum execrantia nomen
  Vota, minus magnos commoveantve Deos :
Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin ; 95
  Qui se scit factis has meruisse preces.
Nulla mora est in me ; peragam rata vota sacerdos.
  Quisquis ades sacris, ore favete, meis.
Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba ;
  Et fletu madidis Ibin adite genis : 100
Nominibusque malis, pedibusque occurrite lævis :
  Et nigræ vestes corpora vestra tegant.

quos prætermiserim : ille sit miser plenius ingenio meo. Et ne preces devoventes nomen fictum minus sint efficaces, et minus tangant magnos Deos, ego illum Ibin diris addico, quem mens cogitat, qui novit se dignum esse his votis per flagitia. Nulla est cunctatio in me, sacerdos absolvam certas preces. Quisquis ades sacris meis favete ore, proferte tristia dicta, et accedite ad Ibin oculis humidis lacrymis : atque obviam procedite sinistris ominibus, et pedibus lævis ; et vestes pullæ velent

90 Pet. et duo alii *gen. dicta fuisse.*—91 Nonnulli *ego transierim pœn.* Mox *istas* non *illas* quidam legunt : unus autem Heins. et Bersm. *ultra.*—93 Heins. ex Bodedit *valeant* pro vulg. *noceant.*—95 *Ego* deest nonnullis Codd.—96 *Has... preces* ex pluribus scriptis Heins. edidit : vulg. *hæc...suis.*—98 In altero Petaviano erat, *ades factis* cum Glossa, 'id est sacris.' Virgil. 'cum faciam vitula.' *Votis ore favete* Regius. *Quisquis adest* etiam hic, et sequenti versu, multi codices, et quidam olim editi : *favete rogo* Moreti ; *faveto* unus Heinsii : sed nil mutandum. Met. XV. 677. 'linguis animisque favete, Quisquis ades.' *Burm.*—99 Conj. Heins. *lugubr. discite verba.*—101 *Ominibusque malis* editi et scripti fere omnes : *Omnibus usque* Petav. *Omnibus atque* unus Gallicus. *Carminibusque* alter Regius ; quod etiam defendi posset, ut et *Ominibus :* sed pareamus Salvagnio [qui suadet *Nominibusq.*] : nam 'fausta nomina' passim apud Suetonium, Tacitum, et alios ; ubi similis in scriptis varietas. *Accurrite* etiam Heinsius malebat, et Salvagnius in prima editione : sed *occurrere* idem sæpe notat. Vid. Fast. III. 757. *Burm.* Tum. Bersm. *scævis* pro *lævis.*—102 Quidam

NOTÆ

us, cujus utinam exquisiti commentarii maturius ad nos pervenissent.

Verba fuisse] Atque adeo rata, quemadmodum fuerunt Thesei in Hippolytum filium, qui quidem ab equis suis discerptus est.

91 *Illas*] Ut omni prorsus pœnarum genere afficiatur Ibis, aut quem eo nomine Naso intelligebat.

93 *Minus*] Necesse erat proprium nomen ejus exprimere in carmine quo quis diris devovebatur ; alioqui vota inania erant. Ea causa additum istud a Nasone.

95 *Illum*] Quasi digito demonstratum Ibin indicat, ne alium temere diræ appeterent. Cautione namque opus fuit maxima, ne in alium quam destinata essent vota execrantia prava demonstratione transirent.

98 *Ore favete*] Silete, aut verba eodem, quo vota, spectantia dicite.

Digitized by Google

Tu quoque, quid dubitas ferales sumere vittas?
Jam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.
Pompa parata tibi est: votis mora tristibus absit.
Da jugulum cultris, hostia dira, meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas:
Deneget afflatus ventus et aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe;
Destituant oculos sidera cuncta tuos.
Nec se Vulcanus, nec se tibi præbeat aër;
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.

vestra corpora. Tu etiam quid differs capere vittas lugubres? Jam paratum est, uti ipse cernis, altare necis tuæ. Pompa est tibi adornata; procul sit cunctatio feralibus precibus: victima execranda præbe jugulum meis cultris. Tellus te arceat a suis fructibus, flumen ab suis aquis: ventus et aër denegent auras suas. Neque Sol sit tibi purus, neque Luna sit tibi splendida: omnia astra deserant tuos oculos. Neque ignis, neque aër se det tibi. Neque terra, neque mare tibi præbeat

legunt *Et pullæ vest.* Mox unus Pat. *pectora vestra;* Heins. malebat *corpora mœsta.* —103 Pro *vittas, pœnas* Ms. Bersmanni: *tædas* unus Vaticanus et Regius; et ita Zarottus legisse videtur: *vestes* octo. 'Tædæ' non male 'aræ funeris,' id est rogo, convenirent. Inepte Domitius *aram* carmen interpretatur, et Zarottus ab ἄρσμα derivat, ut sit imprecatio: sed hic *ara* est, ad quam jugularetur, cui vittas recte convenire notat Bersm. ex Æn. II. 155. 'vos aræ ensesque Deorum, Quos fugi, vittæque Deum, quas hostia gessi.' Aras etiam sepulcrales, et rogales, quæ in funeribus erigebantur, a poëtis celebrari notum. Vide ad Val. Flac. v. 10. *Burm.*—105 Pet. et alius *peracta* pro *parata* solenni mutatione.—106 Mor. *host. dura meis.*—107 In Fr. erat *frug. potus t. d. undas;* et unus Heins. *pontus t. d. undas.* Alter R. exhibet *undam.*—108 Idem R. *Ut neget affl. v. et a. tuos:* unus etiam Heins. *a. tibi.*—109 Vincent. Bellovacensis in Speculo Historiali et item in Doctrinali citat *Sol calidus, nec.*—110 *Lumina clara* unus Heins. qui etiam præfert *sidera cuncta.*—111 R.

NOTÆ

Namque hic verus est sensus hujus formulæ.

101 *Lævis*] Sinistris et ominosis.

102 *Nigræ*] Utpote in re tali: namque infernalia sacra a sacerdotibus pulla veste indutis peragi, ad Umbrarum similitudinem, scilicet, ex decoro fuit.

105 *Tu*] Ibin alloquitur victimam omnibus malis cruciandam.

Ferales] Lugubres, quæque insuper victimam Diis inferis mactandam ornarent.

104 *Ara*] De poëmate suo intelligit, quod eo deductum, ut cultrum Ibidis jugulo immittere jam videatur.

105 *Pompa*] Apparatus sacrorum, qui sane ex præcedentibus est insignis.

Tristibus] Quæ te, Ibis, quovis afficiant infortunio.

107 *Terra*] Jam male precari in Ibin incipit Naso.

109 *Vulcanus*] Pro igne. Metonym. est.

Digitized by Google

Exul, inops erres, alienaque limina lustres:
Exiguumque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore:
Noxque die gravior sit tibi, nocte dies.
Sisque miser semper; nec sis miserabilis ulli.
Gaudeat adversis fœmina virque tuis.
Accedat lacrymis odium, dignusque putere,
Qui mala, cum tuleris plurima, plura feras.
Sitque, quod est rarum, solito defecta favore
Ærumnæ fàcies invidiosa tuæ.
Causaque non desit, desit tibi copia mortis:
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusque diu cruciatos spiritus artus
Deserat; et longa torqueat ante mora.
Evenient. Dedit ipse mihi modo signa futuri
Phœbus: et a læva mœsta volavit avis.

viam. Profugus vageris destitutus, et quæras fores alienas, et mendices tenuem victum ore trepido. Neque corpus neque animus morbidus careat dolore querulo; et nox sit tibi molestior die, dies nocte. Atque sis semper infelix, neque sis cuiquam miserandus: et mas et fœmina lætetur tuis infortuniis. Odium superveniat luctibus, atque credaris meritus pati plura cum passus sis plurima. Et quod non sæpius evenit, vultus tui doloris sit invidiosus et destitutus benevolentia ordinaria. Atque ne absit causa mortis, desit tibi copia ejus: *vita coacta evitet obitum desideratum. Et postquam anima diu certaverit destituat membra torta, et prius cruciet longo tempore. Fient* ista. *Ipse Apollo præbuit mihi modo indicia futuri, et avis lugu-*

---

et tres alii *præb. æther.*—116 Duo V. *stet* pro *sit.*—119 *Accedat odium lacrimis* Moreti; *Et capias lacrimis odium* alius: nobis legendum videri, *Accipias lacrimis odium*, monuimus ad Quintil. xv. Declam. 6. *Burm.* Mox meliores teste Heins. *putere;* vulg. *puteris.*—121 Pro *defecta* in multis editis erat *defœta;* et in quibusdam scriptis *deserta.*—122 *Ærumnæ* plurimi scripti cum I. *Fortunæ* alii legunt. In I. erat *Ærumn. species invid.*—123 Pet. *Curaque non des.* et unus Gallicus *sed desit cop.*—126 Burm. mallet *Deser. at long. &c.*—127 Vulg. *Et venient; ded.* sed melius *Evenient*, judice Constant. Fanens. In uno Heins.

NOTÆ

113 *Lustres*] Ita ut huc illuc errando nuspiam sedem invenias.

114 *Tremente*] Pavore, frigore, fame.

117 *Nec sis miserabilis*] Nullus malis tuis moveatur. Copiam vero admirare Nasonis.

121 *Solito*] Consueverunt nempe homines, nisi ferarum naturam induerint, miseriis tangi consortium suorum.

122 *Invidiosa*] Quæ odium pro miseratione moveat.

123 *Desit copia mortis*] Atrocissima est ista imprecatio. Adeoque Tiberius cuidam pœnæ maturitatem precanti, 'Nondum,' inquit, 'tecum in gratiam redii.'

128 *Mœsta*] Mali ominis, quales

Digitized by Google

Certe ego, quæ voveo, Superos motura putabo:
  Speque tuæ mortis, perfide, semper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim:
  Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.
Et prius hanc animam, nimium tibi sæpe petitam,
  Auferat illa dies, quæ mihi sera venit;
Quam dolor hic unquam spatio evanescere possit,
  Leniat aut odium tempus et hora meum.
Pugnabunt jaculis dum Thraces, Iazyges arcu,
  Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit;
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
  Dum Tiberis flavas Tuscus habebit aquas;
Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras;
  Sæva sed in manes manibus arma dabit.

bris volavit a sinistra. Certe ego credam quæ opto tactura Deos, et semper refixiar spe tuæ necis, perfide. Illa dies præteribit, quæ te aliquando mihi tollet; illa dies præteribit, quæ mihi lenta oritur. Atque illa dies, quæ mihi tarda exoritur, ante tollet hunc spiritum nimis frequenter a te quæsitum, quam hic dolor possit unquam dissipari tempore, vel mora et dies minuat odium meum. Dum Thraces certabunt jaculis, Iazyges arcu; dum Ganges erit calidus, Danubius gelidus; dum colles vestientur quercubus, dum agri teneris graminibus; dum Tiberis volvet aquas flavas, movebo arma adversus te, neque mors mihi componet iras; sed præbebit fera tela

---

Eveniet; in pr. Ed. *Eveniant.*—128 I. et sex alii *mœsta sonavit av.*—130 *Perfide* dedit Burm. ex Fr. et aliis et Edd. quibusdam: plurimi tamen *pessime.*—131 Supervacuum est hoc distichon, et a manu indocta hic inculcatum *Heins.* Variant admodum codices. Petavian. et alius tam hic quam sequenti versu, *Ante erit illa dies;* unde Heinsius olim formabat: *Ante erit* (vel, *sit,*) *illa dies, quæ te mihi subtrahet olim, Ante erit illa dies, quæ mihi sera venit; Et prius hanc animam nimium tibi, sæve, petitam Qualibet amittam vindice morte mei.* Burm.—134 Hunc vs. I. sic exhibet; *Quodlibet amittam vindice morte mei:* unde Heinsiana emendatio, quam Burm. recepit. Quædam Edd. *tarda* pro *sera.*—135 Heins. malebat *spat. vanescere poss.*—137 Mss. Bersm. *Pugn. arcu dum Thraces, Hiapides hasta.* Multi etiam habent *Iapides.*—138 Duo libri *Dum rapidus G.*—139 Heins. malebat *moll. campus.*—140 Alii legunt *T. liquidas T.*—142 Edd. priores et aliquot scripti *sed immanis manib.* Tum Heins.

NOTÆ

fuerunt vultur, bubo, stryx, cornix; quanquam de corvo aut cornice videtur intelligere, quæ alites a læva aut occasu, cum præsertim vocem quasi strangulati glutirent, exitium, scilicet, apportabant.

Volavit] Alii habent *sonavit*, ut augurium videatur firmius.

137 *Iazyges*] Hos supra vidimus populos Ponti accolas.

138 *Ganges*] Indiæ fluvius maximus, tepidus ideo quod in plaga est meridionali.

Digitized by Google

Tunc quoque, cum fuero vacuas dilapsus in auras,
  Exanimis manes oderit umbra tuos.
Tunc quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
  Insequar et vultus ossea forma tuos.
Sive ego, quod nolim, longis consumtus ab annis,
  Sive manu facta morte solutus ero:
Sive per immensas jactabor naufragus undas,
  Nostraque longinquus viscera piscis edet:
Sive peregrinæ carpent mea membra volucres:
  Sive meo tingent sanguine rostra lupi:
Sive aliquis dignatus erit supponere terræ,
  Aut dare plebeio corpus inane rogo.
Quicquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,
  Et tendam gelidas ultor in ora manus.

Manibus in Manes. Tum etiam, cum fuero dispersus in aërem inanem, umbra exsanguis aversabitur tuos mores. Tum etiam accedam umbra non oblita flagitiorum tuorum; et larva ossea persequar faciem tuam. Seu ego exhaustus fuero longis annis, quod nolim; seu solutus morte facta manu: seu naufragus agitabor per vastos fluctus, atque piscis peregrinus pascetur nostris præcordiis; seu aves extraneæ lacerabunt meos artus; seu lupi inficient rictus meo sanguine; sive aliquis erit dignatus mandare terræ et dare corpus vacuum rogo plebeio: quicquid fuero, contendam evadere ex oris Stygiis, et immittam manus frigidas in vultus. Aspicies me experrec-

suadet *arm. dabit;* scil. mors: Bonon. *dabunt.*—143 Duo libri *cum vacuus fuero.* Tum tres *delapsus in.*—144 *Manes* olim editi et multi scripti; alii *mores.*—145 Fr. *quoq. fatorum ven.*—146 In quibusdam scriptis *ees. larva tuas.*—148 Salvagn. ex vet. membrana edidit *parta* pro *facta.*—150 Multi *corpora* pro *viscera.* Tum unus R. et Bersm. *pisc. edut:* et unus Med. *edes.*—151 Alter Pet. *mea terga volucr.*—152 Pet. alter, et Edd. Salvagn. et Bersm. *Inque meo.*—154 In nonnullis editis *Et* pro *Aut.*—155 Ms. Bersm. *erit* pro *ero;* et unus Heins. *ego.* Deinde Sa. et sex alii cum nonnullis Edd. *ab undis:* Octav. et alius *ab umbris.*—156 R. *Extendam gel.* et mox unus V. *victor* pro *ultor.*—

NOTÆ

140 *Flavas*] Propter arenas ejus coloris.

Tuscus] Quia per Tusciam labitur Tiberis, priusquam Romam alluat.

142 *Manes*] Tuos, scilicet.

143 *Dilapsus*] Ex populari opinione, aut certe ea, loquitur, quam perstrinxit Plato.

144 *Umbra*] Mea, scilicet.

145 *Tunc quoque*] Credebant, scilicet, quod hodieque apud nonnullos pro certo ducitur, vagari passim Manes defunctorum, noctuque inimicis terriculamento esse.

151 *Peregrinæ*] Vultures intellige, quos ex adverso orbe, quanquam falso, advolare crediderunt.

154 *Plebeio*] Humili, cujusmodi ex plebe hominibus sine omni apparatu destinantur.

Digitized by Google

Me vigilans cernes: tacitis ego noctis in umbris
  Excutiam somnos, visus adesse, tuos.
Denique, quicquid ages, ante os oculosque volabo;
  Et querar, et nulla sede quietus eris.
Verbera torta dabunt sonitum; nexæque colubris
  Conscia fumabunt semper ad ora faces.
His vivus furiis agitabere: mortuus isdem.
  Et brevior pœna vita futura tua est.
Nec tibi contingent funus lacrymæque tuorum:
  Indeploratum projiciere caput.
Carnificisque manu, populo plaudente, traheris;
  Infixusque tuis ossibus uncus erit.
Ipsæ te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ:
  Respuet invisum justa cadaver humus.
Unguibus et rostro tardus trahet ilia vultur;
  Et scindent avidæ perfida corda canes.

tus; ego visus astare per silentium noctis opacæ turbabo somnos tuos. Denique quicquid facies, volabo ante vultus et oculos; et conquerar, et nullibi eris quietus. Verbera intorta reddent sonum, et faces implicitæ anguibus semper fumum emittent ad vultus conscios. Vexabere his furiis vivus, vexabere *iisdem fato functus: et vita erit brevior supplicio tuo. Neque funus et fletus tuorum tibi obvenient. Abjicieris caput indeploratum. Atque traheris manu tortoris plebe lætante; et uncus impactus erit tuis ossibus. Ipse ignis qui corripit omnia te fugiet; æqua terra rejiciet cadaver odiosum. Vultur ferus laniabit latera unguibus et rostro, et canes famelicæ discer-*

157 Sa. et novem alii et Ed. Domit. *ego conditus umbr.* Heins. conj. *cognitus:* Ms. Bersm. exhibet *concitus.*—159 Mor. *agas* pro *ages.*—160 Fr. Pet. et Mor. *Et sequar, et:* Francius malebat *Insequar.* Mox unus Heins. alter Bersm. et Ed. Domit. *nulla parte qu.*—161 *Torta* primæ Edd. et tres scripti; vulg. *sæva:* unus Heins. *secta;* in altero *sera:* in Bersm. *scæva,* et *tota.* Mox Gallicus Cod. *sonit. vexata colubr.*—164 Pet. alter *fut. tibi est.*—165 Ex nonnullis scriptis Heins. recepit *contingent,* quod et editi quidam habent, probante Bersm. vulg. *continget.*—166 Pet. alter *dejicere.*—167 Mor. *fereris,* et V. *trahere* pro *traheris.*—168 Pro *ossibus* Heins. conj. *faucibus.*—169 Me. *quæ carpent omn.*—170 Pet. *Resp. indignum justa.*—171 R. unus *trahat* pro *trahet:* et in seq. vs.

NOTÆ

159 *Nexæ colubris*] Furiales adeoque.

162 *Conscia*] 'Nolite putare,' inquit Cicero, 'eos qui aliquid impie sceleratèque commiserint agitari et perterreri Furiarum tædis ardentibus. quemque fraus, suus error maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Eæ sunt impiis assiduæ domesticæque Furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a sceleratissimis filiis repetant.'

186 *Uncus*] Carnificis, scilicet, quo ad scalas Gemonias Ibis trahatur.

171 *Tardus*] Qui denique ad fœti-

Digitized by Google

Deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus)
  Insatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elysiis diversa fugabere campis;
  Quasque tenent sedes noxia turba, coles.
Sisyphus est illic saxum volvensque petensque;
  Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ;
Quæque gerunt humeris perituras Belides undas,
  Exulis Ægypti, turba cruenta, nurus.
Poma pater Pelopis præsentia quærit, et idem
  Semper eget, liquidis semper abundat aquis;
Jugeribusque novem qui summus distat ab imo,
  Visceraque assiduæ debita præbet avi.

pent cor perfidum. Et, quamvis celebreris hac laude, lis erit inter lupos inexpletos de tuo corpore. Abjicieris in loca dissita a campis Elysiis; et tenebis loca quæ impium agmen obtinet. Ibi est Sisyphus volvens et repetens lapidem, et qui ligatus rapitur ab orbe citæ rotæ: et Belides, nurus Ægypti profugi agmen crudele, quæ ferunt humeris aquas perituras. Pater Pelopis inhiat pomis præsentibus; et idem semper est inops, et *semper affluit aquis fluidis; et qui supremus longe est ab infimo novem jugeribus, et offert præcordia debita volucri instanti. Hic una furiarum la-*

scindant. Tum Mor. et Serv. exhibent *avidæ;* alii *avidi.*—175 Mor. *div. vocabere camp.*—176 Gryph. maj. Ed. et Vincent. *Quoque tenet: tenet* etiam in vulgatis; *tenent* exhibent Serv. Octav. et pr. Ed. Tum Med. et duo alii *sed. impia turb.*—178 Ms. Bersm. *agit. rapidus vinct.* Pro *vinctus* plurimi *vectus;* sed cum in uno Heins. sit *captus,* Bersm. conj. *raptus.* Mor. etiam *ab ore rotæ.*—179 Mor. *Quaque ger.* Unus Cod. etiam *Bel. urnas.*—180 *Ægysti* editi et scripti quidam, vitiose. *Burm.*—181 Pet. *captat* pro *quærit.* Pr. Ed. *quær. in undis.*—184 *Assiduæ* pro vulg. *assidue* Heins. reponit ex vett. Tum idem

NOTÆ

dum cadaver, postquam satis superque execratum fuerit, advolet, illique laniando insistat.

173 *Licet hac*] Dicit istud quasi nimium Ibidi sua imprecatione tribuat, quod de eo rixa inter lupos moveatur.

175 *Elysiis*] Sedes beatorum piis assignatæ apud Inferos ab Ethnicis dicuntur Elysium.

Diversa] Tartarus est, quo facinorosi, diverso itinere a bonis, gravissimis suppliciis plectendi, deturbantur.

177 *Sisyphus*] Æoli filius latrociniis suis famosus, quem Theseus ad Inferos depulit.

178 *Quique*] Ixion est; de quo jam toties.

179 *Quæque*] Filias dicit Danai, Beli neptes.

Perituras] Quia quantum in dolium pertusum ingerunt, tantum diffluit; neque unquam scelestarum minuitur labor.

180 *Ægypti*] Frater fuit Danai, a quo expulsus est.

Cruenta] Danaides quippe 50. patrueles suos sibi desponsatos, Hypermnestra excepta, quæ Lynceo suo pepercit, una nocte peremerunt. Verum fabulas has omnes sæpius jam repetitas habes in præcedentibus.

Digitized by Google

Tot tibi, væ misero, venient talesque ruinæ,
  Ut cogi in lacrymas me quoque posse putem.
Illæ me lacrymæ facient sine fine beatum:
  Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix; ita Di voluere; nec ulla
  Commoda nascenti stella levisque fuit.
Non Venus affulsit, non illa Jupiter hora:
  Lunaque non apto Solve fuere loco.
Nec satis utiliter positos tibi præbuit ignes,
  Quem peperit magno lucida Maia Jovi.
Te fera, nec quicquam placidum spondentia, Martis
  Sidera presserunt, falciferique senis.

talesque clades oppriment te infelicem, ut credam me etiam posse ad fletus cogi. Illi fletus facient me beatum sine fine: tunc hæ lacrymæ erunt mihi suaviores risu. Natus es miser; (sic placitum Diis;) neque ullum astrum fuit utile aut facile nascenti. Neque Venus, neque Jupiter affulsit illa hora; et Luna vel Sol fuerunt in loco minus idoneo. Neque ille, quem splendida Maia peperit magno Jovi, misit tibi ignes positos satis utiliter. Stellæ sævæ, neque quicquam lene pollicentes, Martis et

---

tua vota ref.—207 Alii *veniant* pro *venient*. Tum Fr. *tantæque ruinæ*; quod Burm. verum putat.—208 Duo libri *in lacrymis*. Mox Sa. et octo alii *poss. putes*.—210 Fr. *Dulc. is ris. tum mihi*.—212 Unus Heins. *levisve venit*.—213 Pr. Ed. et unus R. *V. effulsit*. Mor. et Fr. *nec* in utroque loco pro *non*. Edd. vett. *non ulla J.* et Aldin. *ora* pro *hora*: Heins. conj. *non illi J. horæ*; vel *illam horam*.—214 R. *Lunave*. Pet. et Fr. *non alto S.* et plurimi *Solque fuere*.—215 Unus liber *solitos* pro *positos*.—218 *Jovi* editi olim et plurimi scripti: vulg. *Jove*.—217 Alii editi *ne* pro *nec*. Tum unus

NOTÆ

pia, totque ex locis mala ipsa multiplicat Naso, ut hæc ejus prope non videatur hyperbole.

209 *Illæ me*] Facit poëtæ ingenium ut vix iratum fuisse intelligatur.

210 *Fletus*] Lacrymæ quas calamitatibus tuis notis vel invitus fundam.

212 *Levis*] Quæ fata tua non urgeret.

213 *Venus*] Quæ stella gratiam et felicitatem ex Mathematicorum disciplina mortalibus dicitur portendere, si bene nascentibus affulserit.

Jupiter] Hic Planeta in nativitatibus si bene affulserit, Saturni dicitur frangere malignitatem, et prospera significare. Ceterum quam hæc reconditæ, tam sunt incertæ cognitionis.

214 *Apto*] Ex diverso vero Planetarum aspectu et irradiatione sua conantur etiam dogmata et conjecturas astruere Mathematici.

216 *Quem*] Mercurius est, Maiæ Atlantis et Jovis filius: cujus plurima habetur ratio in horoscopis.

217 *Martis*] Cujus stella infelicissima omnia, nisi a Jove aut Venere temperetur, præsagire dicitur.

218 *Senis*] Saturnum dicit, quem falce ideo instructum non abs re credideris, quod ea patris genitalia absciderit, ejusdemque deinde usum in

Digitized by Google

Lux quoque natalis, ne quid, nisi triste, videres,
  Turpis, et inductis nubibus atra fuit.
Hæc est, in Fastis cui dat gravis Allia nomen;
  Quæque dies Ibin, publica damna, tulit.
Qui simul, impuræ matris prolapsus ab alvo,
  Cinyphiam fœdo corpore pressit humum;
Sedit in adverso nocturnus culmine bubo,
  Funereoque graves edidit ore sonos.
Protinus Eumenides lavere palustribus ulvis,
  Qua cava de Stygiis fluxerat unda vadis;

senis falciferi te urserunt. Dies etiam natalis (ne aspiceres aliquid nisi luctuosum) fuit turpis et caliginosus nebulis immissis. Ille est, cui gravis Allia dat nomen in fastis, quique produxit Ibin malum commune. Qui statim atque prolapsus ab utero obscœno parentis tetigit terram Cinyphiam turpi corpore, nocturnus bubo sedit in fastigio opposito, et protulit horrendas voces rostro ferali. Continuo furiæ illum *abluerunt ulvis palustribus, qua aqua nigra fluxerat ex vadis Stygiis; atque unxe-*

quicq. placidi spond.—220 Fr. *et indutis nub.* Tum Mor. *orta fuit.*—222 *Diis* [pro *dies*] Editio Dan. Heinsii; forte vitio operarum. *Burm.*—223 Quidam libri *sim. impura matr.* Quidam scripti et editi *alv. est.*—224 Tres libri et Domit. Ed. *fetido* pro *fœdo.*—226 Mor. *Funereosque.*—227 *Palustribus ulvis* ex Heins. emend. vide Not. Var. Met. XIV. 103. Alii *palustribus undis;* vel ut vulgati *paludibus udis.*—228 Salvagn. edidit *Qua* pro vulg. *Quæ.* Pro *cava*

NOTÆ

agricultura docuerit. Ejus autem stella tarda et frigida cum dominium habet in nativitate mala plurima portendit.

220 *Atra*] Ad dies illos atros quos dixerunt et infaustos alludit.

221 *Allia*] Fluvius est Italiæ quindecim millibus ab Urbe apud quem prope ad internecionem Romanorum a Gallis cæsus exercitus. Qua re dies ille ex veteri superstitione inter atros atque infaustos recensitus: ut dies Alliensis et dies inauspicatus idem fuerit, quo natus Ibis intelligitur.

222 *Ibin, publica damna*] Appositio.

223 *Prolapsus*] Quasi de bruto loquitur: quanquam et de hominibus quandoque illud verbum dicitur.

224 *Cinyphiam*] Fuit Cinyps Africæ fluvius putidis hircis nobilitatus; ex quo terra dicta Cinyphia. Siquidem autem verum fuerit quod nonnulli tradunt, et revera esse videtur, Ibidis nomine intellectum Hyginum Alexandrinum fuisse, Cinyphia humus pro Alexandrina posita fuerit: nisi, ut est Nasonis ingenium, monstri quod insectatur dedecus in terram ipsam in qua natus sit transtulisse credideris; ut Cinyphia et putida facta sit quam infamis ille tetigerit.

225 *Adverso*] Ut inde ferali voce Ibidis futuras calamitates significaret.

227 *Eumenides*] Furiæ.

Palustribus] Adeoque putridis, et putidis, non vivis, quarum usus erat in sacris.

228 *Cava*] Obscura.

Digitized by Google

Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ:
Terque cruentatas increpuere manus:
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino.
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus;
Latrat et in toto verba canina foro.
Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A male deserto quos rapuere rogo.
Et, ne non fultum nuda tellure jaceret,
Molle super silices imposuere caput.
Jamque recessuræ viridi de stipite factas
Admorunt oculis usque sub ora faces.
Flebat, ut est infans fumis contactus amaris;
De tribus est cum sic una locuta Soror:

runt pectus felle anguis Erebei; et ter plauserunt manibus sanguinolentis: atque impleverunt ora infantia lacte canino. Hoc primum alimentum venit in buccas infantis. Inde alumnus imbutus est rabie suæ nutricis, et latrat voces caninas in toto foro. Atque coërcuerunt artus linteis infectis ferrugine, quæ sustulerunt ex rogo male deserto. Et ne non fultum jaceret in terra nuda, imposuerunt caput tenerum super saxa. Et jam profecturæ admoverunt usque oculis sub ora tædas factas ex trunco viridi. Postquam puer est contactus fumis acerbis, lacrymatus est, cum una

Heins. conj. *vaga*.—229 Quædam Edd. *Pectora vinxerunt E*.—231 Multi *Gutturaq. imbuerant inf*.—233 Alii *Ebibit ind*. et tres libri *Præbuit*.—235 Pro *vinxerunt* multæ Edd. *junxerunt;* unus Heins. *tinxerunt:* unus R. *innexerunt;* vitiose. Mox Fr. *junctis* pro *tinctis*.—239 Unus Heins. et Fr. *de cespite fact*.—240 Pro *usque* aliqui Codd. *atque;* Heins. conj. *usta* vel *atra*. Alter R. *sub ore fac*.—241 Sa. et tres alii *furiis* pro *fumis*. Unus etiam Heins. *contortus amar*.

NOTÆ

229 *Erebeæ*] Ex Inferis petitæ: Erebus namque Deus sæpissime pro Inferis ipsis positus.

230 *Ter*] Ut numerus ille sacer, scilic. magicæ rei quam machinabantur horrorem ratum faceret.

232 *Primus*] Quique adeo altissime in Ibidis præcordia delapsus illi tantam mordendi inspiravit rabiem.

235 *Ferrugine*] Qui color feralis et Erebeus ex poëtarum phantasmatibus.

236 *A male*] Vix credere est homini cuiquam tantam esse fingendi facultatem, ut ex singulis rebus quodlibet possit ad scopum derivare; qualem quidem in Nasone videmus. Male autem desertum rogum intellige, in quo semiustum cadaver vulturibus deinde laniandum relictum sit.

238 *Super silices*] Ut, scilicet, duritiem et sævitiam ibi primum disceret.

239 *Viridi*] Fumido adeoque et mali ominis, ut Furiarum tædas esse decuit.

242 *Tribus*] De Parcis, non de Furiis, intellige: illarum namque est singulis fata sua asserere.

Digitized by Google

Tempus in immensum lacrymas tibi vovimus istas,
Quæ semper causa sufficiente cadent.
Dixerat. At Clotho jussit promissa valere,
Nevit et infecta stamina pulla manu.
Et ne longa suæ præsagia diceret horæ;
Fata canet vates qui tua, dixit, erit.
Ille ego sum vates: ex me tua vulnera disces;
Dent modo Di vires in mea verba suas.
Carminibusque meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Neve sine exemplis ævi cruciere prioris,
Sint tua Trojanis non leviora malis.
Quantaque clavigeri Pæantius Herculis hæres,
Tanta venenato vulnera crure geras.

ex tribus sororibus sic locuta est; Destinavimus tibi hos fletus in immensum tempus, qui semper fluant causa urgente. Absolverat: at Clotho imperavit pollicita stare, atque traxit nigra stamina manu infelici. Et ne proferret longa omina suæ horæ, Erit, inquit, fatidicus, qui aperiet tua fata. Ego sum ille fatidicus; cognosces ex me tua mala; modo Dii præbeant suas vires in meas voces. Atque efficacia rerum adsit meis versibus, quos sentias esse certos per tuas ærumnas. Et ne torquearis sine exemplis ætatis præteritæ, damna tua non sint minora Trojanis. Atque feras tanta vulnera pede læso quanta Pæantius hæres Herculis claviferi tulit. *Neque*

—243 Pet. et Fr. *lacrym. injungimus ist.* in pr. Ed. *nos movimus ipsas;* et in Nauger. Ed. *ibi fovimus istas.* In vulgatis erat *movimus:* Heins. dedit *vovimus* ex uno V. et Med.—244 Alii *suffic. cadant.*—245 *At* recepit Heins. ex duobus scriptis pro vulg. *et.*—246 In aliis *et infausta,* vel *infesta;* 'sed mihi probatur maxime scriptura codicis Francofurtensis, *infecta,* quod pullis staminibus convenientissimum: possis autem infectam manum, atram, sanguinolentam, venenatam, &c. exponere, de quo verbo plura ad Val. Flac. II. 155. diximus.' *Burm.*—247 Plurimi scripti *suo...ore.* Pro *diceret* Burm. mallet *duceret,* quod τῷ *longa* conveniret melius.—248 Emenda *Fata.* Constant. Fanens. Tum alii *canit* et *canat.*—249 Ma. *v. per me.* Mox duo vett. *tua funera disc.*—250 Unus Pat, *vota* pro *verba.*—252 Pro *Quæ* Heins. malit *Quo.* Mox alii *experiare.*—

NOTÆ

245 *Clotho*] Quæ una est Parcarum.

246 *Pulla*] Atra, adeoque lugubria; uti sæpius inculcatum in præcedentibus.

253 *Exemplis*] Quæ futuræ Ibidis calamitatis sint quædam quasi pignora, ut ne incredibilis videatur.

255 *Pæantius*] Philoctetes est, Pæantis filius, sagittarum Herculis hæres, quarum una vulneratus in pede quo illius tumulum contra sacramenti fidem indicaverat, decem prope annis immedicabilis vulneris fœtore et dolore cruciatus est.

256 *Venenato*] Namque et Herculis sagittæ veneno seu felle hydræ imbutæ.

Digitized by Google

Nec levius doleas, quam qui bibit ubera cervæ,
  Armatique tulit vulnus, inermis opem.
Quique ab equo præceps in Aleia decidit arva;
  Exitio facies cui sua pæne fuit.
Id, quod Amyntorides, videas; trepidusque ministro
  Prætentes baculo, luminis orbus, iter.
Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit;
  Expertus scelus est cujus uterque parens.
Qualis erat, postquam est judex de lite jocosa
  Sumtus, Apollinea clarus in arte senex.

minus doleas, quam qui suxit ubera cervæ, atque armis instructus vulneratus est, inermis sanatus. Quique decidit præceps ab equo in campos Aleios, cui sua forma fere in cladem fuit. Cernas illud quod Amyntorides, et captus oculis prætentus baculo adjutore viam incertam. Neque plus videas, quam quem sua filia duxit, cujus flagitium uterque parens sensit. Qualis erat senex celeber arte Apollinea post-

255 Nonnulli *Herc. heros.*—258 Sic Heins. emend. vel *Armatusque:* in vulgatis erat *Armatusque t. vulnus inerme potens*, vel *petens.* Pro *vulnus* nonnulli *vulgus.* Tum Constantius *in arma potens;* et Mycillus conj. *in arma patens.* 'Versus mendosus,' judice Heins.—259 Quidam Codd. habent *præc. alienis... arvis;* vel, ut alii volunt, *auris:* quidam restituerunt *in Aleis...arvis;* unde Heins. suadet *in Aleia...arva.*—260 Unus Heins. *Exitii f. c. s. penna f.* et Mor. *Exitii causa c. s. penna f.* duo etiam *pœna f.*—261 Duo Codd. *trepidusq. magistro;* unus *minister;* et pr. Ed. *ministros.*—262 I. *Sustentes bac.* Deinde alii scribunt *lum. orbis, iter.*—263 Mor. *Non prius asp.* R. et alius *Nec plus inspicias.* —264 Fr. *Expert. facinus cuj.*—266 Heins. malebat *clar. ab art.*—267 Fr. et

NOTÆ

257 *Qui bibit*] Telephus est, Herculis ex Auge Nympha filius, qui hasta ab Achille vulneratus sola illius rubigine post multos cruciatus sanari potuit.

258 *Armatique tulit vulnus*] Ab Achille quippe vulneratus cum bellum adversus illum gereret.

Inermis] Sanatus fuit ab Achille Telephus postquam cum illo reconciliatus.

259 *Quique*] Bellerophontem dicit, cujus amore capta Sthenobœa seu Antia Prœti uxor illum apud maritum, quasi sese de stupro appellasset, non verita est accusare. Qua re a Prœto ad Iobatan Antiæ reginæ patrem dimissus; illum, scilicet, ut Chimæræ Lyciorum fines vastanti rex ille filiæ pudicitiam defendens per dolum objiceret. Victor tamen inde profugiebat; verum cum ad cœlum contenderet Pegaso, equo alato, œstrum Jupiter tanta audacia offensus immisit, aque ita equo excussus Bellerophon in Aleia Lyciæ arva decidit.

Aleia] A Græco ἀλᾶσθαι, *errare*, dicti illi campi, quod in iis fracto corpore erraverit Bellerophon.

261 *Amyntorides*] Phœnix est, Achillis præceptor, qui diris impetitus a patre quod cum ipsius concubina rem habuisset, ex patria profugere coactus, oculis denique captus est.

263 *Quem*] Œdipus est, qui et patrem occidit et matrem duxit uxorem, utrumque inscius: quamobrem re cognita sibi ipse in pœnam oculos

Digitized by Google

Qualis et ipse fuit, quo præcipiente columba
Est data Palladiæ prævia duxque rati.
Quique oculis caruit, per quos male viderat aurum,
Inferias nato quos dedit orba parens.
Pastor ut Ætnæus, cui casus ante futuros
Telemus Eurymides vaticinatus erat.
Ut duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit: ut Thamyræ, Demodocique caput.
Sic aliquis tua membra secet, Saturnus ut illas
Subsecuit partes, unde creatus erat.

quam est electus arbiter de lite jocosa. Qualis quoque is fuit, quo jubente columba data est navi Palladiæ, quæ ipsi præiret illamque duceret. Quique oculis quibus aurum male perspexerat fuit privatus, quos mater orba filios dedit inferias. Ut pastor Ætnæus cui Telemus Eurymedes prædixerat infortunium futurum. Ut duo Phinidæ, quibus idem sustulit oculos, qui præbuit; ut caput Thamyræ, et Demodoci. Ita aliquis rescindat tuos artus, ut Saturnus rescidit illas partes, ex quibus

multi alii *ille* pro *ipse*.—272 Unus liber *Euritides;* et duo *Eumenides*.—274 In hoc nomine [*Demodociq.*] variant scripti. *Demolophique* Francof. et Petav. Alii *Demodophique, Demofodique, Demophoique*. Demodoci poëtæ, qui Ἰλίου ἄλωσιν scripsit, quod carmen Ulixes tibia cecinit, meminit Ptolem. Hephæst. l. VII. qui an itidem tibicen fuerit nescio. *Burm.*—275 Nicolaus

NOTÆ

eruit, quem Antigona filia deinde circumduxit, et perimere se volentem prohibuit.

266 *Clarus*] Namque ut Tiresiæ calamitatem Jupiter levaret, vaticinandi arte, quæ Apollinis est propria, insigni beneficio donavit.

Senex] Tiresiam intelligit, qui septem ætates vixisse dicitur, a Junone occæcatus ideo quod ab ea simul et Jove sumtus judex virine an mulieris libido major esset, non pro ipsa, sed in illius gratiam, sententiam tulisset.

267 *Quo præcipiente*] Phinei tangit fabulam, de qua in Metam. cui a Diis ideo eruti oculi, quod liberos ex Cleopatra susceptos novercæ Ideæ suasu excæcasset. Ille namque Argonautis auctor fuit columbam quam Dii mitterent sequerentur, cujus ope Cyaneas petras evitarent.

268 *Rati*] De Argo navi loquitur, Minervæ seu Palladis arte fabricata, qua Argonautæ in Colchidem vecti.

269 *Quique oculis*] Polymnestor est, rex Thraciæ, quem Hecuba ideo occæcavit quod Polydorum filium auri cupiditate impulsus, quod olim rebus suis diffidens crediderat Priamus, per summum scelus occidisset. Quam rem prolixe habes in Metam.

270 *Inferias*] Eo nomine appellantur mortuis quæ persolvuntur sacra.

271 *Pastor*] Polyphemus in Ætna monte Cyclops, ut vulgo creditum, quem stipite adusto Ulysses lumine privavit.

272 *Telemus*] Inter Cyclopas vates insignis, de quo Metam. XIII.

273 *Phinidæ*] Crambus et Orythus a Phineo patre novercæ instinctu excæcati.

274 *Thamyræ*] Poëta fuit Thracius, Philammonis et Argiopes Nymphæ

Digitized by Google

Nec tibi sit melior tumidis Neptunus in undis,
Quam cui sunt subitæ frater et uxor aves;
Solertique viro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.
Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognoverit unus,
Viscera diversis scissa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romano turpe putavit,
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.

erat genitus. Neque Neptunus sit tibi mitior in fluctibus turgidis, quam cui frater et conjux sunt volucres repentinæ: atque viro prudenti, quem tenentem partes navis fractæ soror Semeles juvit. Aut, ne unus solus senserit hoc genus supplicii, præcordia lacera distrahantur ab equis diversis. Aut patiaris ea quæ passus est qui credidit indecorum esse Romano redimi a duce Puniceo. Neque Deus præsens sit tibi

Heinsius, Danielis filius, tanto patre dignissimus, literis ad me scriptis putabat legendum, *Saturnius illas Ut secuit partes*, et de Jove intelligendum; ingeniose suo more. Sed quia lectionem vulgatam, cum omnes editiones, tum scripti Codices agnoscunt, ab ea discedere mihi religio est: nam et Saturnum genitalia patri Cœlo demessuisse fabulantur, vel uno Cicerone teste, l. II. de Natura Deorum. *Salvag.*—278 Pro *subitæ* tres libri *subito;* Sa. et alius *visæ.* —279 Unus Heins. *fract. legentem.*—282 Duo libri *secta* pro *scissa.* Fr. et tres alii *feran. aquis.*—283 Editi et scripti multi *Romanos;* Pet. *Romanum.*— 284 Salvagn. malebat *Pœniceo:* Constant. Cod. teste Heins. *Cinyphio.*—

NOTÆ

filius, qui a Lino Musicam edoctus, Musas etiam lyra provocare ausus est, a quibus victus fuit occæcatus.

Demodoci] Hunc cæcum Homerus cantorem induxit suavissimum in convivium Alcinoi.

275 *Saturnus*] Ille vero dicitur patri genitalia falce abscidisse.

278 *Cui*] Ceyx Trachiniæ in Thessalia rex, cujus naufragium descripsit ipse Naso Metam. XI. Illius namque uxor in Halcyonem, sicut et ipse, mutata; frater vero ' Cum se Dædalion saxo misisset ab alto,' Miseratus Apollo ' fecit avem, et subitis pendentem sustulit alis.' Quas fabulas videsis prolixe in Metam. namque opera et charta abutamur si toties eadem repetierimus.

279 *Viro*] De Ulysse loquitur, cui Neptunus propter excæcatum filium Polyphemum valde infensus fuit, quemque tantum non perdidit.

280 *Semeles*] Hæc Cadmi fuit filia, cujus soror Ino, in Leucotheam marinam Deam mutata, Ulyssi naufrago opem tulit.

281 *Unus*] Metium Suffetium intellige, Albanorum regem; quem fœderis ruptorem inter duos currus religatum pernicibus equis Tullus Hostilius distraxit. Hunc vero ex eo credideris Nasonem taxare, quod primum illud atque ultimum fuisse supplicium apud Romanos scripsit Livius.

283 *Qui redimi*] Attilius Regulus, qui captus a Carthaginiensibus et legatus ab illis Romam missus, diversa quam hostes mandaverant censuit, ne pax fieret, neve commutatione captivorum reciperetur. Quamobrem alii in cavea undecumque aculeis horrida ab hostibus peremtum, alii cruci af-

Digitized by Google

Nec tibi subsidio sit præsens numen: ut illi,
  Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.
Utque dedit saltus de summo Thessalus Ossa,
  Tu quoque saxoso præcipitere jugo.
Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,
  Sint artus avidis anguibus esca tui.
Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
  Per caput infusæ fervidus humor aquæ:
Utque parum miti, sed non impune, Prometheus,
  Aërias volucres sanguine fixus alas.

auxilio, ut illi, cui altare Jovis Hercæi nihil tulit opis. Atque ut Thessalus dejectus est ex vertice Ossæ, tu etiam præcipiteris ex cacumine rupis. Vel tua membra sint præda asperis serpentibus, sicut membra *Euryali, qui tenuit sceptrum post illum. Vel vapor calidus aquæ diffusæ per caput acceleret tuam mortem, sicut* acceleravit *Minois. Et quemadmodum Prometheus, transfixus præbeas alimentum avibus aëriis*

285 Pr. Ed. *tib. præsidio sit.*—287 *De summo* quatuor scripti et editi; *de summa* duo: in vulgatis *e summo.*—289 In voc. *Euryali* codices vehementer variant, *Euriboi, Eurioli, Eriloci, Eridoci, Aureoli, Erioli, Eurilici, Eruloci, &c.* habentes.—293 Heins. oræ sui libri ascripserat legi posse *Utq. p. metuens, sed non i. Deorum;* nt *Prometheus* sit e glossa; et *metuens* erat in uno suo: *miti* idem emendavit, nam in vulg. legebatur *mitis;* Fr. habet *fidus;* et Mor. *mutis.*—294 Sa. *vol. arbore fix.* Quatuor libri *sanguine,* et duo *corpore, pasce*

NOTÆ

fixum, aut palpebris excisis vigilando necatum fabulati sunt.

284 *Puniceo*] Carthaginiensi Asdrubale: namque iste summam rerum videtur tenuisse. Puniceo vero pro Pœno aut Punico vix alibi legas.

285 *Ut illi*] Non fuit, scil. subsidio. Priamum vero, de quo hic agitur, non servavit ara Jovis Hercei, quæ in media erat ejus regia, ad quam a Pyrrho obtruncatus fuit.

286 *Hercei*] Eo nomine dictus Jupiter ab ἕρκος septum, quod intra domorum septa, sub dio tamen et ætheris axe, ejus aræ ponerentur.

287 *Thessalus*] Hunc Thessaliæ regem ab Euryalo quodam ex Ossa monte præcipitatum nonnulli scripserunt. Verum conjectationes sunt.

Ossa] Mons est Thessaliæ.

289 *Qui sceptrum*] Euryalus, scilicet, Thessalo pulso regnum invasit: verum, cum illius cæde purgatus non esset, ab anguibus furialibus absumtus dicitur.

291 *Minoia*] Dædalum in Siciliam persecutus erat Minos, et Cocali regis fines vastabat. Hic ergo spe facta Dædali dedendi, quem tamen ob præclara opera carum habebat, Minoëm ad colloquium vocavit. Venit ille. Tamdiu autem jussus in thermis expectare quoad vaporibus calidarum aquarum est extinctus: cujus tamen corpus exanimum suis, tanquam casu in aquas lapsus esset, sine mora redditum. Sed aliter atque aliter a diversis ea fabula narratur.

293 *Non impune*] Non impune, scilicet, et viscera vellicabat et sangui-

Digitized by Google

Aut, velut Etracides, magno ter ab Hercule quintus,
Cæsus in immensum projiciare fretum.
Aut, ut Amyntiaden, turpi dilectus amore
Oderit, et sævo vulneret ense puer.
Nec tibi fida magis misceri pocula possint,
Quam qui cornigero de Jove natus erat.
More vel intereas capti suspensus Achæi,
Qui miser aurifera teste pependit aqua.
Aut ut Achillidæ cognato nomine clarum
Opprimat hostili tegula jacta manu.

sanguine sævo, sed non de nihilo. Atque, sicut Etracides, quintus ab Hercule ter magno, mactatus præcipiteris in vastum mare. Vel puer amatus obsceno amore aversetur, et interficiat gladio fero, ut Amyntiaden. Neque pocula magis tuta tibi possint parari quam illi *qui ortus erat ex Jove cornifero. Vel pereas suspensus in modum Achæi capti, qui infelix pependit aqua aurifera teste. Vel tegula impulsa manu infensa* te *occidat ut insignem nomine cognato Achillidæ. Neque ossa tua*

tuo.—295 *Ac velut* scripti et editi quidam: ceterum magna hic scripturæ varietas est: *Aut ut Eratides* Franc. et Sarrav. *Aut ut Ethicatides; Aut ut Heraclides, Ethatrides, Eradines, Ecetracides, Echatrides, Chetradites* alii: sed in uno *Etratides* cum hac Glossa. 'Etratides erat in libro Basili Aquilini: Etradides, unde Democritus Herculides, cuidam genitalia membra recidit: cæsaque membra sibi causa fuere necis. Statillus Amanti filius occisus a Celmo puero, quem amabat.' Quibus similia habet Zarottus, ex glossa, ut verosimile. Forte scripserit *Eurycrates*, qui inter Heraclidas, Reges Lacedæmonios, quintus decimus ab Hercule nominatur. Vid. Meursii Reg. Lacon. c. 12. Sed de ejus morte nihil mihi constat. *Burm.*—296 Duo libri *imm. præcipitere fr.*—297 Alii *Amintiadem*, vel *Amantiaden.*—298 Pro *sævo* alter Pet. *scævo.*—301 Multi scripti cum vulg. Edd. *Morte* pro *More.*—302 Unus Heins. *Qui m. ætharigem teste p. a.* Alius etiam *Eurifera* pro *aurifera.* Heins. recepit *teste* ex scriptis potioribus; aliqui *reste;* at in vulgatis *triste.*—303 Alii scribunt *Achillidem*, vel *Achilleiden.*—304 Unus Heins. *De-*

NOTÆ

nem Promethei ebibebat aquila, quæ in Caucaso monte religatum ideo torquebat quod ignem ætherea domo subduxisset, aut Palladem amavisset.

295 *Etracides*] Quis hic fuerit non scio: sed neque permagni interest.

297 *Amyntiaden*] Philippus est, rex Macedonum, Amyntæ filius, quem Pausanias adolescens, iratus quod frustra de stupro ab Attalo illato apud illum quereretur, immo et irrideretur, tandem confodit.

300 *Qui cornigero*] Alexandrum dicit magnum, multoque stultiorem, qui Jovis Hammonis dici et haberi voluit filius. Hunc vero veneno nonnulli Antipatri suasu sublatum tradiderunt.

301 *Achæi*] Andromachi fuit filius, qui cum universam cis Taurum montem Asiam imperio suo regeret, a Bolide et Cambylo proditus, et ad regem Antiochum adductus, crudelissimo supplicio non longe a Pactolo fluvio, atque adeo illo teste, interiit. Rem totam narrat Polybius.

302 *Aurifera*] Pactolus enim Lydiæ fluvius arenas dicitur vehere aureas.

Digitized by Google

Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant,
  Sparsa per Ambracias quæ jacuere vias.
Nataque ut Æacidæ, jaculis moriaris adactis:
  Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.
Utque nepos dicti nostro modo carmine regis
  Cantharidum succos dante parente bibas.
Aut pia te cæso dicatur adultera; sicut,
  Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.
Inque pyram tecum carissima pignora mittas;
  Quam finem vitæ Sardanapalus habet.

melius quiescant quam Pyrrhi, quæ jacuerunt dijecta per vias Ambracias. Atque pereas ut filia Æacidæ, jaculis impactis: non licet tegere istud flagitium Cereri. Et ut nepos regis modo appellati nostro versu, potes succos Cantharidum matre præbente. Vel adultera vocetur pia te mactato, quemadmodum appellata est pia, qua ultrice Leucon occidit. Atque projicias tecum in rogum liberos dilectissimos; quem

---

primat hostil.—307 Pr. Ed. et Ms. Bersm. *telis* pro *jaculis*. Tum unus Heins. *moriar. ad aras;* et Pet. *acutis.*—308 *Nefas* Ciofan. profert ex Ma. vulg. *scelus*, et sic etiam unus Bersm. non pauci etiam *sacrum.*—309 Alter R. *quoque* pro *modo.*—310 R. et duo alii *Thessalidum succ.* et Fr. *Thessalides:* Bonon. *Cantharides.*—312 Editi quidam *Leuco.* Tum Fr. *judice* pro *vindice.*—313 *Pignora* ex Sa. Burm. placet præ vulg. *corpora.*—

NOTÆ

303 *Achillidæ*] Pyrrhi seu Neoptolemi, Achillis filii.

Clarum] Pyrrhus est rex Epirotarum qui eodem nomine atque origine claruit quo Pyrrhus ille Achillis filius. Tegula vero, anili quidem manu immissa, Rex est iste exanimatus.

305 *Pyrrhi*] De Neoptolemo intellige; namque hæc eadem refert de illo Hyginus ipse, in quem ista omnia vulgo congesta putant.

307 *Nataque*] Laodamia est, Pyrrhi Æacidæ Epirotarum regis filia, quæ ad Cereris aram quamvis confugisset, populi concursu interfecta est. Quod facinus Dii immortales assiduis cladibus, sterilitate, fame, et prope interitu totius populi vindicaverunt; ut fuse narrat Justinus lib. XXVIII. Noster proximo versu satis aperte indicat.

308 *Non licet*] Illud est quod modo dixi, fame afflictos Epirotas propter scelus et neglectum Cereris numen.

309 *Nepos*] Hunc magni Pyrrhi, cujus in Italia res gestæ memorantur, volunt fuisse nepotem; quem, ut ex Athenæo pronum est suspicari, mater seu avia Olympias una cum Tigride puella quadam Leucadia, concubina ejus, veneno sustulit.

310 *Cantharidum*] Quæ muscæ sunt ita venenatæ ut pro veneno a Cicerone usurpentur.

312 *Pia*] Fabula est obscura, quam nonnulli ex vetustis quibusdam interpretibus ad Leuconem quendam referunt, qui fratrem Spartacum ex Persicis regibus unum, aut Oxilochum regem Ponti, occiderit; sperans, scil. siquidem cum fratris uxore adultera rem haberet, ultro sese regnum adep-

Digitized by Google

Utque Jovis Libyci templum violare parantis,
  Acta Noto vultus condat arena tuos.
Utque necatorum Darei fraude secundi,
  Sic tua subsidens devoret ossa cinis.
Aut, ut olivifera quondam Sicyone fugato,
  Sit frigus mortis causa famesque tuæ.
Aut, ut Atarnites, insutus pelle juvenci
  Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

vitæ exitum Sardanapalus consecutus est. Et arena jactata obruat faciem tuam, quemadmodum obruit *illos qui aggressi sunt populari templum Jovis Libyci. Atque cinis subsidens absorbeat tuam faciem, sicut interfectorum dolo Darei secundi. Vel frigus et fames sit causa mortis tuæ, ut olim pulso Sicyone olivifera. Vel ut Atarnites feraris indecore præda ad dominum tuum insutus pelle juvenci. Atque*

314 Alii *Quem fin.*—315 *Parantis* Burm. dedit ex altero Pet. et Ed. Salvagn. pro vulg. *parantes:* Heins. mallet *paranti.*—316 J. et Bonon. *Alta N.*—318 *Subsidens* ex plerisque vett. Heins. dedit pro vulg. *succendens;* et mox ex iisdem *ossa* pro *ora.*—319 Alii *oliviflua.* Deinde editi et scripti quidam *Sic. profecto.*—321 In voc. *Atarnites* variant admodum codices, *Atarnides, Aca-*

NOTÆ

turum. At enim illa mariti vicem ulcisci maluit; atque hinc pietas ejus laudata. Fides vero harum fabularum penes auctores fuerit.

314 *Sardanapalus*] Ultimus fuit rex Assyriorum, qui luxuria sua primo victus, deinde Arbace duce a suis ad ultima compulsus, sese in pyram in regia exstructam, congestis eodem quæcumque habuit carissima, viros imitatus hoc uno, conjecit.

315 *Parantis*] De exercitu loquitur quem Cambyses, Cyri filius, superstitionibus offensus Ægyptiorum, ad Hammonis templum diruendum misit. Illi enim arenarum cumulis obruti sunt.

317 *Darei*] Ad Ochum referunt, non male, qui Dareus est dictus. Hic, ut Valer. Max. prolixe refert, quos neque veneno, neque ferro, neque ulla vi aut inopia alimentorum sese interfecturum juraverat, hac fraude sustulit. Locum munitum altis parietibus cinere complevit: inde supposito tigno, largo epulo eos quos perdere vellet accipiebat, qui consopiti in congeriem illam cineris decidebant et obruebantur.

319 *Sicyone*] Hæc vero Peloponnesi urbs fuit baccis suis et oleo celeberrima.

Fugato] Hic Neocles aut Nicocles, ex vetustissimo interprete, a Zarotto dicitur: de quo etiam Pausanias, itemque Plutarchus: tametsi de exilio ejus tantum loquuntur.

321 *Atarnites*] De Hermia Atarnæ Mysiæ urbis tyranno Turnebus bene videtur exposuisse; qui, ex Diodoro, illum, quia a Persarum rege defecerat, ab Hectore quodam hujus duce circumventum et in potestatem illius fuisse redactum dicit. Quanquam enim juvenci insutum pelle non testetur Diodorus, aliunde istud potuit didicisse Naso; neque ideo, ut censuerunt nonnulli, hunc locum emendandum credideris.

Digitized by Google

Inque tuo thalamo ritu jugulere Pheræi,
  Qui datus est leto conjugis ense suæ.
Quosque putas fidos, ut Larissæus Aleuas,
  Vulnere non fidos experiare tuo.
Utque Milon, sub quo cruciata est Pisa tyranno,
  Vivus in occultas præcipiteris aquas.
Quæque in Adimantum, Phliasia regna tenentem,
  Ab Jove venerunt, te quoque tela petant.
Aut ut Amastriacis quondam Lenæus ab oris,
  Nudus Achillea destituaris humo.

macteris in tuo cubiculo sicut Pheræus; qui occisus est cultro suæ uxoris. Et ut Alevas Larissæus sentias infidos plaga tua quos credis fidos. Et sicut Milon, sub quo tyranno Pisa est vexata, vivus projiciaris in aquas occultas. Et jacula quæ impulsa sunt ab Jove adversus Adimantum obtinentem regna Phliasia, te etiam feriant. Vel ut Lenæus olim ab oris Amastriacis, relinquaris nudus in terra Achillea. Atque

---

mites, Atharmites, Archamites, Atamites, &c. H. *Acharnides hirsutus pell.*—323 Fr. *Inq. tuis thalamis rit.* Quinque scripti et editi nonnulli *thalamo jugulerís more Ph.* et sic Ms. Bersm. nisi quod habeat *morte* pro *more.*—325 Scribitur etiam *Lar. Alebes, Achilles,* vel *Abestes.*—327 Mor. *Utre M.* alter R. *Utq. malo; Ut Milo* Mycill. Ed. et vulg. *Utque Milo:* ex J. Sa. et duobus aliis Heins. profert *Utq. Milon.* Mox Fr. et unus Heins. *ipsa* pro *Pisa.*—329 Pr. R. *in Amidantum:* alter R. *in Achimarum;* unus Gallicus *ad hiniantem.* Mox quidam scribunt *Philesia,* vel *Philasia;* multi etiam *Phylleia.* Tum *sceptra* pro *regna* unus Med. habet. Pius ad Val. Flacc. I. 662. notat quosdam legere *Quique in Acidimaton Piscia regna tenentem;* et intelligere Salmonea, qui in Elide regnavit, et a Jove fulmine ictus fuit.—331 *Amastricis* unus Heinsii: *Anastricis*

NOTÆ

323 *Pheræi*] Alexandrum dicit, qui tyrannidem apud Pheræos in Thessalia exercuit. Uxorem Theben admodum dilexit; ab illa tamen propter pellicatus suspicionem interfectus est; ut docet Cicero.

325 *Aleuas*] Hic Larissæ in Thessalia dicitur dominatum tenuisse, et civium timore satellites habuisse, a quibus denique interfectus.

327 *Milon*] Plures fuerunt illo nomine, ex quibus unus Pisam in Elide tenuit, de quo hic agitur si vetustissimo interpreti credimus. Quanquam alii pro *Milo, ille* legunt, et ex Pausania de Pantaleone hunc locum exponunt.

328 *Aquas*] Alphei fluminis, qui terra absorbetur.

329 *Phliasia*] Phlius, -untis, geminum fuit Peloponnesi oppidum. Ceterum de isto Adimanto nihil præterea dicitur, nisi quod Deorum contemtor esset maximus. Idque ex veteri Interprete tantum, cui cunctanter credendum.

331 *Amastriacis*] Amastris urbs est Paphlagoniæ, quam, ut scribunt nonnulli, Amastris Oxyartis filia, uxor Dionysii tyranni Heracliensis, condidit. Hic autem nomine Dionysius, forte quia utroque appellatus Bacchus, Lenæus dictus est, qui a Mithridate expulsus in locum venit quem

Digitized by Google

Utque vel Eurydamas ter circum busta Thrasylli
  Est Larissæis raptus ab hoste rotis;
Vel qui, quæ fuerat tutatus mœnia sæpe,
  Corpore lustravit non diuturna suo:
Utque novum passa genus Hippomeneide pœnæ,
  Tractus in Actæa fertur adulter humo:
Sic, ubi vita tuos invisa reliquerit artus,
  Ultores rapiant turpe cadaver equi.

vel ut Eurydamas est ter raptus ab hoste circum busta Thrasylli rotis Larissæis; seu qui lustravit corpore suo muros non diuturnos quos defenderat; et ut Hippomeneis passa est novum genus pœnæ, adulter dicitur distractus in terra Actæa, ita, postquam vita invisa destituerit membra tua, equi vindices discerpant obscœnum cadaver.

Petavian. *Lernæus* Sarrav. *Lennæus* duo: *Lepheus* Octavian. Deinde seq. vs. *Nudus Acinea* Moreti: *Achamea* unus Heinsii. Nescio vero, an non Mithridates hic intelligatur, qui *Dionysii* nomen etiam cepit, et qui ab Amastriacis, id est Ponticis, regionibus (a parte totum intellige) desertus ab omnibus in Chersonesum et Bosporum Cimmerium fugit, quam *Achilleam humum* vocat a vicina Achillis peninsula. Omnia in hoc carmine cæcis historiis involuta et ambagibus, ut præmonui paulo ante. *Burm.* Const. Fanens. etiam conj. *Apollinea...humo.*—335 Unus Heins. *tut. Pergama sæp.*—337 Hæc est lectio Aldin. Ed. quædam *pass. est gen.* Tum multi *Hippomeneia;* nonnulli vett. etiam *Hippomeneida.* Heins. etiam pro *pœnæ* recepit *leti.* Duo denique Codd. cum pr. Ed. *Utq. n. passa est pœnæ genus Hippodametas.*—338 Pro *in* quidam mallent *et.*—339 Tres Codd. *tuos invita rel.*—340 Sa. *triste* pro *turpe.*—

NOTÆ

Achillis Cursum ab ejus exercitatione vocitarunt, ubi a suis desertus, et omni ope destitutus, periit. Fabulæ. Scribit equidem Ammianus, insulam esse Leucon sine habitatoribus ullis Achilli dedicatam; in quam si fuerint quidam forte delati, visis antiquitatis vestigiis, temploque, et donariis eidem heroi consecratis, vesperi repetere naves. Neminem enim sine vitæ discrimine illic pernoctare: quia, scil. ut ait Dionys. Alexandrinus, fama fuit illic Achillis et aliorum heroum animas 'versari desertas per valles.' Atque adeo, cum ea insula Borysthenis ostio sit objecta, aliquem forte eo deportatum Amastri Lenæum credideris. Verum enimvero tanta copia veterum librorum cum male perierit, ex quibus sua decerpsit Naso, vix aliter quam conjecturis nonnulla liceat aucupari. Atque hæc prolixa nimis.

333 *Eurydamas*] Hunc ex veteri Thessalorum more ita tractum scripsit vetus Homeri commentator.

335 *Qui quæ*] Hector est, Priami filius, qui circum muros Iliacos ter ab Achille raptatus.

337 *Hippomeneide*] Hippomenes Athenarum fuit princeps sævissimus, qui filiam Limonem in adulterio deprehensam equo devorandam exposuit, quem cum ipsa sine alimentis inclusit.

338 *Actæa*] Atheniensi.

Digitized by Google

Viscera sic aliquis scopulus tua figat; ut olim
  Fixa sub Euboico Graia fuere sinu.
Utque ferox periit et fulmine et æquore raptor;
  Sic te mersuras adjuvet ignis aquas.
Mens quoque sic Furiis vecors agitetur, ut illi, 345
  Unum cui toto corpore vulnus erat.
Utque Dryantidæ Rhodopeia regna tenenti,
  In gemino dispar cui pede cultus erat.

Aliquis scopulus perinde fodiat tua præcordia, ut Græca fuerunt fossa olim sub sinu Euboico. Et quemadmodum sævus prædo oppressus est fulmine et mari, ita ignis sit auxilio aquis te mersuris. Anima etiam improba perinde vexetur, ut illi, cui unum vulnus erat toto corpore. Et sicut Dryantidæ tenenti regna Rhodopeia, cui

341 *Scopulus* Heins. dedit ex sex scriptis pro vulg. *scopulis;* duo etiam *scopulo.* Ante hoc distichon in Franc. et tribus aliis, et pr. Edit. sequebatur: *Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas, His precor ut vivas et moriare locis.* Nisi quod in uno Gallico erat, *Scythicasque sagittas:* et, *et vivas* in uno Heinsii; *nec moriare* in alio. Deinde in plurimis et pr. Edit. sequebatur. 441. *Utque ferox Phalaris, &c.* Et tunc in quatuor et pr. Edit. 463. *Aut ut Cassandrus, &c.* Addebat pr. Edit. *Aut pereas, periit sicut Cassandrius ille, Quem sua gens merito mersit in amne Lyci.* Burm.—343 Alter Pet. *per. a fulm.* Mor. *et flumine.*—346 In duobus scriptis et pr. Ed. *pectore* pro *corpore.* Quædam vett. Edd. *Unum qui toto corp. v. habet:* duo etiam scripti *qui...erat.*—347 *Dryantidæ* meliores cum plurimis editis; unus *Thiantidæ.* Tum duo cum pr. Ed. *Pelopeia regn.*—348 Duo libri *Ingenuo disp.* totidemque et quædam Edd. *Ingenio:* Med.

NOTÆ

342 *Euboico*] Eubœæ insulæ, ubi Locrenses, 'Unius ob noxam, et furias Ajacis Oilei,' Troja in patriam redeuntes misere afflicti sunt.

Sinu] Ille est qui Eubœam insulam a Bœotia modico æstu dividit.

343 *Raptor*] Ajax est, Oilei filius, cui Pallas ideo infensa, quod Cassandram Priami filiam in templo suo stuprasset. Ea vero, si Maroni credas, 'Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem, Disjecitque rates, evertitque æquora ventis: Illum, expirantem transfixo pectore flammas, Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.'

344 *Sic*] Quemadmodum Ajax igne cœlitus immisso et aquis æstuantibus suffocatus est.

345 *Illi*] De Marsya, quem Apollo pellemulctavit,nonnulliintelligendum censent. Potior tamen mihi Micylli viri certe doctissimi videtur sententia, qui ad Ajacem Telamonium istud refert. Is vero et Furiis agitatus est et toto corpore invulnerabilis præterquam ea parte qua pelle Herculis leonina infans contectus non fuerat. Ceterum non tædet modo harum fabularum, verum et minus apte congestæ viderentur, quas non tam ira, quam cacozelia, aut nimia scientiæ affectatio produxisset, nisi poëta et institutum istud esse suum, et ita postulare rationem carminis, prædixisset.

347 *Dryantidæ*] Lycurgum intellige, Dryantis filium, (nam plures fuerunt,) qui insania a Libero fugato immissa, cum vites excidere conatus esset, sibi unum pedem amputavit; quamobrem etiam disparem cultum in pede gemino Naso fuisse dicit.

Digitized by Google

Ut fuit Œtæo quondam, generoque draconum,
  Tisamenique patri, Callirhoësque viro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
  Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.
Quæque sui Venerem junxit cum fratre mariti,
  Locris in ancillæ dissimulata necem.
Di quoque tam faciant possis gaudere fideli
  Conjuge, quam Talai, Tyndareique gener.

cultus erat dissimilis in pede gemino. Quemadmodum evenit olim Œtæo, et genero draconum, et patri Tisameni, et marito Callirhoës. Neque uxor eveniat tibi castior illa, qua nuru Tydeus potuit suffundi pudore. Et quæ Locris miscuit Venerem cum fratre mariti sui, tecta per cædem ancillæ. Dii faciant etiam possis lætari uxore

unus et Ed. Domitii *Ingenio haud dispar.*—349 Sa. et tres cum pr. Ed. *Actæo* pro *Œtæo.*—350 Nonnulli vett. *Callirhoëque:* quidam etiam legunt *Calligonesque.*—352 Unus Heins. *erub. nurum;* sed tum Burm. monet legendum *Quam* pro *Qua.*—354 Unus Heins. *Socris in ancill.* Plurimi *Locris ancill.* omisso *in:* pr. Ed. *et* pro *in.*—355 In plurimis Edd. *Tam quoq. Di.* Fr. *Tam tibi Di.*—355 Mor. *quam Tali;* Sa. *Danai;* et alter R. *Thanai.*—357 Pr. Ed.

NOTÆ

Rhodopeia] Thracia, a Rhodope Thraciæ monte.

349 *Œtæo*] De Hercule agitur, qui in Œta Thessaliæ monte, furens ex quo tunicam Centauri Nessi sanguine atque Hydræ veneno tinctam induit, flammis insaniam et vitam finivit. Quam rem ex Epistolis Heroidibus licet repetere.

Genero] Athamas est, Cadmi atque Hermionæ gener, qui in dracones mutati, ut dictum in Metam. Athamantis autem ab Junone immissam rabiem prolixe vidimus in Metam.

350 *Tisamenique patri*] Orestes est, qui ex Hermione Tisamenum suscepit: de cujus Orestæ furiis jam sæpius dictum.

Callirhoës] Hæc Acheloi fuit filia. Eam autem uxorem duxit Alcmæon, Amphiarai filius; qui propter occisam Eriphylen matrem in furorem versus est.

352 *Tydeus*] Diomedis fuit pater, qui quidem Diomedes Ægialen duxit uxorem, tanto furore a Venere immisso percitam ut se passim omnibus juvenibus prostitueret. Hæc Diomedi relata gratia, qui Venerem Æneæ suo faventem bello Trojano vulneraverat.

353 *Quæque*] Hanc fuisse volunt Hypermnestram Locrensem, quæ cum fratris mariti sui concubitum appeteret, clam nocturno tempore id assecuta, mane pudore affecta, ut scelus suum dissimularet, ancillam, quasi eam in concubitu deprehendisset, necare non dubitavit.

356 *Talai*] Amphiaraus est, qui Eriphylen Talai filiam duxit uxorem, a qua monili corrupta proditus est, coactusque ad bellum Thebanum proficisci, ubi vivus terra absorptus est.

Tyndareique gener] Agamemnonem dicit, qui Clytæmnestram Tyndari filiam habuit uxorem, a qua, Ægisthi adulteri ope, fuit interfectus.

Digitized by Google

Quæque, parare suis letum patruelibus ausæ,
  Belides, assidua colla premuntur aqua.
Byblidos et Canaces, sicut facis, ardeat igne:
  Nec, nisi per crimen, sit tibi nota soror.
Filia si fuerit; sit quod Pelopea Thyestæ,
  Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo:
Neve magis pia sit, capitique parentis amica,
  Quam tibi vel, Pterela, vel tibi, Nise, fuit:
Infamemque locum sceleris quæ nomine fecit,
  Pressit et inductis membra paterna rotis

tam fideli, quam gener Talai et Tyndarei. Et quam Belides fuerunt, quæ non veritæ intentare mortem suis patruelibus guttur habent oppressum aqua jugi. Uratur, ut uritur, igne Byblidos et Canaces: neque soror sit tibi cognita nisi per crimen. Si filia fuerit, sit quod Pelopea Thyestæ, Myrrha suo patri, et Nyctimene suo. Neve sit magis pia, aut fida capiti paterno, quam fuit, vel tibi, Pterela, vel tibi, Nise. Et quæ fecit locum infamem nomine sceleris, et pressit artus paternos rotis immissis.

---

premantur; et unus Pat. *premaris;* et tunc Heins. priore vs. volebat *Quamque* vel *Utque parare.*—359 Constant. Fanens. corr. *sicut facit;* et sic etiam Bonon. et alii: Fr. habet *sævæ facis.*—360 Heins. dedit *nota* ex quibusdam scriptis pro vulg. *fida:* unus etiam ejusdem *visa.*—363 Plurimi veterum, *Filia neve magis capiti sit fida parentis,* vel *paterno:* puto, *Neu pia neve magis.* Deinde *Quam sua vel Pterelæ* multi ex antiquis: quatuor *Quam tibi vel Pterela;* utrumque rectum. *Heins. Neve magis pia sit, &c.* Francof. et Jureti, quæ lectio nobis maxime arridet. Baptista Pius ad Plaut. Amph. 1. 1. 105. Pterelæ filiam Polydicen vocat, et versum hunc ita citat, *Quam tua vel Pterela, vel tua, Nise, fuit;* et ita codices nonnulli. *Burm.*—366 Pro *inductis*

NOTÆ

357 *Quæque*] Danai dicit filias, de quibus jam toties.

359 *Byblidos*] Cannum fratrem amasse vidimus in Metam.

Canaces] Extat ejus Epistola in Heroidibus, ubi vide.

361 *Pelopea*] Hæc vero cum inscio patre rem habuit, ex quo nefario concubitu Ægisthus natus pulcherrimus infans, qui grandior Atreum et Agamemnonem sustulit.

Thyestæ] Hunc Pelopis filium, nefariumque adulterum, jam sæpe vidimus.

362 *Myrrha*] De ea Cynaræ Cypriorum regis filia, Adonidis matre, dictum quoque in Metam.

Nyctimene] Hujus quoque fabulam in quarto Metam. reperias.

364 *Pterela*] Hujus narratur fabula ab Apollodoro; qui a Cymethone aut Comæthone, Amphitryonis amore capta, et patriam et patrem, de hujus capite aureo capillo desecto, proditum narrat.

Nise] Scyllæ filiæ proditione fatalem crinem amisisse etiam in Metam. legimus.

365 *Sceleris*] Dictus est nempe vicus sceleratus Romæ in quo per interfecti patris ora carpentum Tullia Tarquinii non filia, ut male scripsit Commentator, sed uxor, Servii autem filia, consternatos equos egit.

Digitized by Google

Ut juvenes pereas, quorum fastigia vultus
  Olim Piseæ sustinuere foris.
Ut qui perfusam miserorum sæpe procorum
  Ipse suo melius sanguine tinxit humum.
Proditor ut sævi periit auriga tyranni,
  Qui nova Myrtoæ nomina fecit aquæ.
Ut qui velocem frustra petiere puellam;
  Dum capta est pomis tardior illa tribus.
Ut qui tecta, novi formam celantia monstri,
  Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Ut quorum Æacides misit violentus in altos
  Corpora cum senis altera sena rogos.

Intereas sicut juvenes, quorum ora sustinuerunt culmina valvæ Piseæ. Ut qui ipse æquius infecit suo cruore terram, sæpe infectam sanguine *infelicium procorum. Quemadmodum periit auriga proditor feri tyranni, qui dedit nomen mari Myrtoo. Sicut illi, qui cupiverunt frustra puellam celerem, dum ea capta est tardior pomis tribus. Ut qui subierunt tecta non remeanda obscuræ domus, tegentia figuram novi monstri. Ut quorum Æacides iratus jecit in excelsos rogos altera sena corpora cum*

Heins. malit *invectis*. Deinde Pet. *patern. focis*.—367 In quibusdam legebatur *per. projecta cadavera quorum*.—368 In aliis impressis *Oraq. P.* in vett. libris *Brachia*; et Heins. conj. *Ossaque*. Multi etiam habent *Piseæ...fores*.—369 Tres libri *qui profusam mis*. Mox *sæpe* ex Me. dedit Heins. et ita quidem Fr. vulg. *cæde*.—371 R. *ut scævi*. Tum Edd. Domit. Gryph. et aliæ *periitque aurig*.—374 *Capta* Burm. dedit ex multis vett. pro vulg. *facta*.—376 Unus Heins. *Intrarat cæc*. Alii etiam *non adeunda dom*.—377. 378 *Altos...rogos* cum tribus scriptis Heins. legit: multi *altis...rogis*; unus Heins. *atris...rogis*; et

NOTÆ

367 *Juvenes*] Hippodamiæ dicit procos, quos Œnomaus, Elidis et Pisæ rex curuli certamine victos, ne a genero ipse, pro oraculi monito, interficeretur, mactari jubebat, ut in præcedentibus vidimus.

368 *Sustinuere*] Scilicet illorum qui victi essent capita Œnomaus portæ affigi imperabat, ut ceteros qui filiæ amore tenerentur ab ejus nuptiis deterreret.

369 *Qui perfusam*] Œnomaus ipse est, quem Myrtili aurigæ fraude a Pelope victum in præcedentibus vidimus.

371 *Auriga*] Myrtilus est, Œnomai tyranni, ut modo indicavimus; quem, præmium promissum repetentem, Pelops in mare precipitem dedit, quod ab illo Myrtoum dictum est, parsque est Ægæi non longe ab Icario.

373 *Puellam*] Atalantam, scilicet; cujus ne pigeat fabulam ex Metam. repetere.

375 *Novi*] Minotauri, scilicet, cujus in Metam. inculcatam historiam frustra huc transcriberemus.

377 *Æacides*] Achilles, qui, ut Homerus narrat, duodecim ex Trojanis eosque fortissimos jugulatos in Patrocli ardentem rogum amico inferias conjecit.

Digitized by Google

Ut quos, obscuri lusos ambagibus oris,
  Legimus infandæ Sphinga dedisse neci.
Ut qui Bistoniæ templo cecidere Minervæ;
  Propter quod facies nunc quoque tecta Deæ est.
Ut qui Threicii quondam præsepia regis
  Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.
Therodamanteos ut qui sensere leones:
  Quique Thoanteæ Taurica sacra Deæ.
Ut quos Scylla vorax, Scyllæque adversa Charybdis,
  Dulichiæ pavidos eripuere rati:
Ut quos demisit vastam Polyphemus in alvum:
  Ut Læstrygonias qui subiere domos.

senis. Ut quos legimus Sphingem tradidisse morti horrendæ, deceptos ambagibus ambigui sermonis. Ut qui interierunt in templo Minervæ Bistoniæ: propter quod vultus Deæ nunc etiam torvus est. Ut qui fecerunt olim equilia regis Thracii cruentata epulis suis. Ut qui esca fuerunt leonibus Therodamanteis; et qui admoti sunt *sacris Deæ Thoanteæ. Ut quos Scylla rapax, et Charybdis opposita Scyllæ, abstulerunt trepidos navi Dulichiæ. Ut quos Polyphemus deturbavit in profundum abdomen; ut qui intraverunt ædes Læstrygonias.*

Fr. *altum...rogis.*—379 Fr. et tres alii cum Edd. nonnullis *quos obscuris.* Tum *lusos* reposuit Heins. ex Pol. et duobus aliis pro vulg. *victos;* cui neque *victos* displicet.—382 R. unus *Propt. quos fac.* Mox *tecta* plerique: alii *torta* vel *torva.*—385 *Qui pavere leones* Patav. *vinxere* unus Mediceus; Heinsius *pavere* prætulit: sed hoc recte Leonibus convenit, non æque *sacris,* quæ non pavisse reos aut noxios dici possunt: quare ego *sensere* reduxi, quod utrisque congruit. *Burm.*—387 Pro *vorax* unus Heins. et tres alii *rapax:* unus *ferox.* —389 Alii *quos dimisit,* vel *demersit.* Quidam quoque *vastum P.*—390 In vulgatis erat *Aut L. qui s. manus:* sed *Ut* plerique. Malo etiam *Læstrygonios*

NOTÆ

380 *Sphinga*] Hujus monstri illiusque ænigmatis fabulam habes in Metam.

381 *Ut qui*] Fabula obscura, quam tamen ex veteri Interprete ad Lemnios quosdam referunt a Spartanis, pro impiæ legis sententia, qua ne cui hospiti Spartæ commorari liceret cavebatur, in templo Palladis, ipsa quidem invita et vultus avertente, mactatos. Verum clariss. Salvagnius ad historiam refert quam Justinus habet l. xx. de 50. juvenibus a Crotoniensibus Metapontenis et Sybaritanis inter ipsa Minervæ altaria trucidatis: quamobrem peste et seditionibus vexati.

Bistoniæ] Vel quia ex Thracia ad Lacedæmonios translatum Palladis simulacrum, quam fabulam scripsit Interpres vetus; vel certe quia Minerva Dea belli: ut Bistones pro bellicosis, quales certe fuerunt, a Nasone generatim sumantur.

383 *Threicii*] Diomedem dicit, de quo in Metam.

385 *Therodamanteos*] De Therodamante jam quoque in primo ex Ponto.

386 *Thoanteæ*] Dianam dicit, in Taurica regione a Thoante rege humanis hostiis cultam, de qua multa in præcedentibus.

387 *Scylla*] Repete, si placet, ista

Digitized by Google

Ut quos dux Pœnus mersit putealibus undis,
Et jacto canas pulvere fecit aquas.
Sex bis ut Icaridos famulæ periere, procique,
Inque caput domini qui dabat arma procis.
Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus, 395
Qui (mirum) victor, cum cecidisset, erat.
Ut quos Antæi fortes pressere lacerti;
Quosque feræ morti Lemnia turba dedit.
Ut qui post longum sacri monstrator iniqui
Elicuit pluvias victima cæsus aquas. 400

Ut quos dux Pœnus oppressit aquis putealibus, et fecit aquas albas immisso pulvere. Ut duodecim ancillæ et proci Icaridos, et qui præbebat arma procis in caput domini, interierunt. Ut luctator prostratus ab hospite Aonio jacet, qui, (res mira,) erat superior, cum cecidisset. Ut quos valida brachia Antæi suffocaverunt, quosque agmen Lemnium opposuit sævæ morti. Ut monitor sacri nefandi, qui post longum tempus *mactatus in hostiam eduxit aquas pluviales. Ut frater Antæi infecit alta-*

lares: nisi quod tres scripti, *Læstrygonias domos;* probe.' *Heins. Sub. rates* alter Petavian.—393 In vulgatis erat *Et velut I.* ' *Sextus ut Icaridos* Mentel. et unus Vatican. *Sectus ut* Bonon. Optime Sarrav. et Regius, *sex bis ut Icaridos famulæ:* sic et Leucotheæ ' bis sex famulas' dat Metam. IV.' *Heins. Famuli* Francof. et plurimi alii. *Icarides* Sarrav.—394 Quinque libri *cap. dominæ.* Pet. etiam et quatuor alii *qui dedit arm.*—396 Pro *mirum* duo scripti cum pr. Ed. *mire.*—398 Heins. conj. *Lemnias orba ded.*—399 Unus liber *post nonum sacr.* sex alii *annum;* tres *annos;* Heins. conj. *tanto.* Tum Bonon. *sacr.*

NOTÆ

omnia ex Metam.

390 *Læstrygonias*] Antiphatæ Læstrygonis, de quo non multo antea.

391 *Quos dux*] Acerranorum senatum dolo malo extra mœnia evocatum eo modo ludibrio habuit Annibal, cum in Campania bellum adversus ipsam fidem acrius quam adversus populum Romanum gereret. Rem totam referunt Appianus et Valerius.

392 *Pulvere*] Saxa dicit Appianus.

393 *Icaridos*] Penelopes Icarii filiæ.

Periere] Nebulones sustulisse Ulyssem, qui uxoris suæ fidem solicitaverant, non semel in superioribus vidimus.

394 *Qui dabat*] Melanthius caprarum custos sibi istud negotii assumserat; ut narrat Homerus: cui deinde nares et aures abscissæ, genitalia exsecta, et canibus objecta, quod procis in caput Ulyssis arma ministrasset.

395 *Luctator*] Antæus est, Terræ filius, quem sublatum Hercules, Thebis natus, atque adeo Aonius, suffocavit.

396 *Victor*] Namque vires novas subinde cum Terram matrem tangeret accipiebat.

398 *Lemnia*] De Lemniadibus mulieribus loquitur, quas etiam in præcedentibus maritos suos interfecisse ideo diximus quod a viris ob fœtorem ab irata Venere immissum contemnerentur.

399 *Qui post*] Thrasyllus est, seu

Digitized by Google

Frater ut Antæi, quo sanguine debuit, aras
  Tinxit; et exemplis occidit ipse suis.
Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis
  Impius humano viscere pavit equos.
Ut duo diversis sub eodem vindice cæsi
  Temporibus Nessus, Dexamenique gener.
Ut pronepos, Saturne, tuus: quem reddere vitam
  Urbe Coronides vidit ab ipse sua.
Ut Sinis, et Sciron, et de Polypemone natus,
  Quique homo parte sui, parte juvencus erat.

ria quo sanguine debuit, atque ipse periit exemplis suis. Ut scelestus, qui aluit præcordiis humanis pro herbis habentibus gramen sævos equos. Ut duo Nessus scilic. *et gener Dexameni mactati diversis temporibus sub eodem ultore. Ut pronepos tuus, Saturne, quem ipse Coronides vidit efflare vitam ab urbe sua. Ut Sinis, et Sciron, et cum Polypemone natus, et qui erat homo parte sui, parte taurus. Qui-*

moderator iniq.—400 Unus Cod. et pr. Ed. *Eduxit pluv.*—401 Mycill. conj. *Aucæi.*—403 I. et Pat. *terrib. artus pro gramen habentes:* alter Pet. et duo alii *terrib. pro gramina habentibus herbas.* In uno *hædis* pro *herbis:* et quia vulgata Salvagnio videtur insolens locutio, propterea corr. *arvis* pro *herbis.*—404 Fr. et tres alii *sanguine* pro *viscere.*—406 Mor. et alius *Vulneribus Nessi, D.* Quidam etiam *Dissimanique gen.* Et Pet. *Dexameniq. genus.*—409 In quibusdam *Scynis*

NOTÆ

Thrasius, qui Busiridem hospites immolare docuit, ut pluvias a Jove impetraret, atque primus ejus tyranni jussu, non sine causa tamen, mactatus est.

401 *Frater*] Busiris est, Neptuni etiam filius, quem Hercules sustulit.

403 *Qui terribiles*] Diomedem ipsum dicit, quem equis ipsius Hercules tradidit edendum.

406 *Nessus*] Centaurus ab Hercule cæsus.

Dexameni] Hujus vero Deianiram filiam facit Hyginus, quam quidem vim timens Eurytioni Centauro desponderat, Hercules interfecto isto vindicavit.

407 *Pronepos*] Periphetan intellige, quem a clava quam gestare solebat Corynetan magis appellaverunt. Hunc latronem Theseus circa Epidaurum, quo loco Æsculapius peculiariter colebatur, mactavit: quare et eum reddere vitam seu mori vidit. Saturni autem pronepos dicitur quia Vulcani fuit filius, cujus mater Juno, Saturno sata.

408 *Coronides*] Æsculapius, Coronidis ex Apolline filius.

409 *Sinis et Sciron*] De his a Theseo sublatis latronibus in præcedentibus vidimus.

Polypemone] Hunc eundem qui Procrustes quoque dicitur esse voluerunt. Hospites cogebat super lectum ascendere; quo si longiores essent, pars supereminens amputabatur; si breviores, distendebantur. Alii Procrusten Polypemonis filium faciunt, non alio quam hoc Nasonis loco freti. Ipse certe hæreo.

410 *Quique homo*] De Minotauro

Digitized by Google

Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras,
Æquoris aspiciens hujus et hujus aquas.
Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu
Corpora Thesea Cercyonea manu.
Hæc tibi, quem meritis precibus mea devovet ira,
Eveniant, aut his non leviora malis.
Qualis Achæmenides Sicula desertus in Ætna,
Troica cum vidit vela venire, fuit.
Qualis erat nec non fortuna binominis Iri,
Quique tenent pontem, quæ tibi major erit.

que dabat in aërem ex terra pinus adductas, prospiciens aquas hujus et hujus maris. Et Cercyonea corpora, quæ Ceres vidit cadentia manu Thesea lætis oculis. Istæ calamitates, aut non minores his, tibi contingant, quem ira mea devovet dignis precibus. Qualis Achæmenides relictus in Ætna Sicula fuit, cum vidit carbasa Trojana accedere. Qualis erat etiam sors Iri binominis, et qui tenent pontem, quæ erit

et Scyron. Alii etiam *Polyphemone.* Med. *Polypemone nati.*—411 R. et duo alii *trab. prensas ab.* Et mox idem R. *in altum.*—412 Pro *aspiciens* Heins. conj. *aspergens,* laceris nempe corporibus. Vel *infestans:* nam in multis veterum erat, *aspectans, aspectes,* et *exspectans. Aspectans* præferebat Valerius Andr.—413 Unus Heins. *læt. perimentia vult.*—414 Unus Heins. et Fr. *Th. Gerionea man.* plurimi etiam *Geryonæa.*—415 *Quem precibus justis mea* in vulgatis: *quem meritis precibus* plerique scripti. *Quem meritis justis* pr. Ed. et quinque scripti: *quæ meritis precibus* Francof. Heinsius ascripserat etiam, *quem meritis justissima devoret ira:* nam in tribus erat, *Hoc tibi pro meritis justissima d. i.* Moreti *Pro meritis precibus.*—416 *Eveniant* ex emend. Constant. Fanens. pro vulg. *Evenient:* unus Heins. *Et veniant;* et unus Gallicus *Et venient:* unus etiam Heins. *Evenient istis non.*—417 Plurimi scripti et editi *in ora.*—418 Heins. volebat *Troia.*—419 Quinque scripti et Ed. Domitii *Et qualis nec non.*—420 Alii *Quiq. tenet pont.* Tum in vulgatis *qui tibi major*

NOTÆ

loquitur; quem jam toties vidimus.

411 *Quique trabes*] Pityocampten designat, qui ab eo nomen habuit quod victos a se diversis arboribus alligatos laceraret. Diversum a Sini supra memorato Naso videtur facere; quanquam alii eundem esse voluerunt, altero, scilicet, nomine a factis eidem dato.

412 *Hujus et hujus*] Quia Isthmi angustias obsidens Pityocamptes Ionium simul et Ægæum mare prospiciebat.

413 *Læto*] Quia, scilicet, Cercyonis sublata latrocinia, quibus antea præclusus aditus ad Eleusinem, ubi præcipue Ceres colebatur.

414 *Cercyonea*] Cercyonis Neptuni filii qui hospites secum lucta Eleusine certare cogebat, victos mactabat.

415 *Tibi*] Ibin alloquitur.

417 *Achæmenides*] Hunc Ulyssis socium in Sicilia relictum cum Polyphemi impias manus fugeret, deinde ab Ænea benigne acceptum, in superioribus vidimus.

418 *Cum vidit*] Horrido vero ille squalore fuit.

419 *Iri*] Celebrem illum mendicum dicit Ithacensem, qui in prover-

Digitized by Google

Filius et Cereris frustra tibi semper ametur;
  Destituatque tuas usque petitus opes.
Utque per alternos unda labente recursus
  Subtrahitur presso mollis arena pedi;
Sic tua nescio quo semper fortuna liquescat:
  Lapsaque per medias effluat usque manus.
Utque pater solitæ varias mutare figuras
  Plenus inextincta conficiare fame.
Nec dapis humanæ subeant fastidia: quaque
  Parte potes, Tydeus temporis hujus eris.
Atque aliquid facias, a vespere rursus ad ortus
  Cur exsternati Solis agantur equi.

tibi sævior. Filius etiam Cereris nequicquam a te colatur, et quæsitus usque deserat tuas facultates. Et quemadmodum mobilis arena surripitur pedi imposito, aqua currente per reciprocos refluxus, ita tua fortuna dilabatur semper nescio quo modo, *et surrepta indesinenter per medias manus distrahatur. Et sicut parens illius quæ consueverat vertere diversas formas plenus conficiaris fame inexplebili. Neque fastidia cibi humani accedent; et qua parte potes, eris Tydeus hujus ævi. Et admittas aliquid, quamobrem equi Solis territi flectantur denuo ab occasu ad ortum. Ite-*

---

erit: ex Codd. Heins. restituit *quæ:* mallet etiam *pejor* pro *major*. In Bonon. *erat;* unde Burm. conj. *quæ tibi pejor eat*, ut sit imprecantis.—421 Plurimi habent *ut* pro *et*. I. et Pat. cum priscis Edd. *ut Celei frustr.*—422 Sa. et duo alii *sæpe* pro *usque*. Heins. conj. *sua sæpe...ope*, vel *suam sæpe...opem.*—423 Unus Heins. *lab. recessus.*—424 *Pedi* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *pede.*—425 *Quo* meliores, teste Heins. alii *qua.*—426 Me. *Lassaque.* Mox unus lib. et pr. Ed. *med. defluat unda manus:* Burm. conj. *Lapsa per ut med. defluit unda manus.*—428 Nonnulli *inext. destituare fam.* et I. *deficiare.*—429 *Subeant* Burm. dedit ex Fr. vulg. *tibi erunt;* I. et quinque alii *tibi sint;* unus V. *veniant*, unde Heins. *venient.*—431 Unus Heins. et Ed. Domit. *Aut aliq.* Tum Mor. *facies.* Unus Gallicus *a tempore Solis ad;* et Sa. R. et unus

NOTÆ

bium abiit. Arnæus appellatus fuit priusquam in mendicando loquacitas illud alterum nomen imposuisset.

420 *Tenent*] Scilicet angustias viarum obsident importuni rogatores.

Quæ] Fortuna, scil.

421 *Filius*] Plutus est, divitiarum Deus, quem Cererem ex Jasio suscepisse tradit Hesiodus.

427 *Pater solitæ*] Erisichthonem intelligit, de quo in Metam. cujus inexplebilem famem Mestra seu Dryops filia sæpius vendita frustra lenire tentavit; siquidem proprios artus denique coactus est morsibus depascere.

Mutare] Ut modo pro virgine, modo pro alio quopiam animante venderetur.

430 *Tydeus*] Ille vero prior, Œnei regis filius et Diomedis pater, a Menalippo in bello Thebano lethali vulnere percussus, moribundus allatum hostis caput dentibus corrasit: quod facinus adeo abhorruit Pallas, quæ e cœlo descenderat, ut Tydeum im-

Digitized by Google

Fœda Lycaoniæ repetes convivia mensæ,
  Tentabisque cibi fallere fraude Jovem.
Teque aliquis posito tentet vim numinis opto:
  Tantalides tu sis, Tereidesque puer.
Et tua sic latos spargantur membra per agros,
  Tanquam quæ patrias detinuere vias.
Ære Perilleo veros imitere juvencos,
  Ad formam tauri conveniente sono.
Utque ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
  More bovis, Paphio clausus in ære gemas.

rabis nefanda convivia mensæ Lycaoniæ, et aggredieris imponere Jovi fallacia dapis. Atque cupio aliquis tentet potentiam Dei te admoto; tu sis Tantalides et filius Terei. Et tui artus ita distrahantur per vastos campos, ut qui represserunt iter paternum. Æmuleris veros tauros ære Perilleo, voce respondente figuræ juvenci. Atque uti sævus Phalaris, lingua ante recisa, quereris ad modum tauri inclusus in

Heins. *in ortus.*—433 Pet. et quinque alii cum pr. Ed. *Lyc. repetas;* Mor. et duo *repetens.*—434 Olim legebatur *Tentabisq. iterum fall. fr. J.* in quibusdam scriptis *Tentabisq. Jovem fall. fr. cibi:* in I. et tribus aliis *aliqua fall. fr. J.* et Heins. conj. *dapis fall. fr. J.* unus etiam lib. *aliqua fall. parte J.*—435 In uno Mor. erat *Teq. alicui posito cui nil sit num.* In quatuor scriptis et pr. Ed. *Tecum aliquis posito;* et *Tecum...positus* in Gallico: Sa. etiam habet *positus.* Mox Constant. Fanens. emendat *tentet,* vel *temnat:* vulg. *teneat.*—436 *Tereidesq.* Heins. legit cum Pat. pro vulg. *tu Tereique:* Constantius *Tereos atque.*—437 Pro *latos* Codd. *lætos,* vel *lectos,* vel *altos;* et alii *largos,* ut et Ed. Domitii.—441 R. *Utq. fero Ph.* Mox *ore resecta* Sarrav. Juret. et sex alii: *rescissa* unus Heinsii. Unde vero Ovidius hoc genus mortis, quo Phalaris extinctus, petierit, ignoro: ascriptum hoc distichon margini in Moreti codice erat, et in Regio Petaviano codice et prima editione plane aberat: ita ut suspectum esse possit. In multis codicibus legebatur post vs. 340. ante distichon incipiens, 'Viscera sic aliquis.' *Burm.*—442 Pro *Paphio* I. *calido,* et

NOTÆ

mortalitate donaret, ut se averterit, neque quicquam tribuere voluerit. Qua de re Statius et Porphyrius.

432 *Externati*] Ad Thyestæ et Atrei decantatissimam fabulam alludit.

433 *Fœda*] Quia Jovi etiam humanas dapes apponere non est veritus Lycaon. Hujus autem videsis fabulam Metam. I.

435 *Posito*] In dapes adhibito; quomodo aut Lycaon aut Tantalus humanas carnes Jovi aliisque Diis apposuerunt, illorum divinitatem probaturi.

436 *Tantalides*] Pelops Tantali filius. Hunc vero nefarium illum parentem Diis obtulisse jam sæpe vidimus.

Tereides] Itys est, Terei filius, quem mater patri epulandum admovit; uti dictum in Metam.

438 *Quæ patrias*] Absyrti a Medea sorore discerpti tangit fabulam: quam sæpius in præcedentibus habuimus.

439 *Perilleo*] De hoc æneo tauro a Perillo invento, et Phalaride Agrigentinorum tyranno actum quoque in superioribus.

441 *Phalaris*] Ipse namque dici-

Digitized by Google

Dumque redire voles ævi melioris in annos,
Ut vetus Admeti decipiare socer.
Atque eques in medii mergare voragine cœni,
Dummodo sint facti nomina nulla tui.
Atque utinam pereas, veluti de dentibus orti
Sidonia jactis Graia per arva manu.
Et quæ Penthides fecit, fraterque Medusæ,
Eveniant capiti vota sinistra tuo.

ære Paphio. Et dum cupies reverti in annos ætatis valentioris, fallaris ut antiquus socer Admeti. Atque eques absorbearis abysso medii luti, dummodo nullus sit honos tuæ sortis. Atque utinam occidas sicut nati ex dentibus sparsis per agros manu Græca. Et infelicia vota, quæ Penthides et frater Medusæ conceperunt, eve-

---

Sa. *Pharlo.*—443 Duo libri *Cumque red.*—444 Mor. *decipiere soc.* et unus Heins. *projiciare.*—445 R. *med. mergere vorag.*—446 Duo vett. *fati* pro *facti.* Tum Mor. *nom. vera tui.*—448 Pro *jactis* multi vett. cum Ma. et L. *sparsis:* nonnulli etiam *jacti* et *sparsi. Grata* etiam pro *Graia* unus Heins. et alii.—449 *Penthides* ex scriptis: pro *fraterque* meliores *de fratre:* unus *Medullæ:* versus nemini intellectus. *Heins. Spretides* Gallicus: *de patre* Petav. nihil hic

NOTÆ

tur, a popularibus impetu facto, in taurum suum conjectus denique.

442 *Paphio*] Pro quovis ære posuit; quia, scilicet, Paphos insulæ Cypri oppidum eo maxime abundat.

443 *Melioris*] Juvenilis, scilicet.

444 *Socer*] Pelias est, cujus filiam Alcesten Admetus uxorem duxit. Qua fraude autem illum filiarum manibus Medea sustulerit videsis in Metam.

445 *Eques*] Ad Curtii alludit historiam, qui, Romæ hiatu ingenti terra dehiscente, conscenso equo sese Diis Manibus ex aruspicum responso devovit, et in specum præcipitavit.

446 *Dummodo*] Addidit istud, ne quam laudem ex clade sua Ibis, ut Curtius qui sese pro patriæ salute devoverat, quoquo pacto consequeretur.

447 *Dentibus*] Draconis, scil. quos Cadmus Palladis jussu seminavit. Fabulam habes Metam. III.

449 *Penthides*] De Penthidæ hujus, ut et Medusæ fratris votis frustra sese torserunt interpretes: neque vero illi quinam fuerint certo potui reperire. Ne plores tamen, Lector; satis superque nugarum hactenus habuimus: vel si tantopere dolet, ab illustrissimo Præside Salvagn. quod te oblectet pete. Pythei filium fuisse Hipponactem ex Suida docet, quem quidem Hipponactem notabili vultus fœditate facit Plinius. Eam ob rem, ut ex eodem ille refert, 'imaginem ejus lascivia jocorum Bupalus et Athenis sculptores fratres proposuere ridentium oculis. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse; quod falsum est,' &c. Jam superest ut pro *Penthides, Pytheides* legas, et viro non diligenti minus quam sagaci gratias agas.

Frater] Clarissim. Salvagn. legit *mater* ex veteris codicis vestigiis, et de Hecuba interpretatur, cujus in

Digitized by Google

Et quibus exiguo volucris devota libello est,
  Corpora projecta quæ sua purgat aqua.
Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse,
  Cujus ab inferiis culter abesse solet.
Attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater
  Incitat, ad Phrygios vilia membra modos.
Deque viro fias nec fœmina, nec vir, ut Attys;
  Et quatias molli tympana rauca manu.
Inque pecus subito Magnæ vertare Parentis:
  Victor ut est celeri victaque versa pede.

niant capiti tuo: atque ea quibus avis devota est parvo libello, quæ proluit suum corpus aqua injecta. Et feriaris tot plagis, quot ille dicitur tulisse, a cujus inferiis culter solet abesse. Et attonitus laceres viles artus, ut quos mater Cybeleia movet ad modos Phrygios. Et de masculo fias nec mas nec fœmina, ut Attys; et pulses rauca tympana manu effœminata. Et muteris repente in brutum Magnæ Matris,

intelligo. *Burm.*—451. 452 *Ex quibus* tres: *e quibus* unus: *dignata libello* codex Petavianus: *Quæ sua projecta corpora* idem et Jureti: *projecta* vero illa *aqua* nescio quænam sit: an pro injecta per rostrum in alvum? nam salsam aquam injicere solitam, ex Pisidæ versibus patet, in quibus Ἐμβαλοῦσα. Vereor ne quid mendæ subsit. An *projecta* pro demissa? ut ita Petron. CXXXVI. 'projecta vestis,' quæ ante *collecta* erat altius. *Burm.*—454 Pet. *ab exequiis*: et mox Mor. *abess. velit.*—455 *Quos* Heins. dedit ex scriptis pro vulg. *queis*: 'in Pat. erat *quas*, ut hos semiviros tanquam fœminas habeat. Vide Heins. [Not. Var.] ad Epist. IV. 49.' *Burm.*—457 In aliis *Atys*, vel *Attis.*—462 Tres

NOTÆ

Græcos diræ ut Canis appellaretur apud illos meruerunt. Verum ne pigeat Virum sane elegantem adire.

450 *Capiti*] Optime; namque in eam partem vota dirigebantur.

451 *Et quibus*] Imprecationes intellige quibus Apollonium Rhodium Callimachus sub Ibidis nomine devovit. Hujus enim volucris naturam rostro ventrem purgare solitam optime proximo Pentametro describit.

453 *Ille tulisse*] De Osiride sermonem esse aiunt, qui a Typhone fratre in minutissimas partes sit concisus, ut regno potiretur, scilicet: quod tamen secus evenit.

454 *Cujus*] De eo etiam Suidas, Appianus, Plutarchus.

455 *Seces*] Virilia sibi amputare soliti erant Cybeles Sacerdotes.

456 *Phrygios*] Ad tibiæ modulatus sonoros, quales in Phrygia, ubi primum Deum magna culta mater, edebantur. Impetum divinum habuisse Lucianus tradit, cum Lydii modi Bacchicum, Dorii grave, Ionii jucundum haberent.

457 *Attys*] Qui in furorem actus seipsum eviravit, quanquam a Cybele ipsa id factum tradidit Lucianus.

458 *Molli*] Utpote Eunuchi seu evirati.

459 *Pecus*] Leones, scil. qui magnæ Deum matris seu Cybeles currum trahere dicuntur.

460 *Victor*] Hippomenes est, cujus, et Atalantæ, cursu ab eo supe-

Digitized by Google

Solaque Limone pœnam ne senserit illam,
  Et tua dente fero viscera carpat equus.
Aut, ut Cassandreus, domino non mitior illo,
  Saucius ingesta contumuleris humo.
Aut, ut Abantiades, aut ut Cycneius heros, 465
  Clausus in æquoreas præcipiteris aquas.
Victima vel Phœbo sacras macteris ad aras,
  Quam tulit a sævo Theudotus hoste necem.

sicut victor et victa repente mutati sunt. Et ne Limone sola experta sit illam pœnam, equus discerpat tua præcordia dente sævo. Vel ut dominus Cassandri, non lenior illo, vulneratus sepeliaris terra superposita. Vel ut Abantiades, aut ut heros Cycneius, clausus projiciaris in aquas marinas. Aut juguleris tanquam hostia Apollini ad sacra altaria, quam mortem Theudotus passus est ab hoste crudeli. Vel Abdera te execrationibus

Codd. *Ut tua.* Deinde unus Heins. *visc. pascat eq.*—463 Libri multi veteres, *Cassandræ:* quidam, *Cassandrus domino non mitior illo*, vel, *Cassandreus*, ut Apollodorum Cassandriæ Tyrannum intelligat; de quo Pont. l. II. Eleg. IX. ubi monuimus scribendum videri: *Aut Cassandreæ domino non mitior urbis.* Heins. *Cassandrii domino* unus Heinsii: *Cassandrei*, vel *Cassandreus* Moreti. Mox vs. seq. *injecta* Regius; *in Getica* Sarrav. *Burm.*—465 Quidam legunt *ut Cycneïus her.* Multi *Lignoïus* vel *Leneïus.*—466 Quidam *Cæsus* pro *Clausus.*

NOTÆ

ratæ, fabulam vidimus in Metam.

461 *Limone*] De hac Hippomenis a patre in adulterio deprehensa jam supra dictum vs. 337.

463 *Cassandreus*] Lego *Cassandri dominus.* Herculem videtur designare Alexandri magni filium, Cassandri adeoque dominum, siquidem paterni regni hæres legitimus, quem, ut Justinus scribit, Cassander tacite occidi jussit, et terra obrui.

Mitior illo] Ad Ibin referendum istud, quem in se non minus crudelem Naso, quam in Alexandri domum Cassandrum esse dicit.

465 *Abantiades*] Perseus videtur esse Abantis Argivi pronepos, quem una cum matre Danaë Acrisius hujus pater arca conclusum in mare projecit; Polydectes tamen servavit, ut alibi dictum.

Cycneius] Lego *Lyrnesius.* De Telepho Herculis ex Auge filio agitur, quem ab Aleo materno avo cum matre expositum, et ad Cayci fluminis ostia delatum, ut Strabo priorque Euripides scripserunt, Teuthras rex Mysiæ et Ciliciæ imperii fecit hæredem. Lyrnesius autem a Lyrnesso Ciliciæ urbe dicitur. Ceterum pro *Lyrnesius, Cycneius* ex Sarraviano codice clariss. Heinsius reposuerat, et de Tene quodam, cujus longa est fabula, exposuerat. Verum in his quisquiliis diutius si immoraremur, pessime et tempore et vita et patientia tua abuti, Lector, videremur. Plurima sunt quæ nunquam melius intelliguntur quam cum semel atque in perpetuum negliguntur: neque mediocris est judicii ea omnia internoscere.

468 *Theudotus*] Hic, ex Justino, Bactrianorum rex, atque ab Arsace Parthorum rege mactatus a Domitio, ex eodem illo, dicitur. Verum poste-

Digitized by Google

Aut te devoveat certis Abdera diebus,
Saxaque devotum grandine plura petant.
Aut Jovis infesti telo feriare trisulco;
Ut satus Hipponoo, Dosithoësque pater.
Ut soror Autonoës, ut cui matertera Maia est:
Ut temere optatos qui male rexit equos.
Ut ferus Æolides, ut sanguine cretus eodem,
Quo genita est, liquidis quæ caret Arctos aquis.

exagitet statutis diebus, et lapides crebriores grandine mittantur in te diris addictum. Vel tangaris telo trisulco Jovis infensi, sicut ortus Hipponoo et pater Dosithoës. Ut soror Autonoës, ut cui Maia est matertera; ut qui male gubernavit equos perperam cupitos. Ut sævus Æolides, ut nati ex eodem sanguine, ex quo orta est

—468 Alii *Theodotus*.—469 Quidam pro *certis* habent *festis*, vel *sacris*.—471 Unus Gallicus cod. *Jov. infensi tel.*—472 Alciatus et alii legunt *Hipponi*: nonnulli etiam *Thesipelesque pat.*—473 Pro *Autonoës* 'in Mss. legitur, *Desitoes, Dexitoes, Desiodes, Theophiles, Dextroes, Dexithoos*, &c. nomina ignorabilia. *Dexitheam* Minois uxorem memorat Apollodor. lib. III. Bibl. § 2. Sed quis ejus pater fuerit non addit. Atracis filiam, Damasippen, Cassandri Thracii regis uxorem vocat Plutarch. de Flumin. in *Hebro*.' Burm.—475 Sic Heins.

NOTÆ

rius falsum. Quare quis hic fuerit Theudotus merito amplius quærendum censuit Vir doctissimus Salvagnius.

469 *Abdera*] Urbs Thraciæ, ubi avertendarum calamitatum causa hominem quempiam diris imprecationibus devovere, et lapidibus obruere mos erat.

472 *Satus Hipponoo*] Capaneus est, quem poëtæ in Thebarum oppugnatione, non lapidibus obrutum, uti res erat, sed fulmine de scalis, quarum usum ad oppugnationem urbium docuerat, dejectum fabulati sunt.

Dosithoësque pater] Atracem volunt fuisse, Thessaliæ regem, illius Hippodamiæ patrem, quam Pirithous duxit uxorem, qui quidem Atrax, cum Dosithoën filiam a Jove compressam ob eam rem a se rejecisset, fulmine extinctus est. Quo tamen auctore a commentatoribus Dosithoës pater dicatur Atrax mihi quidem non est compertum.

473 *Soror Autonoës*] Semele est, Bacchi mater, de qua Metam. III.

Cui matertera] Ad Jasium refer, Jove et Electra Atlantide natum, cui adeoque Maia Atlantis filia matertera fuerit. Is namque ab Jove etiam fulmine ictus, quod cum Cerere rem habuisset.

474 *Qui male*] Phaëthontem dicit.

475 *Æolides*] Salmoneus est, Æoli cujusdam filius, qui in Elide tenens imperium, machina quadam fulgurabat, tonabat, populi animos conturbabat, 'Divumque sibi poscebat honorem,' ut habet Virgilius: quem vero fulmine Jupiter ob superbiam ad Inferos deturbavit. Verum enimvero fabulam si omittas, artificem fuisse egregium idoneis ex auctoribus comperies.

Sanguine cretus eodem] Lege *eodem sanguine creti*, et Lycaonis intellige filios, Jovis fulmine necatos, ut testatur Hyginus. Eodem quippe san-

Digitized by Google

Ut Macedo rapidis icta est cum conjuge flammis ;
  Sic, precor, ætherei vindicis igne cadas.
Prædaque sis illis, quibus est Latonia Delos
  Ante diem rapto non adeunda Thaso.
Quique verecundæ speculantem labra Dianæ,
  Quique Crotopiaden diripuere Linon.
Neve venenato levius feriaris ab angue,
  Quam senis Œagri Calliopesque nurus :
Quam puer Hypsipyles : quam qui cava primus acuta
  Cuspide suspecti robora fixit equi.

Ursa, quæ caret aquis fluidis. Oro ut pereas flammis ultoris ætherei, sicut Macedo cum marito afflata est igne fervido. Vel sis illis præda, quibus Delos Latonia non est adeunda, Thraso sublato ante tempus: vel qui discerpserunt intuentem alveos Dianæ pudicæ, seu qui laceraverunt *Linon Crotopiaden. Neve minus mordearis a serpente pestifero, quam nurus Œagri et Calliopes, quam alumnus Hypsipyles ; quam qui primus fodit mucrone acuto vasta ligna equi suspecti. Neve accedas pru-*

---

ex tribus scriptis ; vulg. *ut nati sanguine eodem.*—477 Vetus interpres pro *Macedo*, legit *Macelo*, quod sic enarrat : ' Nicander dicit Macelon,' &c. fides esto penes auctorem. *Salvagn. Macedon icta est rapidis* Sarrav. *ut Macedon rapidis ictus* Petavianus alter, et unus Heinsii, *Macedon jucta est rapidis* prim. editio : *Macedo rapidis medecta conjuge* Moreti ; *Ut Macedo victa est rapidis* Regius : locus corruptus. Nec *Macedo* mulier nota ; quare cum Petaviano et Heinsiano *ictus* posset præferri, vel legi, *rapidis icta cum conjuge*, et intelligi Macedo Lycaonis filius, qui ruinæ paternæ domus involutus fuit cum conjuge. Hujus Macedonis meminit Stephanus in Oropo ; et Tzetz. Chiliad. IV. vs. 330. qui filium Lycaonis et patrem Pindi facit. Ille Lycaon an idem sit qui Arcadiæ Rex nescio. Pelasgi ille filius dicitur. Atqui Justin. VII. dicit Macedonas fuisse populum Pelasgum : et Tzetzes Lycaona Æmathiæ regem facit : sed hæc conjectura. *Burm.*—480 Alii *Thraso.*—481 *Labra* Burm. dedit ex scriptis, ut et citat Heins. ad Fast. IV. 761. Vulg. *membra.*—482 *Linon*

NOTÆ

guine creti quo Callisto, Lycaonis etiam filia, in Arcton seu Ursam mutata, et in cœlum translata.

476 *Quæ caret*] Sæpius jam diximus mari non tingi Ursam, quæ in polo nobis sublato posita.

477 *Macedo*] Hæc in suo exusta fuit thalamo, quæ Macedoniæ nomen dedit, ut quidam tradiderunt seu fabulati sunt, namque obscura hæc sunt omnia.

479 *Latonia*] Quia in Delo insula Apollinem et Dianam Latona dicitur enixa.

480 *Thaso*] Hic Thasus aut Thasius ab Hygino dicitur, Apollinis Sacerdotis filius : ex quo Delo nullus canis.

481 *Speculantem*] Actæonem dicit. Fabula notissima.

482 *Linon*] Hic Crotopiades dicitur ab avo Crotopo, Argivorum rege, cum cujus filia Psamathe Apollo consuevit, ex qua Linus ortus. Hunc autem, cum inter virgulta metu patris occultasset, canes lacerarunt.

484 *Nurus*] Eurydice est, Orphei conjux, qui patrem habuit Œagrum,

Digitized by Google

Neve gradus adeas Elpenore cautius altos :
Vimque feras vini, quo tulit ille modo.
Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vocantem
Juvit inhumanum Thiodamanta Dryops.
Quam ferus ipse suo periit mactatus in antro
Proditus inclusæ Cacus ab ore bovis.
Quam qui dona tulit Lernæo tincta veneno,
Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti venias in Tartara saxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus.

dentius ad excelsas scalas Elpenore, et toleres vim vini, quo modo ille toleravit. Atque interea non minus victus quam quisquis Dryops opem tulit fero Thiodamanti hortanti ad arma : quam inhumanus Cacus ipse interfectus in sua specu, patefactus ore vaccæ inclusæ : quam qui portavit munera infecta tabo Lernæo, et infecit aquas Euboicas sanguine suo. Vel descendas ad Inferos de rupe præcipita, ut qui legit

Heins. recepit ex tribus scriptis pro vulg. *Linum.*—487 Mor. et unus Heins. *Elp. cautior alt.*—490 Pro *Juvit* plurimi *Vidit ;* pr. Ed. *Ludit.* Mox quidam Codd. habent *Therodamanta*, et *Theodamanta.*—492 *Proditus* ex scriptis reponit Heins. pro vulg. *Protinus.*—493 Plurimi scripti *Nesseo* pro *Lernæo.*—

NOTÆ

matrem Calliopen Musam ; quare et illa horum nurus.

485 *Puer Hypsipyles*] Opheltes est, alio nomine dictus Archemorus, Lycurgi Nemeorum regis filius, qui ab Hypsipyle nutrice indiligenter custoditus, serpentis morsu extinctus est.

Qui cava] Laocoontem dicit, Virgiliano carmine notissimum, qui ' validis ingentem viribus hastam In latus inque feri curvam compagibus alvum Contorsit :' atque adeo equum ligneum Minervæ sacrum, ut fabulatus erat Sinon, violavit : qua re a duobus draconibus correptus, et misere involutus.

486 *Suspecti*] ' Equo ne credite, Teucri,' dicit ille apud Maronem.

487 *Elpenore*] Hunc Ulyssis socium jam supra vidimus ebrium et de scalis lapsum cervice fracta.

490 *Thiodamanta*] Dryopum populorum ad Pindum montem rex fuit, a quo cum Hylus Herculis filius cibum petisset, Hercule illac iter faciente, atque ille negasset, Thiodamantis boves mactatos Hercules suis apposuit. Eam injuriam Thiodamas ulcisci aggressus est, educta Dryopum manu : verum fusos illos interfecto suo rege in Trachiniam coloniam duxit, et Hylan Thiodamantis filium formæ præstantia captus rapuit.

492 *Cacus*] Vulcani fuit filius, ab Hercule domitus in monte Aventino ob boves raptos una cum juvencis, quarum cauda in speluncam tractarum ' Reddidit una boum vocem, vastoque sub antro Mugiit, et Caci spem custodita fefellit.'

493 *Qui dona*] Lichas est, qui tunicam venenatam Herculi a Deianira attulit ; quem quidem furens in mare Euboicum projecit.

496 *Qui Socraticum*] Cleombrotum

Digitized by Google

Ut qui Theseæ fallacia vela carinæ
  Vidit: ut Iliaca missus ab arce puer.
Ut teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi:
  Ut cui causa necis serra reperta fuit.
Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis,
  Dixerat invito quæ mala verba Deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in arvo,
  Sitque Phayllææ causa leæna necis.

opus Socraticum de morte. Ut qui spectavit carbasa mendacia navis Theseæ; ut puer dejectus ex arce Trojana. Sicut nutrix atque eadem matertera parvi Bacchi; sicuti ille *cui serra inventa fuit causa mortis. Quemadmodum puella Lydia, quæ ingesserat probra Deo dolenti, se præcipitem dedit ab excelsis rupibus. Leæna prægnans popularis tibi obvia fiat in agro patrio, et sit causa mortis Paphageæ. Et*

497 P. alter *Th. fallentia vel.*—499 Nonnulli Codd. *eadem ac,* vel *et matert.*—501 Sex scripti *Lindia se.*—502 Sa. *Dix. injusto quæ:* quatuor *invicto:* alii *inviso* et sic Heins. in ora Cod. sui.—503 Pro *Fœta* duo Codd. *Dira.*—

NOTÆ

dicit Ambracioten, qui Platonis lecto libro de animæ immortalitate, qui Phædon inscribitur, sese in mare præcipitem dedit. A Socrate vero præsertim de animæ immortalitate sententia dimanaverat.

497 *Qui Theseæ*] Ægeus est, Thesei pater, qui cum a Creta insula revertentis filii vela nigra pro albis aut puniceis, quæ victori imperaverat, prospexisset, mortuum putavit, et præ dolore sese in mare, quod ab illo nonnulli dictum volunt, veri nescius præcipitem dedit.

498 *Puer*] Astyanax est, Hectoris filius, quem Ulysses, ardente Ilio, de turri præcipitavit.

499 *Nutrix*] Ino est, soror Semeles, quam Bacchus matrem habuit. Illa vero Athamantis mariti furorem fugiens, e scopulo sese cum Melicerte filio in mare dejecit.

500 *Cui causa*] Perdicem intellige, Dædali nepotem ex sorore, quem ille ex invidia quod serram et circinum ingenio suo invenisset, præcipitem ex turri dedit.

501 *Lydia*] Fabula obscurior, quam ex veteri interprete sic exponunt. Ilice quadam, Ibici Lydii filia, Dianæ auxilio freta, Mars potiri non poterat, multaque ab illa opprobria pertulerat. Commotus tamen denique puellæ patrem interfecit; cujus morte illa dolens sese e rupe dejecit. Verum optime pro *Lydia* clariss. Salvagn. legit *Livida,* atque ex Jano Parrhasio de Aglauro intelligit, de qua Metam. II. Hanc enim ex Athenarum arce sese præcipitem dedisse furiis a Minerva agitatam tradit Apollodorus.

503 *Patrio popularis*] Ibidis patriam subindicat, et quasi Libycum facit, quanquam Ægyptium diximus.

504 *Phayllææ*] Lego *Paphageæ.* Paphagus Ambraciæ rex cum in leænam catulis stipatam incidisset, in hortis suis ab ea est dilaniatus. Clariss. Heinsius legendum vero censebat *Phalecææ* ex Antonino Liberali. Parrhasius *Phayllea* ex Æliano. Utrumvis autem sequaris auctorem, parum interest, cum hic Phayllam

Digitized by Google

Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum,
Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.
Isque vel exanimis faciat tibi vulnus: ut illi,
Ora super fixi quem cecidere suis.
Sive idem simili pinus quem morte peremit:
Phryx et venator sis Berecynthiades.

aper qui leto dedit Lycurgiden, et ortum ex arbore, et temerarium Idmonem te etiam laceret. Atque is vel mortuus tibi impingat plagam, ut illi super quem rostrum apri transfossi cecidit. Seu idem sis Phryx et venator Berecynthiades, quem pinus

504 Plurimæ Edd. *Paphageæ*.—505 In aliis *L. litavit*, vel *laceravit*.—508 *Fixi* Ma. et quidam impressi; vulg. *sævi*.—509. 510 An scribendum ex conjectura Sanctii *Atque idem simili vivus quem morte peremit?* Ut τὸ *vivus* opponatur *exanimis*, quod est in priore disticho. An pro *peremit* corrigendum *redemit?* Attis enim in arborem pinum conversus fingitur ab Ovidio Metam. x. 103. Quasi dicatur pinus Attim redemisse a morte, qui hodieque vivat in ea arbore. Frigida certe omnia, ut ingenue fatear, suspectum ideo mihi de spurio distichon. *Salvagn.* Non constant sibi codices: plerique *Frigida venator sis Berecynthiades;* vel *Frigia*, vel *Frixia:* forte, *Phryx tu venator sis Berecynthiades.* Nam interpretes ad Attin Berecynthium a Cybele amatum referunt, quem ab apro occisum Hermesianax aliique asseverent. Vide tamen, ne Naso intellexerit de Aty filio Crœsi Lydorum regis, quem Adrastus Midæ filius imprudens inter venandum, dum aprum insectatur, jaculo confodit. Diodorus Siculus in Excerptis Valesianis p. 239. Ὅτι Ἀδραστός τις Φρὺξ τὸν τοῦ βασιλέως Κροίσου τοῦ Λυδίου υἱὸν πρὸς κυνηγίαν ἀκουσίως, ἐξακοντίσας κατὰ σύς, Ἄτυν καλούμενον, πλήξας ἀπέκτεινε. Ut scribendum videatur: *Phryx venator Atyn ut Berecyntiaden.* ‘Phryx venator’ Adrastus, qui postea ad Atyos tumulum se interemit ipsum, teste eodem Diodoro: ad eam certe historiam Naso videtur allusisse: rem omnem operose persecutus est Herodotus li-

NOTÆ

Ambraciæ tyrannum, ille Phalæcum a leæna dilaniatum testentur. Quæ omnia prolixe neque minus eleganter habes apud clariss. Salvagn.

505 *Lycurgiden*] Ancæum Lycurgi filium facit Hyginus, quem ab apro Calydonio percussum dicit.

Arbore natum] Adonis est, scilicet, de quo in Metam. x.

506 *Idmonaque*] Hunc Apollinis filium et Argonautam facit Hyginus; audacem ideo, quod vates ipse, cum in expeditione Colchica periturum intelligeret, nihilominus cum Argonautis navem conscendit. A sociis vero postquam aliquantum secessisset ab apro occisus est.

507 *Illi*] Thoantem nonnulli dicunt. Diodorus ignoto nomine cuidam hanc refert fabulam, qui, capto ingenti apro, caput solum arbori appendit, cum et pedes ex voto solenni debuisset. Quâ re mox eodem loco, meridiano æstu cum dormiret, solutum apri caput dormientis os oppressit.

510 *Phryx*] Eodem modo quo ille pinei pomi casu interficiaris. Fabula vero obscura, quam ex veteri interprete ad Atyn quendam venatorem referunt in Berecyntho Phrygiæ monte, ubi Cybeles sacra fiebant, lassitudine oppressum, et sub pinu dormientem. Mirum ni hoc loco latet mendum.

Digitized by Google

Si tua contigerit Minoas puppis arenas;
Te Corcyræum Cressia turba putet.
Lapsuramque domum subeas, ut sanguis Aleuæ,
Stella Leoprepidæ cum fuit æqua viro.

oppressit simili morte. Si tua navis contigerit arenas Minoas, turba Cressia arbitretur te Corcyreum. Atque ingrediaris domum casuram, ut proles Aleuæ, cum

bro I. Præcedentem versum refer ad casum nucis pineæ, ut Naso fortasse nobis reliquerit: *Idæa, aut simili pinus quem morte perèmit.* Ob arboris enim pineæ frequentiam *pinifera* Ida poëtis passim dicitur. *Heins.* Aliquis hic quærendus, qui casu arboris pinus est occisus, diversus ab Aty, ad quem pentameter pertinet: *simili* enim *morte* dixit, quia, ut ille venator prior casu suis periit, sic alter arboris ruina oppressus. De Aty etiam exposuit Alciat. Parerg. VI. 2. Antiquus quidam Scholiastes, cujus specimen in paucos versus transmisit mihi ex Anglia flos juvenum Batavorum J. P. Dorville, cum jam huc usque fere operæ in Ibide excudenda processissent, memorat hic Archonta quendam venatorem, qui insolenter locutus in Dianam, eadem morte periit qua Thoas: sed quis nugacibus illis commentatoribus credat? forte nomen proprium latet in illis, *sive idem*, vel *atque idem simili.* Pro *peremit* vero in uno Regio erat, *peregit;* forte rectius: vid. ad Val. Flac. I. 146. *Burm.* Seq. vs. *turba petat* olim editi et quatuor scripti. *Cresia* etiam melius quam *Cressia* scribi censet doctissimus Emmenessius ad Æneid. IV. 70. Græcis enim Κρήσιος· vide Stephanum in Κρήτη. *Burm.*—514 Pleræque Edd. *Stell. Lycoritæ:* quædam *Lycoridæ*, quam lectionem tuetur et exponit Andreas Alciatus, Parergon Jur. VI. 21. et alii. ‘Recte *Leoprepidæ* Scaliger. in Ausonianis Lectionibus, insistens vestigiis veterum exemplarium. Leoprepis filius Simonides: ita passim auctores. *Heins. Alebæ* quidam scripti. *Alabæ* Regius. Vide de hac Simonidis historia Phædr. lib. IV. fab. 24. et quæ ibi viri docti annotarunt. Leoprepes vero pater Simonidis memoratur ab Æliano lib. IV. 14. unde firmatur Scaligeri correctio. Mss. *Letoridæ, Lyquoridæ, Leoquoridæ, Leotepidæ, Leporidæ, &c. Cui fuit* etiam Sarrav. *Burm.*—

NOTÆ

511 *Minoas*] In Sicilia interfectum Minoëm jam supra vidimus. Ejus ossa in patriam cum populares referrent, a Corcyræis seu insulæ Corcyræ incolis male tractati sunt. Quare quoscumque illi in Creta corripiebant ad regem suum inferias mittebant.

512 *Putet*] Adeoque et mactet.

513 *Sanguis Aleuæ*] Scopas est, ex Aleuæ progenie, Creontis et Echecratiæ filius, ut Theocriti interpres tradit. Fabulam vero totam ex Cicerone de Orat. II. 86. accipe, cujus hæc sunt verba: ‘Dicunt enim, cum cœnaret Crannone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa, poëtarum more, in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus ei quod pactus esset pro illo carmine daturum, reliquum a suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret; juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent: surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem: hoc interim spatio conclave

Digitized by Google

Utque vel Euenus torrenti flumine mersus
Nomina des rapidæ, vel Tiberinus, aquæ.
Astacidæque modo decisa cadavere trunco,
Digna feris, homini sit caput esca tuum.
Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.
Inclususque necem cavea patiaris, ut ille
Non profecturæ conditor historiæ.

stella fuit propitia viro Leoprepidæ. Atque demersus fluvio rapido sicut vel Euenus, vel Tiberinus, imponas nomen aquæ currenti. Et sicut Astacidæ, caput tuum avulsum mutilo cadavere, esca digna feris, sit esca *homini. Et quod aiunt Brotean fecisse desiderio mortis, injicias tuos artus urendos pyræ flagranti. Atque inclusus cavea morte afficiaris, ut ille fabricator historiæ non profecturæ. Et lingua procax*

515 Pro *Euenus* multi scripti *Hebenus;* et tres *Ebenus.*—517 Alii *Hyrtacidæque mod.* Deinde *decisa* Heins. reponit ex duobus vett. pro vulg. *defixa:* Sa. *des fixa. Cadavere* etiam est ex Heins. emend. vulg. *cadavera.*—518 *Feris* meliores teste Heins. ceteri *feras.* Tum ex quatuor scriptis idem reposuit *homini* pro vulg. *hominis.* R. exhibet *hominis...tui.*—519 Alii *Brotheum* vel *Broteam: unus* Heins. *Proteam.*—520 In Pet. erat *membr. tremenda pyr.*—522 Menag.

NOTÆ

illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse,' &c. Atque istuc ipsum Suidas et Valer. Max. referunt.

514 *Stella*] Castorem et Pollucem esse ex modo relata historia apparet; qui quidem Geminorum sidus constituunt: sed maxime navigantibus numen propitium creduntur cum uterque apparent.

Leoprepidæ] Simonides est, Leoprepis filius, poëta insignis, patria Ceus.

515 *Euenus*] Hanc de isto refert fabulam Homeri interpres. Cum Marpissam filiam pulcherrimam haberet, eam poscentes uxorem in certamen cursus provocabat, eorum qui victi essent capita foribus affigebat, ut reliquos a contentione deterreret. Idas autem qui Apharei filius ferebatur, cum esset Neptuni, acceptis a patre equis velocissimis, Euenum superavit, Marpissam filiam abduxit uxorem. Euenus autem præ dolore se in Lycormam Ætoliæ fluvium demersit, cui dedit nomen. Idæ tamen prædam auferenti occurrit Apollo puellam ei rapere volens: cumque ad pugnam convenisset, Jupiter Mercurium misit, ut sibi quem vellet puella eligeret. Hæc vero sapienter Idan accepit, verita, scil. ne senescentem Apollo rejiceret. Alia tamen alii: fabulas omnes, ex quibus jucundiorem libuit eligere.

516 *Tiberinus*] Hic ab Ænea octavus fuit rex Albanorum, qui in Albulam inter prælientes depulsus, in eò periit, atque illi nomen dedit suum. Quanquam Virgilius aliique diversa tradiderunt.

517 *Astacidæ*] Menalippus est, Astaci novissimus filius, sicuti legitur apud Apollodorum, cujus a Tydeo letaliter vulnerato caput, tanquam a cane, non sine Minervæ indignatione, rosum supra diximus.

519 *Brotean*] Vulcani et Minervæ nonnulli, alii Jovis, faciunt filium, qui propter deformitatem cum se con-

Digitized by Google

Utque repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic sit in exitium lingua proterva tuum.
Utque parum stabili qui carmine læsit Athenas,
Invisus pereas, deficiente cibo.
Utve lyræ vates fertur periisse severæ,
Causa sit exitii dextera læsa tui.

perinde sit in perniciem tuam ac inventori Iambi pugnacis. Et sicut ille qui insectatus est Athenas versu claudicante moriaris invisus, alimentis deficientibus. Vel ut aiunt poëtam lyræ mordacis interiisse, dextra seu fides *læsa sit causa tuæ cladis.*

ad Laërt. citat *Non profuturæ cond.*—524 R. et Ms. Bersm. *in exilium ling.*—425 Non possum non communicare cum doctis viris conjecturam Heinsii, sed cui ipse non multum fidisse videtur, quia margini codicis ascriptam postea in curas secundas non retulit; suspicabatur hic Stesichorum notari, et per *carmen parum stabile* intelligi ejus vituperationem Helenæ, cujus deinde Palinodiam cecinit: legebat vero *Utque parum stabili cui carmine læsa Lacæna.* Sed hæc longius a vestigiis scriptæ lectionis abeunt. De Eubæo etiam Pario suspicabatur, qui Scazontas in Athenas scripserat: sed Athenæus lib. xv. 16. Parodias scripsisse ait. Vs. seq. *invitus pereas* alter Petav. *Burm.*—527 Pet. *Dicitur utque lyræ vates periisse.* Quinque *Utve.* R. *Ut linguæ vat.* Deinde unus *sonoræ* pro *severæ*, quod Heinsio non displicebat.—528 I. *exit. semina læs.*—

NOTÆ

temni videret, in ardentem pyram se conjecit. Consulas, si placet, illustriss. Salvagn.

521 *Ille non*] Callisthenen dicit Olynthium, quem Alexander Magnus ad prodenda memoriæ gesta Asiatica accivit; deinde tanquam conjurationis conscium, quod audacius de insolentia qua sese adorari volebat palam loqueretur, truncatis membris, abscissis auribus, ac naso, labiisque deformatum, cum cane in cavea clausum circumferri jussit, diuque tortum tandem necavit. Quanquam alia alii scripserunt.

523 *Repertori*] Archilochus est, poëta primus inter eos qui Iambos scripsere. Tanta vi illos in Lycamben socerum distrinxit, quod sibi pactam Neobulen alteri collocasset, ut ad laqueum illum compulerit. Ob versuum autem petulantiam in exilium missus: quanquam non desunt qui ab illius domesticis necatum dicant.

525 *Qui carmine*] Quidam ad Anaxandriden falso, alii ad Aristotelem quendam referunt. Alciatus et Turnebus de Hipponacte hunc locum intelligendum contendunt, qui claudicante et parum stabili versu, Scazonte, scilicet, in Bupalum et Athenin invectus sit; quo in carmine ne Athenis quidem pepercerit. Atque hæc posterior sententia cum potior videtur, clar. Salvagn. fuit quoque approbata.

527 *Lyræ vates*] Alcæum poëtam lyricum cum eodem accuratissimo juveni, ut ipse ait, viro certe, crediderim indicari, qui mordacissimis versibus Pittacum præcipue, aliosque in patria tyrannidem exercentes, insectatus est. Alii tamen de Stesichoro maledico poëta intelligunt. Fabula est obscura, in qua conjectura opus est.

528 *Dextera læsa*] Per dexteram læsam fidem intellige, quam Pittaco

Digitized by Google

Utque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestæ,
  Tu quoque de morsu virus habente cadas.
Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ.
  Eupolis hoc periit, et nova nupta, modo.
Utque cothurnatum periisse Lycophrona narrant,
  Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.
Aut lacer in sylva manibus spargare tuorum:
  Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.
Perque feros montes tauro rapiente traharis:
  Ut tracta est conjux imperiosa Lyci.
Quodque suæ passa est pellex invita sorori,
  Excidat ante pedes lingua resecta tuos.
Conditor ut tardæ, Blæsus cognomine, Cyrrhæ,
  Orbis in innumeris inveniare locis.

Et quemadmodum serpens vulneravit Oresten Agamemnonium, tu etiam pereas de ictu habente venenum. Nox prima conjugii sit tibi ultima vitæ: Eupolis et nova nupta occidit hoc modo. Et sicuti dicunt Lycophronem cothurnatum periisse, sagitta impacta stet in visceribus tuis. Vel discerptus in sylvis dijiciaris manibus tuorum, sicuti natus avo serpente dijectus est Thebis. Atque distraharis per asperos montes tauro rapiente, sicut uxor sæva Lyci distracta est. Et quod pellex sororis invita passa est, lingua tua abscissa cadat ante pedes tuos. Ut conditor tardæ Myrrhæ cognomine læsus inveniaris in locis innumeris orbis. Et apis sedula infigat oculis

529 R. *ded. hostis O.* Alii etiam *Oresti.*—533 Heins. ex scriptis legit *coth. cecidisse L.*—535 Alii *in sylvis.*—539 Alii *pell. invisa;* nonnulli etiam *sororis.* —541 Quidam legunt *Cognitor ut t. Blæsus cogn. Myrrhæ:* et nonnulli *Conditor...læsus...Myrrhæ.* Domitius et Zarottus *Traditor ut:* tum plurimi scripti *tardus;* et Mor. *raptæ.* Pet. *lusus cogn.* et R. *conamine.*—542 Alter Pet. *Or-*

NOTÆ

obstrinxisse Alcænm conjicias.

529 *Vulnus*] Hujus historiæ testes scholiastes nonnulli. De Oreste vero Agamemnonis filio jam sæpius dictum.

532 *Eupolis*] Hic alius a comico poëta fuit, et Niciæ filius. Periit autem cum nova nupta Glycerio nomine, Eudici filia, prima statim nuptiarum nocte, collapso thalamo. Qua de re extat Græcum Epigramma.

533 *Lycophrona*] Hic cum de antiquorum poëtarum principatu certaret sagitta ab adversario ictus occidit. Chalcidensis fuit Grammatici cujusdam filius. Obscuræ sunt hæ fabulæ, ex quibus nomina aut nihil potius captamus.

536 *Creatus*] Pentheus est, de quo in superioribus, a furente matre et hujus sororibus dilaniatus; ille namque Cadmum in Draconem mutatum avum habuit.

538 *Conjux*] De ea Hyginus fab. 7. Dirce autem intelligitur, quam Zethus et Amphion ex Antiope nati taurorum sylvestrium caudis ideo distrahendam revinxerunt, quod con-

Digitized by Google

Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condat apis.
Fixus et in duris carparis viscera saxis:
Ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.
Ut puer Harpagides referas exempla Thyestæ,
Inque tui cæsus viscera patris eas.
Trunca geras sævo mutilatis partibus ense,
Qualia Mimnermi membra fuisse ferunt.
Utque Syracosio præstricta fauce poëtæ,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.

aculeos noxios, quod fecit poëtæ Achæo. Et alligatus asperis rupibus dilanieris præcordia, ut cui Pyrrha fuit filia fratris. Referas exempla Thyestæ, ut puer Harpagides, et mactatus venias in ventriculum tui parentis. Feras artus mutilos, membris resectis fero gladio, quales dicunt fuisse artus Mimnermi. Vel ut Vati Syracosio iter sit præclusum fune spiritui tuo, gula elisa. Vel tua præcordia nu-

---

bus et inn. et prior *Urbis.*—547 In vulgatis *Harpyages:* Heins. dedit *Harpagides* ex scriptis: ' *Harpacidæ, Argaphiæ, Arpagigæ, Arpagicæ* variante scriptura Sarravian. *Arpagigæ* Regius et duo alii: *Harpagiges* alter Petav. *Arpiagæ* Regius alter: *Arpagiæ* Gallicus: alii aliter; sed omnes mendose. *Burm.*—550 In vulgatis erat *Mamertis;* quidam etiam *Mycerni:* at ex plerisque vett. Heins. recepit *Mimnermi: Minervi* vel *Mamertæ* Sarrav. *Minervi* Regius: *Minervi* tres: *Minervæ* Gallicus: alii *Nycerni, Mycerni, Mycreni.*

NOTÆ

cubitus suspicione cum Lyco marito suo, Thebarum rege, in tenebris claudendam eam imperasset.

539 *Pellex*] Philomela est, cujus fabulam vide in Metam.

541 *Conditor*] Quis hic fuerit ut invenirent multum sese fatigaverunt commentatores; frustra meo judicio, neque certi quicquam video, nisi cum doctiss. Salvagnio ita legas, *Cognitor ut tarde Blæsus cognomine Cyræ:* atque fabulam de Batto intelligas, qui quidem blæsus ut ex Justini lib. XIII. apparet, Cyrenen ex oraculi jussu, quanquam sero, eo minus intellecto, in Cyra monte condidit. At enim Justinum ipsum adi, ex quo rem totam intelliges.

542 *Orbis in*] Diu namque erravit Battus antequam in Africam perveniret, quæ ubi esset nesciebat.

543 *Achæo*] Plures fuerunt eo nomine. Capiti vero hujus de quo nunc agitur, cum in horto ambularet, agmen apum insedit; quod cum vellet expellere, earum aculeis oculorum acie dicitur privatus, ut tradit vetus interpres.

546 *Cui Pyrrha*] Prometheus est: ejus quippe frater Epimetheus filiam habuit Pyrrham. Caucaso autem affixum fuisse illum, ubi jecur a vulture exederetur, jam sæpius dictum.

547 *Harpagides*] Harpagi filius, ut ex Justino apparet atque Herodoto, Cyaxaris Medorum regis jussu, patri in epulas fuit appositus, quod is Cyrum nepotem, uti mandatum fuerat, non peremisset. Clariss. Salvagn. legit *Harpalyces*, et de Clymeni filia sermonem esse contendit; cujus fabulam refert Hyginus.

Digitized by Google

Nudave derepta pateant tua viscera pelle;
Ut Phrygium cujus nomina flumen habet.
Saxificæ videas infelix ora Medusæ,
Cephenum multos quæ dedit una neci.
Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum:
Inque maris salias, Glaucus ut alter, aquas.
Utque duobus idem dictis modo nomen habenti,
Præfocent animæ Gnosia mella viam.
Solicitoque bibas, Anyti doctissimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.

dentur cute detracta, quemadmodum cujus amnis Phrygius obtinet nomen. Miser aspicias vultum Medusæ saxificæ quæ una tradidit morti multos Cephenum. Patiaris morsus equarum Potniadum sicut Glaucus, et insilias in aquas maris ut alius Glaucus. Atque mella Gnosia præcludant iter spiritui, ut habenti nomen idem cum duobus superioribus. Et potes ore anxio quod reus doctissimus Anyti bibit

551 Quidam legit *Syracusis.*—553 Plurimi *Nudave dirept.*—554 Plerique scripti et Edd. *Ut Phrygii.*—555 Pet. *inf. colla M.*—556 Gallicus liber *Phineum multos;* et unus Cod. et pr. Ed. *Cyniphios populos.* Med. etiam exhibet *populos.*—560 Alii Codd. habent *Præcludunt, Eripiant,* vel *Diripiant anim.* Tum *Gnosia* plerique vett. alii *noxia:* Heins. etiam notat Glossatorem Ms. Prisciani in Bibliotheca Leidensi habere *dulcia.*—561 Vett. plerique *bib. veluti*

NOTÆ

550 *Mimnermi*] Quis hic fuerit aliunde non liquet, mihi quidem: nam de poëta Mimnermo intelligendum esse non arbitror.

551 *Syracosio*] Theocritum esse nonnulli volunt, Bucolici carminis scriptorem, ex veteris interpretis testimonio, suspensum ideo quod in ipsum Siciliæ regem Hieronis filium sit invectus. Sed ejus rei fides penes auctorem fuerit.

554 *Cujus*] Marsyas est, de quo supra, et Metam. VI.

556 *Cephenum*] De his Cephei regis popularibus Metam. V.

557 *Potniadum*] E Potniis Bœotiæ oppido.

Glaucus] Hic, Sisyphi filius, ut equas velociores haberet, illas a coitu prohibebat: quamobrem indignata Venus, tantum iis immisit furorem ut dominum discerpserint. Sed alii aliter.

558 *Alter*] Piscator hic fuit, qui, captos a se pisces cum herbæ cujusdam contactu in aquam resilire advertisset, ipsemet de ea degustavit, et repente in aquas insiliit, uti dictum in Metam.

559 *Idem dictis*] Pro, idem quod dicti. Phrasis insolens.

560 *Gnosia*] Ex Gnoso Cretæ urbe petita. Fabulam quod attinet, ad alium Glaucum spectat, Minois filium, qui cum pila luderet, aut murem insequeretur, ut alii tradunt, forte in dolium melle plenum incidit, ubi suffocatus est. Prolixe fabulam habes apud Hyginum et Palæphatum capite de Polyido.

561 *Anyti*] Nomen est unius ex illis nebulonibus qui Socratem virum

Digitized by Google

Nec tibi, si quid amas, felicius Hæmone cedat:
Utque sua Macareus, sic potiare tua.
Vel videas, quod jam, cum flammæ cuncta tenerent,
Hectoreus patria vidit ab arce puer.
Sanguine probra luas, ut avo genitore creatus,
Per facinus soror est cui sua facta parens.
Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarii quo cecidisse gener.
Utque loquax in equo est elisus guttur acerno,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

olim vultu sereno. Neque, si quid diligas, eveniat beatius Hæmone, et ita potiaris tua *sorore, ut Macareus sua. Vel cernas quod filius Hectoreus spectavit ab arce patria, cum ignes corripuissent jam ferme omnia. Exsolvas flagitia* tua *sanguine, sicut ortus avo patre, cui soror sua est facta mater per scelus. Atque illud genus spiculi quo gener Icarii dicitur occidisse infigatur tuis ossibus. Et quemadmodum garruli fauces compressæ in equo durateo, ita via vocis tibi præcludatur pollice.*

doct. Constant. Fanens. emendare vellet *vultu:* Heins. conj. *Meliti:* ‘ *Socrates dignissimus* Moreti liber: *Socrates quod doctior* prima editio; sed epitheton illud *doctissimi* nescio an aptum et proprium Socrati: vellem in Msto. aliquo reperiretur *sanctissimus.* Burm.—564 *Sic* ex scriptis reponit Heins. pro vulg. *tu.*—565 Constant. Fanens. emend. *Et vid.* Mor. et unus Heins. *Qualem jam captum cum flamm.*—566 Plurimi *ab,* vel *in urbe puer.*—568 Sa. et tres alii *Proh facinus!*—571 R. *loq. medio est.* Mox Sa. et multi alii cum quibusdam Edd. *gutt. Agenor:* unus Heins. *Egenor;* Gallicus, *acerbum;* Heinsii *acerbo.*

NOTÆ

sanctum per invidiam accusaverunt, quasi Atheniensem juventutem pravis moribus et falsis religionibus imbueret.

562 *Reus*] Socrates est, philosophorum facile princeps inter Ethnicos, sapientissimus ab oraculo judicatus, quem tamen cicuta iniqui judices sustulerunt.

563 *Hæmone*] Pro, quam Hæmoni. Fuit autem ille Creontis filius, qui regnum Thebanum Eteocle et Polynice interfectis invasit. Antigonen amavit, quam cum videret a patre damnatam, quod contra vetitum Polynicem fratrem tumulasset, sese ipse quoque amoris impatientia interfecit. Quanquam paulo aliter atque varie rem totam diversi tradunt.

564 *Macareus*] Hunc in Heroidibus ex turpi cum Canace sorore concubitu infamem vidimus.

566 *Puer*] Astyanax est, de quo supra, qui Hectoris filius postquam patriam eversam vidisset de turri, Ulyssis suasu, in terram projectus est.

567 *Creatus*] Adonis est, Myrrhæ filius, cujus, ut et matris, Cynaras, Cypriorum rex, pater fuit; illa vero, siquidem cum patre rem habuerit, mater et soror. Ab apro autem occisum Adonin in Metam. vidimus.

570 *Gener*] Ulysses est, Icarii quidem gener, cum Penelopen, ejus filiam, duxerit uxorem. Quanquam autem de Ulyssis morte non una est sententia, arbitrantur tamen pleri-

Digitized by Google

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta,
Ictaque pro solidis frugibus ossa sonent.
Utque patrem Psamathes, condat te Phœbus in ima
Tartara; quod natæ fecerat ille suæ.
Inque tuos ea pestis eat, quam dextra Chorœbi
Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.
Utque nepos Æthræ, Veneris periturus ob iram,
Exul ab attonitis excutiaris equis.

Vel ut Anaxarchus tundaris in amplo mortario, et ossa trita strepitum faciant pro solitis frugibus. Atque Apollo te mittat ad Inferos ut patrem Psamathes, quod ille fecerat filiæ suæ. Et illud monstrum incurrat in tuos, quod manus Chorœbi superavit, et præbuit auxilium miseris Argolicis. Et sicut nepos Æthræ, profugus dejiciaris ab equis exterritis, moriturus propter indignationem Veneris. Sicut hospes

—573 R. Pet. et quinque alii *in ima;* Sa. et sex *in una.*—574 Tres cum Fr. et pr. Ed. *Lectaque pr.* Heins. conj. *Fractaque.* Alii etiam *pro solitis fr.*—575 In vulgatis erat *Sameum;* sed ' scribe *Psamathes* ex Photio.' *Heins.* I. et quatuor *Samacis;* Pet. *Samates:* duo etiam *Salmacis atque patrem.* Mox Gallicus lib. *in alta.*—576 Unus Heins. *quæ* pro *quod.*—579 *Periturus* ex melioribus Heins. rescripsit pro vulg. *moriturus:* Edd. quædam et scripti septem *mori-*

NOTÆ

que cujusdam piscis venenata spina qua instructum fuit Telegoni jaculum per tumultum transfixum fuisse, cum hic ex Circe ab illo susceptus patrem suum non nosceret.

571 *Loquax*] Hunc locum explicat Politianus in Miscellaneis, et ad Anticlum quendam refert, qui, cum ceteris Græcis equo durateo inclusus, ad vocem Helenæ simulantis sermonem et verba uxoris illius respondere voluit. Sed ab Ulysse eo usque illius fauces compressæ, donec cum voce una et vitam amitteret, auctore Tryphiodoro.

573 *Anaxarchus*] In Anaxarchi vita tradit Laërtius Abderitam fuisse, et Alexandrum secutum. Habuisse autem inimicum Nicocreontem Cypriorum tyrannum. Proinde cum aliquando cum Alexandro cœnaret, isque de convivii apparatu Anaxarchum interrogaret, respondisse omnia laute atque affatim apparata esse, præterquam quod caput Satrapæ (Nicocreontem innuens) non eodem allatum esset. Hanc vocem postea Nicocreontem mortuo Alexandro ultum, atque Anaxarchum tempestate quadam ad Cyprum appulsum comprehendisse, et pila seu mortario impositum pistillis ferreis contundi jussisse. Quanquam ille non se sed culeum suum tundi usque asseruit.

574 *Frugibus*] Quæ, scilicet, in mortario tundebantur.

575 *Patrem Psamathes*] Crotopus est, cujus crudelitate Linum infantem expositum et a canibus laceratum supra vidimus.

577 *Pestis*] De monstro quodam intelligunt, quod filios matrum sinu educens atque devorans Chorœbus interfecit, ut ex Statio colligitur.

578 *Argolicis*] Toti Peloponneso infestum fuisse illud monstrum volunt.

579 *Nepos Æthræ*] Hippolytus est,

Digitized by Google

Propter opes magnas ut perdidit hospes alumnum,
  Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.
Utque ferunt fratres sex cum Damasichthone cæsos,
  Intereat tecum sic genus omne tuum.
Addidit ut fidicen miseris sua funera natis,
  Sic tibi sint vitæ tædia justa tuæ.
Utve soror Pelopis, saxo dureris oborto,
  Et læsus lingua Battus ab ipse sua.
Aëra si misso vacuum jaculabere disco;
  Quo puer Œbalides, ictus ab orbe cadas.
Si qua per alternos pulsabitur unda lacertos,
  Omnis Abydena sit tibi pejor aqua.

mactavit alumnum magnarum divitiarum causa, tuus hospes te jugulet propter tenues opes. Vel sicut aiunt sex fratres mactatos cum Damasichthone, ita omnis stirps tua pereat tecum. Quemadmodum fidicen adjecit suam mortem infelicibus liberis, ita fastidia tuæ vitæ sint tibi justa. Vel ut soror Pelopis rigeas saxo oborto, et sicut *Battus ipse perditus ab lingua sua. Si percutias aërem vacuum disco jacto, procumbas percussus ab orbe quo puer Œbalides. Si aqua aliqua agitabitur per brachia alterna, omnis fluctus sit tibi gravior Abydeno. Quemadmodum Comicus*

bundus.—581 *Magnas* Ma. et V. *nimias* Sa. et unus Heins. et quidam scripti; *minimas* R. unus. Tum Bonon. *ut perfidus hosp.*—583 Unus Heins. *Utq. f. natos septem natasque peremtas: f. natos* tres etiam cum pr. Ed.—584 Editi aliquot *totum* pro *tecum.*—586 Pet. *tæd. juncta* vel *victa tuæ.*—587 Pet. *sax. indureris:* et tum plurimi *adorto.*—589 Sa. et tres *Aë. submisso vac.* Pet. alter *discusso;* R. *sic misso.* Tum Sa. et octo alii *liquidum jacul.*—591 Gallicus *altern.*

NOTÆ

Thesei filius, quem ob falsam novercæ accusationem, cujus amorem spreverat, pater deceptus devovit; unde et ab equis quos Phocæ terruerant curru excussus laceratus est. Æthræ autem nepos fuit, siquidem illa Thesei mater.

Veneris] Spretæ; siquidem Phædræ amanti morem gerere Hippolytus noluerit.

581 *Hospes*] Polymnestorem intellige, Thraciæ tyrannum, qui Polydorum, Priami filium, auri sacra fame trucidavit; ut dictum sæpius.

583 *Damasichthone*] Hoc unius nomen fuit ex Niobes filiis, quos omnes Apollo propter matris nimiam superbiam sustulit, uti videre est in Met.

585 *Fidicen*] Amphion est, Niobes maritus, Musica arte clarissimus, qui extincta domo sua sibi quoque mortem conscivit.

587 *Soror*] Niobe est, Tantali filia, de qua in Metam.

588 *Battus*] De eo etiam in Metam.

590 *Œbalides*] Hyacinthum dicit, Phœbo carissimum puerum, Œbali filium, ut placitum nonnullis, quem tamen imprudens disco occidit, ut dictum in Metam.

592 *Abydena*] Cujusmodi Leander Abydenus ad amicam se conferens periit. Qua de re vide in Heroidibus.

Digitized by Google

Comicus ut mediis periit, dum nabat, in undis;
Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.
Aut ubi ventosum superaris naufragus æquor,
Contacta pereas, ut Palinurus, humo.
Utque cothurnatum vatem, tutela Dianæ,
Dilanient vigilum te quoque turba canum.
Aut ut Trinacrius, salias super ora gigantis,
Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit.
Diripiantque tuos insanis unguibus artus
Strymoniæ matres, Orpheos esse ratæ.

interiit in mediis fluctibus, dum navigaret, aqua Stygia sic præcludat tuum guttur. Vel postquam naufragus superaveris mare procellosum, occidas ut Palinurus, terra contacta. Et turba canum vigilum tutela Dianæ discerpant te etiam sicut poëtam cothurnatum. Vel tu mittas te super ora gigantis Trinacrii, qua Ætna Sicula emittit plurimas flammas. Atque matres Strymoniæ dilanient tua membra sævis

---

jactabitur und. et Mor. *jaculabitur.*—593 Scripti plurimi *liquidis* pro *mediis.* Tum duo *dum navit.*—594 Quatuor scripti *sic liquidus strang.*—595 Unus Heins. et editi aliquot *vent. superabis naufr.*—597 Quomodo libri: opinor tamen Nasonem scripsisse: *Utque cothurnatum tutela Diania vatem.* Sic et in Fastis lib. v. 141. 'Exagitant et Lar et turba Diania fures.' Ubi multi codices, etiam ex antiquioribus, *et fures turba Dianæ.* Apud Gratium 'arma Diania.' Cato in Originibus apud Priscianum, 'Lucus Dianius in Nemore Aricino.' *Heins.*—598 Sa. et duo alii *Dilaceret vig.* Gallicus *Dilacerent.* Sa. *vigilum* vel *jugulo.*—599 Salvagnius ex Schedis San-Victorianis emendat *Trinacrii:* Heins. etiam ex quibusdam scriptis legit *Aut tu Trinacrii.*—601 Pet. *Dirumpantque.*—602 Duo scripti cum vulgatis *Orpheon:* Heins. corr. *Orpheos.*

NOTÆ

593 *Comicus*] Alii ad Eupolim referunt, qui bello Peloponnesiaco in Hellesponto periisse dicitur a Suida; alii ad Terentium, quem Donatus naufragio periisse scripsit, cum ex Græcia rediret. Clariss. Salvagnius de Menandro cum veteri interprete exponit.

596 *Palinurus*] Hic Æneæ navis fuit gubernator, qui nimio somno oppressus in mare decidit, et postquam quarto demum die ad littus Velinum enatasset, ab incolis spe prædæ occisus est.

597 *Cothurnatum vatem*] De Euripide poëta tragico intelligendum, quem canes ab æmulo quodam immissi discerpserunt, cum donum ab Archelao rege, apud quem cœnaverat, reverteretur.

Tutela Dianæ] Ab Æditno Dianæ templo præposito immissos ejus canes scripsit Commentator. Verum potius est ut Dianæ tutelam credas, quia Venatrix ipsa, atque adeo canum studiosa.

599 *Ora gigantis*] Enceladus est, gigantum qui adversus Jovem conjuraverunt longe maximus, quem ille fulmine ictum Ætnæ monti supposuit. 'Ruptis flammam expirare caminis' Enceladum scripsit Virgilius, cum de Ætnæ flammis loquitur.

600 *Plurima*] Quæ plurimam flammam vomit.

602 *Strymoniæ*] Thraciæ, quibus a

Digitized by Google

Natus ut Althææ flammis absentibus arsit,
Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.
Ut nova Phasiaca comprensa est nupta corona,
Utque pater nuptæ, cumque parente domus.
Ut cruor Herculeos abiit diffusus in artus,
Corpora pestiferum sic tua virus edat.
Qua sua Penthiden proles est ulta Lycurgum,
Hæc maneat teli te quoque plaga novi.
Utque Milon, robur diducere fissile tentes;
Nec possis captas inde referre manus.

unguibus, putantes esse membra *Orphei. Oro ut sicuti filius Althææ flagravit flammis dissitis, ita tuus absumatur igne titionis. Ut nova nupta oppressa est corona Phasiaca, utve pater nuptæ, et domus cum patre. Quemadmodum cruor sparsus subiit membra Herculea, ita venenum exitiale rodat tuum corpus. Illud vulnus tibi impendeat etiam teli novi, quo filius suus ultus est Lycurgum Penthiden. Et sicuti Milon coneris dividere quercum fissilem, neque valeas inde retrahere manus com-*

—603 Unus Heins. *Althæa.*—605 Pro *comprensa* Heins. ex quibusdam scriptis dedit *compressa;* Salvagn. conj. *combusta.*—607 Unus Heins. *dimissus* pro *diffusus.*—608 R. a pr. man. *tua vulnus ed.*—609 Alii *Pentheiden* scribunt.—610 Pro *teli* Pat. habet *leti.*—611 Heins. corr. *Milon...diducere:* alii *Milo...*

NOTÆ

Strymone Macedoniæ vicino fluvio illud datum nomen.

Orpheos] De isto poëta a Thraciis mulieribus discerpto jam sæpe dictum.

603 *Natus*] Meleager est, quem vide in superioribus.

605 *Phasiaca*] Quam obtulit Medea Colchica, a Phasi patrio fluvio sic dicta. Quomodo autem Creusa Creontis regis filia, una cum tota regia, Medeæ dolo, atque ultro missa corona, perierit, repete, si placet, ex superioribus.

Comprensa] Alii *compressa.* Non temere mendum esse in hac voce suspicatus est clariss. Salvagnius, cujus loco *combusta,* aut aliquid ejusmodi, reponendum.

606 *Pater nuptæ*] Creon Corinthiorum rex, Creusæ pater, quam Medeæ uxori Jason superinduxit pellicem.

607 *Cruor*] Illum intellige qui ex Nessi Centauri corpore sagitta venenata eductus, quam Hercules in illum miserat. Eo vero infecta tunica, quam per Lichan Deianira misit Herculi, ex qua virus in totum ejus corpus diffusum: ut dictum superius.

609 *Proles*] Buten dicunt fuisse, qui in patris a Baccho sublati vindictam sacerdotes ejus occidit. Penthidem autem vel ex eo appellat quod Penthei facta adversus Liberum patrem sit imitatus, vel quod ex ejus fuerit nepotibus. Fabula obscura.

611 *Milon*] Hic Crotoniates lacertorum fretus robore, cum lignum semifissum in sylva errans invenisset manibus conatus est diducere: verum comprehensis illis, postquam cunei lapsi essent, feris præda fuit.

Digitized by Google

Muneribusque tuis lædaris, ut Icarus; in quem
  Intulit armatas ebria turba manus.
Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit,
  Vincula per laquei fac tibi guttur eant.
Obstructoque famem patiaris limine tecti,
  Ut legem pœnæ cui dedit ipsa parens.
Illius exemplo violes simulacra Dianæ,
  Aulidis a portu qui leve vertit iter.
Naupliadæve modo ficto pro crimine pœnas
  Morte luas; nec te non meruisse juvet.

pressas. Atque pereas tuis donis, sicut Icarus, in quem agmen ebrium immisit manus armatas. Et quod filia pia fecit mœrore mortis patriæ, fac nodi laquei comprimant tibi fauces. Atque patiaris famem aditu domus præcluso, ut cui ipsa mater posuit legem supplicii. Lædas simulacra Dianæ, sicut ille qui leve iter turbavit a portu Aulidis. Vel pœnas exsolvas morte pro scelere ficto, sicut Naupliades; neque tibi

deducere.—612 Pro *inde* R. *mole:* latet aliquid. *Burm.*—613 Pet. *sacris* pro *tuis.* Tum Mor. et tres alii cum pr. Ed. *læteris, ut.*—614 Unus liber *Contulit arm.*—615 Ed. Salvagn. *patris* pro *patriæ:* et pr. Ed. cum duobus scriptis *patrui.*—617 *Obstructoq.* bene Jureti liber. *Heins.* Sa. et Mor. cum Edd. Fanens. et Mycill. *Obstructusque;* in quibusdam etiam *Obstrictusque:* R. *Constructusque;* Me. *Abjectusque.* Pr. Ed. etiam *patieris lim.* R. pr. *limite tect.* et alter *lumine.*—618 Sa. et R. *ded. ipse par.*—619 Multi scripti et editi *simulacr. Minervæ.*—620 Heins. malebat *ad portum,* quia aliter dicendum erat *fecit* vel *movit iter.* Ed. Salvagn. *quem* pro *qui:* et Gallicus *versat* pro *vertit.*—621 R. *falso* pro *ficto.*—622 Pet. alter *te sic meruiss.* et Pet. pr. cum R. et Sa. pro

NOTÆ

613 *Icarus*] Erigones est pater, qui cum Atticæ colonos vini usum docuisset, ab iisdem ebriis, sibique paratum venenum putantibus, interfectus est.

615 *Filia*] Ipsa est Erigone, Icari filia, quæ paternæ necis dolore laqueo mortem sibi conscivit.

618 *Cui dedit*] De Pausania Lacedæmoniorum inclyto duce agitur, qui cum in Minervæ ædem proditionis reus confugisset, valvis obstructis, lapides etiam ad eam rem afferente matre aut patre, atque adeo eorum judicio, turpiter extinctus est.

620 *Aulidis*] Aulis regiuncula est Bœotiæ, ubi Græci Principes in Trojam navigaturi adversis flatibus Dianæ ira diu retenti, quod cervum aliquem ejus imprudens Agamemnon occidisset. Admotam vero aris Iphigeniam Agamemnonis filiam, placandi causa, sæpius diximus. Hanc itaque tangere fabulam Nasonem hoc loco voluerunt: quanquam cervus simulacrum quomodo dicatur non satis assequor: neque *leve* istud *iter* placet.

621 *Naupliadæ*] De Palamede loquitur, qui ab Ulysse quomodo circumventus fuerit dictum in præcedentibus.

622 *Non meruisse*] Quomodo neque Palamedes proditionis reus fuerat, uti finxerat Ulysses.

Digitized by Google

Æthalion vita spoliavit ut Isidis hospes,
  Quem memor a sacris nunc quoque pellit Ion.
Utque Melanthea tenebris a cæde latentem
  Prodidit officio luminis orba parens;
Sic tua conjectis fodiantur pectora telis;
  Sic, precor, auxiliis impediare tuis.
Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,
  Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.
Nec tu, quam Rhesus, somno meliore fruaris,
  Quam comites Rhesi tum necis, ante viæ:
Quam quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt
  Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæque comes.

prosit non dignum fuisse. Quemadmodum hospes Isidis spoliavit vita Æthalium, quem hospitem Ion memor arcet nunc etiam a sacris. Et sicut mater orba retexit officio luminis Melantheum delitescentem in tenebris post patratum homicidium; ita tua pectora figantur telis ingestis; ita, oro, opprimaris tuis auxiliis. Nox talis a te transmittatur, qualem exegit Phryx pavidus pactus equos, quos strenuus Achilles agitabat. Neque tu reficiaris somno jucundiore, quam Rhesus, quam comites Rheso tum mortis, antea itineris: ut quos strenuus Hyrtacides et comes Hyrtacidæ mactaverunt cum Rhamnete Rutulo. Vel sicut Cliniades circumseptus

var. lect. *putes* pro *juvet*.—623 In vulgatis erat *Æthalon ut vita spoliavit Isidius hospes*. Salvagn. emendat *Æthalon et vita sp. ut Isidis hospes;* vel potius *Æthalium vita sp. ut Isidis hospes*. 'Locus nemini intellectus. Forte, *Æthalion vita spoliavit ut Isidis hospes*. In vulgata lectione numeri non constant.' *Heins.* *Æthalon* Sarrav. et tres alii: *Attalon* Petav. et Moreti: *Attalen* Gallicus: *Æthalius* in Mss. Statii v. 466. ubi 'Æthaliden' Argonautam intelligi posse notat Barthius, sed rejicit. *Isindius, Ysindius, Iscindius, Hysidius, Jasius, Isidis,* Mss. diversi. *Burm.*—624 *Ion* corr. Heins. vulg. *Io*.—625 *Melanthea* Burm. dedit ex R. I. et multis aliis; vulg. *Melantheum:* R. alter *Melinthea*. Mox *e cæde* est in Salvagn.—626 Gallicus *Perdidit offic.* Mox unus *ossa* pro *orba*.—627 I. *tua congestis fod.* Deinde nonnulli cum editis *corpora* pro *pectora:* I. *vincula* pro *viscera,* ut credebat Heins.—629 R. alter et quinque alii et editi multi *Qual. equis pactis.* Tum idem R. *quos duxit fortis A*.—631 Scripti quidam et olim editi *meliore quiescas*.—632 *Tu necis ante diem* duodecim scripti cum primis editionibus nonnullis: *quam necis ante diem* alii nonnulli: *qui necis ante diem* duo: *tunc necis ante diem* Jureti et duo alii.—633 I. *Ut quos;* duoque alii *Et*. Mox unus Heins. *mort. rapuere ded.* et Mor.

NOTÆ

623 *Æthalion*] Fabula ignota, cujus nullum uspiam vestigium, quod quidem sciam.

625 *Melanthea*] Neque de isto certa admodum licet proferre. Ceterum ad quendam homicidam referunt, ex vetusto interprete, quem mater sola latebrarum ejus conscia lumine allato prodidit.

630 *Phrygi*] De Dolone Trojano sermo est, quem jam sæpius diximus ab Ulysse et Diomede peremtum, cum ad Græcorum castra speculator accessisset.

631 *Rhesus*] Hunc etiam, Thraciæ regem, una cum sociis ab iisdem Diomede et Ulysse sublatum, qua prima nocte in auxilium Trojanorum vene-

Digitized by Google

Cliniadæque modo circumdatus ignibus atris
  Membra feras Stygiæ semicremata neci.
Utque Remo muros auso transire recentes,
  Noxia sint capiti rustica tela tuo.
Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas
  His, precor, ut vivas et moriare locis.
Hæc tibi tantisper subito sint missa libello,
  Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca quidem, fateor, sed Di dent plura rogatis,
  Multiplicentque suo vota favore mea.
Postmodo plura leges, et nomen habentia verum,
  Et pede quo debent acria bella geri.

flammis nigris portes artus semiustos navi Stygiæ. Vel tela rustica sint infesta capiti tuo, ut Remo non verito saltu increpare novum vallum. Denique oro ut vivas et mortem obeas in his locis inter spicula Sarmatica et Getica. Ista sint tibi missa tantisper libello subitaneo, ne queraris nos esse oblitos tui. Pauca equidem, agnosco; verum Dii conferant plura petitis, et cumulent vota mea suo favore. Habebis plura brevi, et ferentia nomen verum, et pede quo sæva bella debent geri.

retinere.—635 Plurimi *Cliniadæve.*—636 Pet. alter *fer. Phrygiæ sem.* Mox pro *neci* Heins. ex Pol. dedit *rati.*—641 Alii *sunt* pro *sint.*—643 *Rogatis* Burm. putat rectum: in quibusdam editis *roganti:* Pet. alter *precanti.*—644 Pet. alter *fata* pro *vota.*—645 Pr. Ed. *sed nomen.*

NOTÆ

rant, in præcedentibus diximus.

633 *Rutulo*] Fuerunt Rutuli populi Latii, quorum Ardea fuit metropolis.

Rhamnete] Rex et augur fuit, Turno gratissimus, cujus sequebatur partes bello quod adversus Æneam gessit. Hunc cum multis aliis Nisus Hyrtaci filius atque Euryalus ejus comes somno oppressos leto dederunt.

635 *Cliniadæ*] Alcibiadem dicit, Cliniæ filium, quem ferro cum aggredi non auderent qui ab Pharnabazo ad interficiendum illum missi erant, igne circum eam domum, in qua erat, accenso, mox telis missis, cum effugeret, ad Inferos compulerunt.

636 *Neci*] Lege *rati*, et Charontis intellige cymbam, qua mortuorum animæ ultra Stygias paludes vehuntur.

637 *Remo*] Hic, Romuli frater, cum valli angustias saltu increpuisset, quod ad Romæ tutelam sufficere illi videbatur, prima fuit victima quæ eam urbem consecravit.

638 *Rustica*] Cujusmodi utebantur qui Romuli jussu novæ urbis vallum moliebantur.

639 *Denique*] Argute sane; ut omnium malorum culmen videatur Tomis inter Barbarorum Barbaros vitam quavis morte duriorem trahere.

641 *Tibi*] Ibin alloquitur.

643 *Pauca*] Immo plurima, et tædiosa, et quæ cohærere non possunt.

644 *Vota*] Adeoque Ibidis mala.

645 *Verum*] Id est, quo ille appellabatur quem Ibidis nomine devovit Naso.

646 *Pede*] Iambo, scil. uti dixit supra.

Digitized by Google

FRAGMENTA

P. OVIDII NASONIS.

EX MEDEA.

QUINTIL. VIII. 5. 'Nam cum sit rectum, *Nocere facile est, prodesse difficile,* vehementius apud Ovidium Medea dicit,

Servare potui. Perdere an possim rogas?'

Item,

'Feror huc illuc, ut plena Deo.'

Sen. Suasor. III.

EX EPIGRAMMATIS.

'Cur ego non dicam, Furia, te furiam?'

Fab. IX. 3.

Item,

'Ride, si sapis, o puella, ride.
Pelignus, puto, dixerat Poëta.'

Mart. Epig. II. 41.

Item,

'Larte ferox cæso Cossus opima tulit.'

Prisc. lib. V.

Digitized by Google

EX PHÆNOMENIS.

'Tot numero, talique Deus simulacra figura
Imposuit cœlo: perque atras sparsa tenebras
Clara pruinosæ jussit dare lumina nocti.'
Lactant. De Orig. Err. II. 5.

'Pleiades ante genu septem radiare feruntur;
Sex tantum apparent: sub opaca septima nube est.'
Probus in Georgica Virgilii, in cujus vulgatis libris hi versus depravatissimi leguntur.

In Priapeiis quædam Ovidii (v. Bart. ad Stat. I. Theb. 229.) extare eruditi arbitrantur. Ex illo certe, cujus initium, 'Obscure poteram tibi dicere,' Seneca Pater lib. I. Controvers. 2. hunc versum adducit,

'Dum timet alterius vulnus inepta loci.'

Servius in IV. Georg. ubi agit de Eurydice, citat ex Ovidio, 'Bis rapitur, vixitque semel:' quod in auctore nostro nunc nusquam comparet.

Scholiastes vetus Horatii ad Carm. II. 5. 'Gyges nomen pueri ex insula Cnido Veneri sacra. Hujus autem pueri pulchritudinem laudat etiam Ovidius.' Atqui in iis, quæ extant, laudat nullibi.

Quintilianus XII. 10. 'Sed evanescunt hæc atque emoriuntur comparatione meliorum. Ut lana tincta fuco citra purpuram placet: at si contuleris eam lacernæ, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait.' Quæ nullo negotio in metrum redacta Iambum tragicum efficient et duos hendecasyllabos,

Ut lana tincta purpuram citra placet,
At si contuleris eam lacernæ,
Conspectu melioris obruatur.

In Notis enim ad Epist. VII. communem esse ultimam in *contuleris, dederis, credideris,* et similibus, syllabam monemus.

Seneca Controvers. 10. ex Declamatione Ovidii quædam hæc producit. 'Quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori

Digitized by Google

virum, et viro uxorem diligere concedas. Necesse est deinde, jurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos jusjurandum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti. Si mentiremur, illa sibi iratum patrem invocavit, ego soce-rum. Parce pater, parce socer: non pejeravimus. Ecce objurgator noster, quam effrænato amore fertur. Quan-quam esse filiam præceris. Carum quidem, quod illum ab indulgentia sua avocet. Di boni, quomodo hic amavit uxorem? amat filiam, et abdicat. Dolet periclitatam esse, et ab eo abducit, sine quo negat se posse vivere: queritur periculum ejus, qua pæne caruit hic qui amare caute jubet. Facilius in amore finem impetres, quam modum. Tune hos ponis terminos, ut nihil faciant, nisi considerate, nihil pro-mittant, nisi ut jus facturi; omnia verba ratione et fide pon-derent? Senes sic amant. Pauca nosti, pater, crimina: et litigavimus aliquando, et decidimus; et fortasse, quod non putas, pejeravimus. Quid ad patres pertinet, quod aman-tes jurent? si vis credere, nec ad Deos pertinet. Non est quod tibi placeas, uxor, tanquam prima peccaveris. Periit aliqua cum viro, periit aliqua pro viro! illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium. Fer, socer, fe-licitatem tuam. Magnum tibi quam parvo constat exem-plum! in reliquum diligentiores facti sumus: errorem nos-trum confitemur: exciderat jurantibus, esse tertium qui magis amaret: sic, Di, sit semper. Persevera, socer, re-cipe filiam: ego, qui peccavi, pœna dignus sum. Quare uxore necata, socero causa sim orbitatis? Discedam e civitate: fugiam: exulabo: utcumque potero, desiderium misera et crudeli patientia perferam. Morerer, si solus moriturus essem.'

In codice poëmatiorum veterum longe antiquissimo, quem apud V. C. Petrum Scriverium vidi, Ovidio hoc epigram-ma ineditum ascribebatur,

'Jam nitidum liquidis Phœbus jubar intulit undis,
Emeritam renovans Tethyos amne facem.
Astra subit niveis Phœbe subvecta juvencis,
Mitis et æthereo labitur axe sopor.

Digitized by Google

Alludunt teneri tremulis cum matribus agni,
Lacteolasque animas lacteus humor alit.'

In eodem codice Argumenta librorum Virgilianorum nostro etiam ascribebantur, ut et in multis aliis exemplaribus vetustis, quæ vidi. Sed perperam. Denique in antiquo libro Georgii Fabricii hoc epigramma de Lucretia Nasonis nomen ostentabat,

'Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
Sanguinis et torrens egrederetur, ait:
Procedant testes me non placuisse tyranno,
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.'

Sed jam satis. Nam illas ineptissimorum hominum de Pulice, Philomela, et his similes nugas quis Ovidio ascribi patienter aut æquo animo ferat? Carmen etiam Panegyricum ad Pisonem ad alia jam castra jure optimo transivit.

HEINSIUS.

FINIS P. OVIDII OPERUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google


Widener Library
3 2044 098 638 927